

ARCHIVES D'HISTOIRE OBLATE

sous la direction de

MAURICE GILBERT, O.M.I. et GASTON CARRIERE, O.M.I.

---

20

---

COMMENTARIUM  
PRIVATUM  
CONSTITUTIONUM ET REGULARUM  
IIIa PARS



auctore

JOS. RESLE, O.M.I.



OTTAWA  
EDITIONS DES ETUDES OBLATES  
1963

**ARCHIVES D'HISTOIRE OBLATE**

sous la direction de

**MAURICE GILBERT, O.M.I. et GASTON CARRIERE, O.M.I.**

20

**COMMENTARIUM  
PRIVATUM  
CONSTITUTIONUM ET REGULARUM**

**IIIa PARS**



auctore

**JOS. RESLE, O.M.I.**



**OTTAWA  
EDITIONS DES ETUDES OBLATES  
1963**



PARTIS TERTIAE  
CAPUT TERTIUM  
DE MEMBRORUM CONGREGATIONIS AGGREGATIONE ET FORMATIONE

seu

"DE DOTIBUS QUAE IN RECIPIENDIS REQUIRUNTUR,  
DE NOVITIATU, DE OBLATIONE,  
DE DOMIBUS STUDIORUM ET DE FRATRIBUS FAMULANTIBUS"

Introductio

A) Ordo rerum.

- Pars tertia Constitutionum et Regularum agit de Oblatorum vita sociali-  
iuridica. Et quidem legifert imprimis de auctoritate, prout exercenda est in  
Congregationis regimine, tum generali seu superiore (Cap. I), tum speciali  
seu inferiore sive locali (Cap. II).

Deinde tractat de multitudine membrorum quae per auctoritatem socialiter  
uniuntur et diriguntur. Vide vol. III, p. 7.

Iamvero de membris duo determinantur, scil.

1\* de eorum aggregatione et formatione: Cap. III;

2\* de eorum egressu et de dimissione e Societate: Cap. IV.

- Itaque nunc iam agendum est de membrorum Congregationis aggregatione  
et formatione.

B) Notanda circa fontes textus Fundatoris.

- In Constitutionibus et Regulis S. Alphonsi praefata materia absolvitur  
in parte III, capite 2, sub titulo "Delle qualità, che si richiedono ne'  
Soggetti da riceversi", i.e. des qualités requises des sujets à recevoir.  
Istud caput non subdividitur in paragraphos. Complectitur quinque numeros,  
quorum soli quatuor priores referuntur ad rem nostram, dum ultimus agit de  
obligatione Constitutionum-Regularum earumque dispensatione.

In his quatuor numeris absolvitur totus processus aggregationis et for-  
mationis membrorum: examen praeivium, novitiatus, oblatio et studia ecclesias-  
tica.

Quamvis P. de Mazenod secutus sit haec lineamenta maiora, hoc tamen  
praestitit summa libertate, proseguens suum scopum proprium per tres paragra-  
phos valde extensos.

- S. Ignatius plus semel inspiravit Patrem de Mazenod in ordinanda hac  
materia, ut apparebit suis locis. Attamen legislatio S. Ignatii proce-  
dit ordine inverso, cum de aggregatione et formatione membrorum tractetur  
statim ab initio, scil. in tractatu praevio qui vocatur "Examen generale",  
quod fere respondet nostro praevio examini in initio paragraphi primi, et  
postea in quinque partibus prioribus "Constitutionum".

C) Summarium evolutionis historicae nostri capituli III.

- In ms. I (1818): "Chapitre deuxième". Et statim sequuntur, absque titulo generali, tres paragraphi sequentes:
  - § 1- Des qualités requises pour être reçus.
  - § 2- Du noviciat.
  - § 3- De l'oblation.
- In ms. "Honorat" (1819/1820 circiter): eadem dispositio; additur tamen in fine novus paragraphus:  
"§ IV. Des Frères Convers."

Vide textum editum cura "Études Oblates", Ottawa, 1943, p. [64] cum nota 189.

- Ms. II (1821-1825). Capiti praesenti praeponitur sequens titulus generalis:

"Chapitre deuxième.  
Des qualités requises pour être reçus  
dans la Société, du noviciat, de l'oblation  
et des frères convers."

- In primis versionibus latinis, ms. V (1825) et ed. 1a (1827), iste titulus generalis legitur ut sequitur:

"Caput secundum.  
De dotibus quae in recipiendis requiruntur.  
De Missionariorum religiosi tyrocini tempore.  
De oblatione, et de Fratribus laicis."

- In ed. 2a (1853) divisio partis tertiae aliter ordinatur. Revera, postquam Capitulum gen. 1850 decreverat partitionem Congregationis in provincias et vicariatus, pristinum caput I "De Societatis gubernio" scinditur in duo capita: caput I "De generali Congregationis gubernio" et caput II "De speciali Congregationis regimine". Consequenter praesens sectio Constitutionum iam fit "Caput tertium".

Titulus generalis capituli manet idem, pariterque subdivisio in quatuor paragraphos. Item in ed. 3a (1894).

- In ed. 4a (1910) inseritur quarto loco eiusdem capituli novus paragraphus de Scholasteriis. Exinde complent titulum generalem ut sequitur:

"Caput tertium.  
De dotibus..... De Missionariorum.....  
De oblatione,  
De Scholasteriis et de Fratribus laicis."

Et caput subdividitur in quinque paragraphos.

- In ed. 5a (1928) praemittunt in paragrapho de Scholasteriis plures articulos de iunioratibus. Ut titulus generalis sit adaequatus, apte immutatur fiuntque in eo duae aliae modificationes verbales:

"De dotibus quae in recipiendis requiruntur,  
De noviciatu, de oblatione, de domibus studiorum  
et de Fratribus famulantibus."

D) Ius commune peculiariter attendendum in praesenti materia.

Revera, vita religiosa-sacerdotalis-apostolica est res publica in Ecclesia Christi. Status religiosus est status publicus, atque sacerdotium et apostolatus sunt functiones publicae in populo Dei. Unde pertinet proprie ad auctoritatem ecclesiasticam legiferre de candidatorum probatione, aggregatione et formatione.

S. Sedes hoc praestitit abhinc 50 annis secundum necessitates huius temporis, tum in novo Codice Iuris canonici (1917) tum in documentis subsequentibus. Ipsi Summi Pontifices personaliter tractaverunt de illis argumentis, scripto et oraliter, in communi et in particulari pro plurimis Institutis religiosis, ea frequentia et gravitate quae conveniunt rei momento et temporum necessitatibus. Ita Pius XI, Litt. ap. "Officiorum omnium" 1. aug. 1922; Litt. ap. "Unigenitus Dei Filius" 19 martii 1924; Litt. encycl. "Ad catholici Sacerdotii fastigium" 20 dec. 1935. Adde tot litteras particulares et allocutiones in "audientiis" habitas.

Ita quoque Pius XII, potissimum in Constitutione apostolica diei 31 maii 1956 "Sedes Sapientiae" cum adnexis dispositionibus legislativis sub titulo "Statuta generalia". Exstant versiones authenticae in pluribus linguis vulgaribus, Romae, apud S.C. de Religiosis. Utilitas et momentum istius documenti est in hoc, quod tradit normas generales et completas de probatione et formatione vocationum pro omnibus Institutis religiosis-clericalibus-apostolicis, colligendo in uno corpore legislativo apte ordinato omnes dispositiones, instructiones et consilia data a S. Sede de hac re eaque complendo.

Ipsa Constitutio apostolica "Sedes Sapientiae" est sicut "Praefatio" ad "Statuta generalia" et quasi "Charta constitutionalis" maximi operis de vocationibus promovendis, probandis et formandis in Statibus perfectionis clericalibus, exponens summa principia quibus nititur omnis legislatio de hac materia. Adnexa "Statuta generalia" sunt ipse codex legislativus, referens in 53 articulis normas generales probationis et institutionis candidatorum ad Status perfectionis clericales-apostolicos.

Commentaria in praefata documenta: B. Frisen, C.M.F., in "Commentarium pro Religiosis et Missionariis", 1960, fasc. III-IV, pp. 269-347, cum amplissimo elencho bibliographico; E. Jombart, S.J., in "Revue des Communautés religieuses", 1957, pp. 127-135; 162-174.

#### E) Divisio capitis.

- § 1. Prima probatio cum consequente receptione in novitiatum.
- § 2. De secunda probatione per formationem fundamentalem ad vitam Congregationis: de novitiatu.
- § 3. Aggregatio Congregationi per professionem religiosam: de oblatione.
- § 4. Formatio progressiva de domibus studiorum.
- § 5. Applicatio ad fratres coadiutores: "De Fratribus famulantibus".

=====

## § I

Prima probatio vocationis cum consequente receptione in novitiatum.

seu

"Quales esse debeant qui Familiae nostrae nomen sunt daturi."Titulus.

Titulus originarius hujus paragraphi: "Des qualités requises pour être reçus." Est ad similitudinem illius quem P. de Mazenod legerat in Constitutionibus S. Alphonsi. Vide supra.

In ms. II titulus completur: "Des qualités pour être reçus dans la Société". Ita quoque in ms. IV (1825).

Statim a prima versione latine (ms.V: 1825) adoptatur textus definitivus: "Quales esse debeant qui familiae nostrae nomen sunt daturi."

V. Fundator titulum desumpsit ex hoc quod in isto paragrapho est praecipuum et quasi principium directivum in tota praesenti materia, scil. vocatio oblativa ejusque requisita et signa.

Constitutiones S. Alphonsi valde breviter absolvunt hanc materiam, per duos numeros et dimidium, ut patet ex sequentibus secundum textum originarium italicum, quem P. de Mazenod prae manibus habuit. "I. Recevoir des Clercs ou d'autres dans le corps de la Congrégation, appartient au Recteur Majeur, comme il a été dit. Il prendra donc, ou un autre député par lui, exacte information du talent et des moeurs de ceux qui veulent être admis, spécialement du motif de leur vocation; s'ils ont des soeurs ou des parents pauvres; s'ils ont des dettes ou commis quelque délit; s'ils sont de naissance légitime; parce que on ne devra jamais admettre quelqu'un de qui retomberait une note infamante ou une tache sur son propre ministère. Les Consultants prendront les mêmes informations pour l'acceptation des jeunes gens non sous-diacres, leur vote étant nécessaire pour l'acceptation de ceux-ci, comme il a été dit.

II. Le Secrétaire de la Congrégation notera distinctement dans un registre le jour, le mois et l'année de la réception des sujets.

III. Ainsi acceptés, les sujets, gardant leurs vêtements, seront éprouvés quelque temps; et ayant fait les exercices spirituels durant quinze jours, ils seront admis au noviciat;..."

Ex comparatione cum nostro textu apparebit, quousque P. de Mazenod istis dispositionibus S. Alphonsi usus est. Certo certius multo fusius de hac materia tractavit, cum ms. I (1818) complectebatur jam 20 sectiones (alinea) quae erunt 20 articuli abhinc ms. II.

Divisio paragraphi.

- I) Dispositio generalis de admissione candidatorum in Congregationem. Art. 682-683.
- II) Informatio praevia. Art. 684-686.
- III) Prima probatio: postulatus vel quasi-postulatus. Art. 687-695.
- IV) Monita suprema ad Superiores majores. Art. 696-698.

Appendix: de vocationum promotione (Le recrutement de la Congrégation).

I) Dispositio generalis de admissione candidatorum in Congregationem.  
Art. 682-683.

Est quasi introductio generalis ad totum istud caput de aggregatione et formatione progressiva membrorum Societatis.

a) Selectio rigorosa necessaria ejusque criterium generale. Art. 682.

Textus originarius manuscripti I (1818): "Il est important, pour le bien de l'Eglise et pour procurer à notre Société le moyen d'arriver à sa fin, de n'admettre dans son sein que des sujets capables, avec le secours de la grâce de Dieu, de la servir et de l'édifier."

Substantia dispositionis servata, textus pulchrius redditur in prima versione latina (ms.V; 1825): "Art.I. Operae pretium est pro bono Ecclesiae et mediis Societati nostrae comparandis quibus propositum suum assequatur, ipsi in filios adscribi solos qui possint, auxiliante gratia Dei, labore et bono exemplo Matrem suam refrigerare."

Est textus definitivus, manens immutatus decursu temporum, exceptis duabus modificationibus mere verbalibus: in ed. 1a (1827), loco formulae "in filios adscribi" ponitur "in filios adscribere"; atque in ed. 2a (1853), loco formulae "mediis Societati nostrae comparandis" ponitur "Congregationi nostrae comparandis".

Fontes articuli.

P. de Mazenod certo non ignoravit doctrinam et normas practicas traditas a S. Ignatio de re praesenti. Omnes sciunt momentum quod tenet in spiritualitate ignatiana sic dicta "discretio spirituum" (discernement des esprits). Fundator Societatis Jesu voluit eam applicatam praesertim in discernendis vocationibus. Propterea praemisit suis Constitutionibus longam tractationem sub titulo "Examen generale", cum octo capitibus, quibus exponit regulas et directivas valde praecisas circa probationem vocationum.

In ipsis "Constitutionibus" pluries enuntiat eandem omnino ideam quam P. de Mazenod formulat in nostro praesenti articulo. Ita v.g. Constitutiones, P.Ia, Cap.I, n.3: "Quia refert plurimum ad Divinum servitium, convenientem haberi delectum [choix] eorum, qui admittuntur, et diligentiam adhiberi, ut intelligatur, quae eorum sint dotes et vocatio..." Similiter in Cap. IV, n. 1: "Quia Nobis in Domino valde persuademus, ad hoc ut Divina et summa Majestas ministerio hujus minimae Societatis uti dignetur, multum referre ut cooptentur; verum etiam ut valde noti sint, antequam ad probationem eam admittantur, quae fit in communi convictu cum Domesticis (i.e. cum membris ipsius domus religiosae)..."

Commentarium.

1\* Necessitas et momentum selectionis candidatorum:

"Operae pretium est... [Congregationi] in filios adscribere solos qui possint..." Et secundum textum primitivum Fundatoris (Ms.I; 1818): "Il est important... de n'admettre dans son sein que des sujets capables..."

Unde adolescentes non gregatim, nec festinanter colligantur, sed studiose seligantur: un choix s'impose! Romani Pontifices et Sacrae Romanae Congregationes frequenter et vehementer in hoc insistebant. Ita v.g. Pius IX, Litt. encycl. "Ubi primum", 17 junii 1847: vide in Enchiridion de Statibus



perfectionis, Romae, 1949, p. 154; S. Pius X, Epist. "Cum primum", 4 augusti 1913, ad Magistrum generalem Dominicanorum: vide in Acta Ap. Sedis, 1913, p. 388, et in cit. Enchiridion, p. 331; S. C. de Religiosis, Instructio 1 dec. 1931; Ad Supremos religionum et societatum clericalium Moderatores, de formatione clericali et religiosa alumnorum ad sacerdotium vocatorum, nn. 4-6: vide in cit. Enchiridion, p. 473; Pius XI, Litt. encycl. "Ad catholici sacerdotii fastigium", 20 dec. 1935, paragr. III: vide Acta Ap. Sedis, 1936, p. 39 et in cit. Enchiridion, p. 509; Pius XI, Alloc. ad membra Capituli generalis O.M.I., 14 sept. 1932: vide in "Missions", 1932, p. 675; Pius XI, Alloc. ad Capitulum generale Capuccinorum, 10 iunii 1938: vide in Documentation Cath. 5-7-1938, col. 771sq; Pius XII, Constit. ap. "Sedes Sapientiae" 31 maii 1956, paragr. III.

Revera, non omnes apti sunt ad quamcumque vitae formam, nec vocati ad qualemcumque statum. Et in particulari vita religiosa-sacerdotalis-apostolica nullatenus haberi potest ut vitae conditio quasi neutralis, generalis, indeterminata et confusa, ad quam omnibus confugere liceret. E contra! est valde determinata et specifica, cum propria sua dignitate propriisque oneribus, officiis et juribus, ita ut status religiosus merito habeatur in Ecclesia tamquam status perfectionis, ut pars eminens Ecclesiae Christi: une élite. Recole canonem 487. Imo inter varias formas status perfectionis, status religiosus obtinet primum locum, testante Pio XII, Constitutio ap. "Provida Mater Ecclesiae", 12 febr. 1947, de Institutis saecularibus: l'état religieux reste "la profession pleinement achevée et plus strictement publique de vie parfaite".

Jamvero experientia luculenter constat qualitatis medietatem (la moyenne) alicujus societatis decrescere eadem mensura qua crescit numerus membrorum mediocrum, i.e. eorum qui sunt minus apti vel inapti ad ideale societatis prosequendum, ita ut tandem aliquando societas cesset esse status eminens (une élite).

Quod vivide exposuit Pius XI in praefata allocutione ad Capitulum gen. Capuccinorum, die 10 iunii 1938: "Ce n'est pas l'exagération, mais l'expérience qui nous dit que dans toutes les agglomérations de personnes, même restreintes, se produisent presque inévitablement des déficiences. Ce qui ne veut pas dire qu'une famille religieuse doit pour cela réduire le nombre de ses membres; bien au contraire, elle devrait toujours tendre à l'augmenter; mais elle doit faire en sorte qu'ils soient tous des membres choisis, des soldats de qualité. Tâche difficile, mais nécessaire. En effet, lorsque plusieurs hommes se réunissent, les bonnes qualités, spécialement les plus hautes, ne s'additionnent point, chacun les gardant pour soi; tandis qu'au contraire, les déficiences, les mauvaises qualités s'ajoutent les unes aux autres et se fondent ensemble..."

Confirmatur ex S. Ignatio, "Constitutiones S.J.", P. VIII, Cap. I (De iis quae iuvant ad unionem animorum), n. 2: "Ex parte subditorum, iuverit magnam turbam hominum ad professionem non admitti; nec quoscumque, sed selectos homines, etiam inter Coadiutores formatos aut Scholasticos retineri. Multitudo enim magna eorum qui vitia sua non bene domuerunt, ut ordinem non fert, ita nec unionem, quae in Christo Domino nostro tam necessaria est ut bonus status ac procedendi modus huius Societatis conservetur."

P. de Mazenod non aliter sentiebat, ut patet tot scriptis, v.g. ex literis ad P. Tempier, diei 13 dec. 1815: "S'il ne s'agissait que d'aller prêcher tant bien que mal la parole de Dieu, mêlée à beaucoup d'alliage de l'homme, parcourir les campagnes dans le dessein, si vous voulez, de gagner des âmes à Dieu, sans se mettre beaucoup en peine d'être soi-même des hommes

intérieurs, des hommes vraiment apostoliques, je crois qu'il ne serait pas difficile de vous remplacer; mais pouvez-vous croire que je veuille de cette marchandise?" (Cf. Circul. 15, p. 7: Circul. adm. I, p. 137). Item in epistola 12-8-1817 ad P. Tempier: "Si quelque prêtre voulait se réunir à nous, il faudrait qu'il le fît en ce moment... Cependant nous ne devons jamais nous déterminer à recevoir des sujets douteux et dont la vertu ne fût pas bien éprouvée (pauci et boni)." (Cit. apud Yenveux, VIII, p. 7).

Similiter omnes puto fundatores ac superiores majores religionum. Ita RR.P. Nicolaus MAURON, Rector Major Redemptoristarum, 1856: "S. Alphonse ne dit-il pas que la Congrégation n'a pas besoin de sujets nombreux, mais qu'il lui en faut de bons. Pour apprécier l'état de la Congrégation, il ne faut se baser ni sur le jugement des hommes, ni sur l'honneur, ni sur le nombre des maisons et des sujets, mais bien sur l'accroissement de l'esprit religieux." (Cit. apud De Meulemeester, Histoire sommaire de la Congrégation du T.S. Rédempteur. Louvain, 1950, p. 155.)

Nihilominus ista studiosa selectio quae magis attendit ad qualitatem quam ad numerum, non excludit numerum. In Constitutionibus Societatis Jesu, P. Ia, Cap. I, legitur sequens: "Declaratio": "Ut par est sollicitè cooperari motioni et vocationi divinae, curando ut augeatur in Societate numerus operariorum vineae Christi Domini nostri; ita diligenter considerari oportet ne quis admittatur, nisi qui donis illis Dei praeditus sit quae hoc Institutum ad Ipsius gloriam exigit."

Mgr de Mazenod, idem sentiens, magis concrete exponit in epistola ad P. Vincens, Magistrum novitiorum in N.D. de l'Osier, qui timebat ne posset sustentare magnum numerum aspirantium quos P. Léonard, rediens e missionibus canadensibus, suscitaverat in variis seminariis Galliae: "Oui, sans doute, mon cher P. Vincens, il y a de quoi s'effrayer en considérant les charges énormes qui pèsent sur nous. Mais qui est-ce qui aura le courage de fixer la mesure des desseins miséricordieux de Dieu? Sa volonté se manifeste trop évidemment pour que nous ne devions pas la seconder avec une confiance aveugle. C'est au moment où il appelle notre Congrégation à étendre son zèle sur une immensité de pays, qu'il inspire en même temps à un grand nombre de sujets de s'offrir pour accomplir ses vues, et nous nous refuserions à accepter leur dévouement qui nous met à même d'obéir à la volonté de notre Maître? Je ne puis m'y résoudre, quoique puisse en dire la prudence humaine. Recevez donc tous ceux que le Bon Dieu nous envoie. Cela ne veut pas dire que vous les receviez sans examen. Au contraire, appliquez-vous à bien discerner les motifs qui les amènent, à peser leurs vertus et à juger de la suffisance de leurs talents. Le grand point sera toujours de former de bons sujets; ne négligez rien pour cela." (Cit. apud Yenveux, o.c., VII, 242 sq.)

De promotione vocationum - gallice "du recrutement de la Congrégation" - dicetur in appendice ad hunc paragraphum.

2\* Criterium praedictae selectionis: "Operae pretium est... [Congregationi] in filios adscribere solos qui possint, auxiliante gratia Dei, labore et bono exemplo Matrem suam refrigerare."

Textus primaevus gallicus: "de n'admettre dans son sein que des sujets capables, avec le secours de la grâce de Dieu, de la servir et de l'édifier." Redditur jam in prima versione latina (ms. V: 1825) forma magis expressiva et spirituali: "labore et bono exemplo Matrem suam refrigerare". Verbum latinum "refrigerare" includit in sua generalitate comprehensiva omnia dicenda: rafraîchir, secourir, reconforter, faire revivre...

Criterion discriminationis est proinde in hoc, utrum quis sit utilis Congregationi, scil. utrum quis possit utiliter cooperari finibus sive operibus Congregationis. Revera, nonnisi per hanc cooperationem utilem membrorum suorum Mater-Congregatio "refrigeratur", confortatur, convalescit, vivit et progreditur. Cogita membra corporis viventis.

S. Ignatius multoties memoratur hujus criterii in discernendis vocationibus. Sancti Fundatoris doctrinam et legislationem recapitulat Epitome Societatis Jesu, ed. 4a (1949), n. 38, § 1: "Nemo in Societatem admittatur qui ad eius finem utilis futurus non iudicetur." Similiter in n. 132: "Diligenter attendat Magister toto probationis tempore, num aliquis inutilis nostro Instituto probabiliter sit futurus; qua in re maiorem habeat rationem boni communis quam particularis cuiusque; eis autem qui apti non sint tempestive suadeat ut noviciatum relinquant."

Praefatum criterium nullatenus celat quemdam vilem "utilitarismum", quasi Congregatio solos illos admitteret aspirantes qui sibi afferrent commoda temporalia, et quasi illos haberet ut pura media ad suos fines obtinendos. Fines sive opera propria Congregationis sunt ordinis superioris et supernaturalis, et tandem aliquando bonum universale Regni Dei, ad quod ipsa adlaborare intendit modo suo particulari per cooperationem personalem et filialem suorum sodalium. Isti, vivendo secundum Instituti regulas, seipsos sanctificant et alios, secundum illud Apostoli "Attende tibi et doctrinae... et te ipsum salvum facies, et eos qui te audiunt." (Cit. in Praefatione.)

Illo criterio utendum est nec nimis arcte nec nimis late. Tot sunt modi "refrigerandi" matrem-Congregationem, cum varii sint fines sive opera quibus satisfaciendum est. P. Tempier vix aptus erat missionibus praedicandis, et nihilominus P. de Mazenod sine illo suam societatem missionariam condere non voluisset. Recole ejus epistolam ad D. Tempier diei 15 nov. 1815; itemque epistolam ad eundem diei 13 dec. 1815 atque hujus responsionem diei 15 nov. 1815. Vide in Circul. 15: Circul. adm. I, pp. 135sq.

Criterion magis concrete, distincte et juridice formulatur in Codice Juris can. Can. 538, quo proponuntur "signa vocationis". De his inferius ad art. 685 sqq; 696 sqq.

3\* Fines semper prae mente habendi in electione candidatorum:

- Bonum Ecclesiae, mystici Corporis Christi. Eam prae oculis habuit P. de Mazenod, quando sibi proposuit instituere societatem missionariam: "Ecclesia, praeclara CHRISTI Salvatoris hereditas, quam acquisivit sanguine suo... Haec dilecta unigeniti Filii Dei sponsa..." (Praefatio)

S. Ignatius, legiferendo de discernendis et admittendis vocationibus, omnes normas et suggestiones ultimo semper subordinat bono superiori servitii Dei ejusque regni, sicut caeterum facit in tota sua legislatione. Centies redit ista formula vel similis: "considerabit quid ad maius Dei ad Domini nostri servitium conveniat". (Constitutiones S.J., P.Ia, Cap.I, n.1.)

- Bonum Congregationis: "pro bono Ecclesiae et mediis Congregationi nostrae comparandis quibus propositum suum assequatur", vel, ut habet textus primitivus gallicus (ms.I: 1818): "pour le bien de l'Eglise et pour procurer à notre Société le moyen d'arriver à sa fin".

Mater-Congregatio, sicut Ecclesia ipsa, "conclamat sibi ministros, quos ad divini sui Sponsi causam adjunxit, ut toti sint..." Illi quoque "exploratum est quod si possent informari sacerdotes, animarum salutis studio incensi, non turpis lucri cupidi, firma pietate praediti, apostolici uno verbo viri..., posset agitari spes brevi revocandi populos errantes ad religionis officia... Ea sunt immensa salutis opera, quae possunt oriri e laboribus sacerdotum quibus Dominus mentem addidit in societatem coadunari, quo efficacius animarum saluti et sanctitati propriae collaborent..." (Praefatio, passim.)

Revera, thesaurus Congregationis sunt bonae vocationes. Ipsa, sicut Ecclesia Christi, cujus est pars eminens, est corpus vivum, personis quasi membris coalescens ipsorumque activitate finem suum attingens. Quo saniora et aptiora sunt membra, eo vegetior Congregatio se habet ad proficiendum et suos fines attingendos. Membra inepta vel mediocris valoris eam potius gravant, impediunt, suffocant.

De hac re exstant commendationes S. Ignatii aliorumque fundatorum. Istae feliciter et omni claritate contrahuntur in "Epitome Societatis Jesu", ed. 4a (1949), n.37, § 2: "Tam ille penes quem est admittendi potestas, quam alii qui Examinatoris officio funguntur, bonum verumque Societatis progressum spectent in primis, ita ut nulla ratione dimoveri possint ab eo, quod ad hunc finem convenientius iudicabunt; et ideo valde moderati sint in admittendi desiderio, ne minus apti recipiantur."

Ex hoc quod opus selectionis vocationum semper pertractandum est sub angulo boni communis Ecclesiae et Congregationis, minime sequitur praetermitti bonum proprium et personale candidatorum seligendorum. E contra! Congregatio, studiose seligens suos tirones, eos sapienter adjuvat in dijudicanda propria vocatione, ut eos dirigat in viam salutis secundum indicia divinae Providentiae, ut Deo et fratribus suis serviant eo loco et modo quo a Deo vocantur, et sic feliciter et secure procedant. Sic agendo eos frequenter tempestive arcet a statu qui eis non convenit. Prudens discriminatio vocationum - "l'orientation professionnelle" - est non solum servitium sociale, sed et personale. Ut utrumque finem convenienter attingat, semper procedat sub influxu verae charitatis.

b) Unde necessitas probationis prorogatae et iteratae. Art. 683

#### Textus.

Jam in ms.I (1818) legitur in l.c., in secundo inciso: "On ne saurait donc prendre trop de précaution pour s'assurer de la vocation de ceux qui sollicitent d'y entrer et pour bien connaître leurs vertus, leurs talents et leurs autres bonnes dispositions."

Sensus apte et eleganter redditur latine in ms.V (1825), cujus textus ad litteram servatur per omnes editiones usque ad editionem 1928 incl.

#### Commentarium.

Selectio sollicita candidatorum, qualem imponit art. 682, normaliter fieri nequit ex abrupto, quasi per caelestem inspirationem, prout aliquoties miraculose factum legimus. D.N.J.C. primo intuitu perspexit quod eligere voluit: "Veni sequere me!" Non ita apud nos secundum communiter contingentia.

Revera, applicatio criterii generalis de quo in art. 682 non est facilis. Recta intentio, idoneitas ferendi religionis onera, quod importat peculiare dotes, indolem, virtutes, ut quis possit Matrem-Congregationem "refrigerare": haec omnia generatim non tam clare apparent, praesertim in aetate juniore.

Saepesaepius sunt plus minusve superficialia; vel e contra latent adhuc in profunda potentialitate subjecti quae tamen spem seriam secum fert felicitis evolutionis; vel, ut communius accidit, admiscuntur aliis motivis et elementis ordinis inferioris, ita ut difficulter dignoscatur quatenus sint praevalentia et quo sensu procedat normaliter evolutio. Iudicium de vocatione candidati amplecti debet simul et praeteritum et praesens et futurum.

Propterea iudicium non est praecipitandum, sed "cautissime tentanda est vocatio eorum qui..." Nostri non est dare vocationem, sed eam "tentare", i.e. examinare (sonder, éprouver) utrum sit a Deo, quatenus ut talis manifestetur per virtutes, dotes, indolem, rectam intentionem.

Exemplum Fundatoris. Quamvis maxime indigeret cooperatores ad opus missionum, noluit tamen indiscrete gravare conscientias ut vocationem quasi imponeret. Luculenter apparet in casu Patris Marcou, quem a prima adolescentia dirigebat in Congregatione juventutis aquensis (Aix). Iste seminarista factus et vacans studiis clericalibus in seminario majore aquensi, scripsit Fundatori, ut obtineret admissionem in ejus societatem missionariam. P. de Mazenod e medio magnae missionis in loco La Ciotat, mense decembri 1821, ei respondit sequentia: "Je ne vous ai jamais perdu de vue et je vis avec une secrète satisfaction la direction que l'esprit de Dieu vous inspirait. Néanmoins, quelque consolation que j'eusse pu me permettre en dirigeant vos premiers pas vers le sanctuaire, comme j'avais dirigé votre jeunesse dans les sentiers de la vertu, je voulus à dessein me tenir à l'écart pour ne pas m'exposer à contrarier les inspirations divines dans le choix que vous deviez faire en vous faisant pressentir mes désirs, qui auraient pu influencer d'une manière peut-être trop humaine la détermination que vous deviez prendre. Maintenant, autant j'ai mis de précaution pour laisser agir l'esprit de Dieu en vous, sous la direction des hommes infiniment respectables en qui vous aviez mis votre confiance, autant je mettrai d'empressement à seconder votre vocation, puisqu'elle vous conduit à un état encore plus parfait, et qu'elle doit vous assurer une plus grande récompense." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 16.)

Imo vocatio cautissime tentanda est "iterum atque iterum", i.e. pluribus successive vicibus, tum ante ingressum in societatem, tum postea per varia probationis progressivae tempora et modos. Etenim vocatio ecclesiastica et religiosa communiter non statim ab initio clare et certo manifestatur, sed lente et progressive crescit et innotescit a statu germinis fere imperceptibilis (cf. Can. 1353) usque ad statum plenae maturitatis et indubiae existentiae. Unde generatim nequit statim ab initio ferri iudicium definitivum et irrevocabile. Sed probatio iteranda est, ut successivae probationes mutuo sese clarificent et compleant. Et hoc eo vel magis, quod vocationis evolutio patitur regressus et quandoque atrophiam.

Examen vocationis complectitur apud nos communiter sequentes probationes: probationem praeiviam (art. 684-686) - postulatum vel quasi-postulatum (art. 687-693) - novitiatum (art. 699 sqq) - professionem temporariam (art. 732 sqq). Compara cum praescriptis juris communis: Can. 539 sqq; 574; Constitutio ap. "Sedes Sapientiae" (31 maii 1956) et annexa Statuta generalia, art. 31, 33, 34.

In Societate Jesu distinguunt sequentes probationes successivas: examen praeivium instituendum ante admissionem in Societatis domum (correspondet nostris articulis 684-686) - "Prima probatio" in Societatis domo, sed se junctim a communitate: postulatus vel quasi-postulatus (respondet nostris articulis 687-693) - "Secunda probatio": noviciatus per integrum biennium - "Tertia probatio" peragenda a sacerdotibus per integrum annum, studiis peractis, ante ultima vota ("le troisième an"); qui eam percurrunt vocantur "Tertiani".

II) Informatio praevia admissioni candidatorum. Art. 684-686.

a) Judicium de admissione in Societatem ejusque praevia informatio. Art. 684.

Textus

In ms. I (1818) sic legitur: "Il appartient au supérieur général et aux assistants de recevoir les sujets qui se présentent pour être admis dans la Société; mais avant de permettre au sujet d'entrer dans la maison, le supérieur prendra soigneusement des informations sur son compte."

Compara cum textu S. Alphonsi supra citato in introductione ad praesentem paragraphum.

Jam in ms. "Honorat" mentio assistentium cancellatur et deinceps penitus omittitur.

Dispositio vertitur latine in ms. V (1825): "Art. III. Ad Superiorem generalem attinet admittere qui se in numerum nostrum coaptatos volunt. Sed priusquam limen nostrum ulli insistere sit fas, Superior generalis viri mores sedulo inquiret." Et ita quoque in ed. la (1827).

Instaurata divisione Congregationis in provincias et vicariatus (1850-1851), textus adaptatur novae conditioni rerum et sic legitur in ed. 2a (1853): "III. Ad Provinciales aut Vicarios attinet admittere eos, qui se in numerum nostrum coaptatos volunt, sed priusquam limen nostrum ulli insistere sit fas, isti per se, aut per novitiorum magistrum viri mores sedulo inquirent."

In ed. 3a (1894), una modificatio mere verbalis, Loco formulae originariae "qui se in numerum nostrum coaptatos volunt" nunc jam imprimatur "cooptatos volunt". Fuitne correctio deliberate intenta? Vel subreptio mendosa (faute d'impression)? Quidquid sit, utrumque verbum praebet sensum aptum: "coaptare" = attacher, unir, adjoindre; "cooptare" = agréger, associer, choisir

In ed. 4a (1910) complement textum ut sequitur: "722. Ad Provinciales aut Vicarios attinet admittere eos qui... viri mores ad tramitem Decretorum S. Sedis sedulo inquirent." Alludunt praesertim ad decretum "Romani Pontifices" diei 25 januarii 1848 de inquisitione per sic dictas "Litteras testimoniales". Praedictum decretum invenitur insertum in fine hujus editionis, inter varia documenta adnexa (pp. 176sq.)

In ed. 5a (1928), plures modificationes: imprimis omittunt mentionem explicitam Vicariorum, conformiter ad art. 511. Omittunt pariter complementum additum in editione praecedente: "ad tramitem Decretorum S. Sedis", cum de hac re interponant specialem et novum articulum 692 cum referentia ad Codicem juris canonici. Denique in initio articuli immutant constructionem grammaticalem et addunt praecisionem ut sequitur: "684. Provincialis est ad novitiatum admittere eos qui..."

Commentarium.

1\* Judicium de admissione in Societatem. Agitur de iudicio "ex officio" seu "fori externi", prolato scil. a competente superiore fori externi cum juridica efficacia, ita ut candidatus consequenter ad illud iudicium possit valide incipere novitiatum et sic aggregari suo modo statui religioso. Valde differt proinde a iudicio et consilio privato quale proferre potest confessarius vel director spiritualis pro foro conscientiae. Istud nullam secum fert efficacitatem juridicam nullumque jus confert; sed, positis ponendis, hoc solum efficit, ut quis tuta conscientia petere possit admissionem eamque concessam sequi. Haec duo iudicia, prius et posterius, sunt diversi ordinis ac mutuo se complent.

Pronuntiare juridice admissionem alicujus candidati ad novitiatum non pertinet ad quemcumque, sed ad Superiores majores Congregationis, i.e. ad Provinciales et Superiores assimilatos (art. 511; 547; 435, 9\*; 379). Confirmatur jure communi: Can. 543. Provincialis autem agere potest per se solum, quin teneatur recurrere ad suum Consilium: ita ex nostro jure particulari confirmato anno 1928 post promulgationem novi Codicis juris canonici (1917).

Provincialis potest suam facultatem delegare aliis, v.g. Magistro novitiorum, saltem ad casus singulares. Ita ex canone 199, § 1, qui applicandus est etiam potestati dominativae institutorum religiosorum ex resp. Commissionis pontificiae interpretationis Codicis, 26-3-1952 (cf Acta A.S., 1952, 497).

N.B. In Societate Jesu: "Praepositus generalis plenam habet potestatem admittendi ad novitiatum, eamque per se vel per alios potest exercere. - Provinciales hanc potestatem habent habitualiter communicatam a Generali. - Ceteri eam tantum admittendi facultatem habent, quam cum iis Generalis aut Provincialis communicaverit." (Epitome Instituti Societatis Jesu, ed. 4a, 1949, n.36) Et quidem ista admissio fit per Superiores non capitulariter neque ex suffragio deliberativo Consultorum. (Ibidem, n. 22, § 4, 1\*.)

Apud Redemptoristas, "Postulantium admissio ad Novitiatum spectat ad Provinciales, ejusque Consultores cum votis decretoriis." (Regulae et Constitutiones, ed. 1936/1947, n.863.)

2\* Praevia informatio. Provincialis admittere nequit in Congregationem ad arbitrium suum, sed solum ad normam Constitutionum, ideoque post praeviam informationem sedulo factam: "per se aut per novitiorum Magistrum viri mores sedulo inquiret."

Istud "viri mores" sumendum non est in sensu restricto et exclusive morali (moeurs, conduite morale, caractère), sed sensu generaliore pro statu sive modo essendi et se gerendi seu pro tota vitae institutione. Patet ex natura rei et ex textu originario gallico: "le supérieur prendra soigneusement des informations sur son compte." Complectitur proinde plura, ut originem familiarem, curriculum vitae, sanitatem, etc. Caeterum objectum hujus praeviae informationis magis determinatur in articulo sequenti.

Praevia informatio fieri debet imprimis testimoniis authenticis, a competente auctoritate latis secundum canones 544-546 (testimonia recepti baptismatis et confirmationis, litterae testimoniales etc.). Sed etiam testimoniis privatis secundum rerum adjuncta et prudenti discretionem. Cf. S.C. de Religiosis, Instruct. "Quantum Religiones omnes", 1-12-1931, n.6: "Ampliores adhuc de candidatis notitias sibi procurent Superiores antequam alumnos ad novitiatum admittant, et testimoniales litteras forsitan insufficienter acceptas, per alias accuratas investigationes a fide dignis personis habitas suppleant."

Non erit inutile recollere praescriptum canonis 546: "Omnes qui praedictas informationes receperint, stricta obligatione tenentur secreti servandi circa notitias habitas et personas quae illas tradiderunt."

3\* Praevia informatio fieri debet tempore opportuno, i.e. antequam quis recipiatur in domum tanquam postulans: "priusquam limen nostrum ulli insistere sit, fas" (limen insistere = passer ou franchir le seuil). Textus originarius gallicus (ms.I): "mais avant de permettre au sujet d'entrer dans la maison - (subaudiendum est: ad habitandum) -, le supérieur prendra soigneusement des informations."

Unde generaliter nemo subito admittendus est in interiora domus, etiamsi sese praesentet cum commendatiis litteris. P. Leyendecker, Comment. in h.l., animadvertit: "Talis certo potest esse idoneus; sed, nisi a parte optima nota commendetur, res suspicione non caret. Redeat prius ad propria, et, expletis plene negotiationibus, ut postulans admittatur."

b) Praecisiones circa objectum praeviae informationis. Art. 685.

Textus.

Dispositio jam habetur in ms.I (1818): "Ce ne sera qu'après s'être assuré de sa moralité, après avoir jugé qu'il serait propre pour la Société et du moins qu'il donne l'espérance de le devenir, et après avoir reconnu qu'il ne se rencontre en lui aucun de ces empêchements qui excluent de l'entrée dans la Société, qu'il lui permettra de se présenter pour y être reçu à titre d'hospitalité."

In ms. "Honorat" textus apparet leviter modificatus. Vide editionem factam cura "Etudes Oblates", 1943, p. [57].

In ms.II (1821-1825) additur elementum novum: "Art. IV. Ce ne sera qu'après s'être assuré de sa moralité, après avoir jugé qu'il sera propre pour la Société, que l'on peut compter avec quelque fondement sur sa persévérance, et après avoir reconnu qu'il ne se rencontre en lui aucun empêchement qui exclue..."

Prima versio latina legitur in ms.V (1825) et in ed. la (1827): "IV. Postquam ergo illum benemorum penitus perspexerit, Societati utilem, et perseverantia satis stabilem non vane judicaverit, nullo praeterea ligatum impedimento, quod ingressu Societatis nostrae arceat, inter nos tanquam hospitem esse sineat."

In ed. 2a (1853) nonnisi modificationes verbales: verba ponuntur in plurali (perspexerint... judicaverint... sinent) et loco formulae "non vane judicaverit" aptius dicitur "prudenter judicaverint".

In ed. 5a (1928) feliciter dicunt "vitae Societatis idoneum" loco formulae pristinae "Societati utilem"; atque in fine praecisius dicunt "inter nos tanquam postulantem admittere poterunt".

Commentarium.

Praevia informatio fertur de sic dictis signis vocationis. In jure communi summam proponuntur in canone 538: "In religionem admitti potest quilibet catholicus qui nullo legitimo detineatur impedimento rectaque intentione moveatur, et ad religionis onera ferenda sit idoneus." Vide etiam "Statuta generalia" adnexa Constitutioni "Sedes Sapientiae" (31 maii 1956), art. 31;33.

In nostro jure particulari ista signa vocationis proponuntur magis concrete et distincte. Proponuntur tamen non synthetice, omnia simul ab initio, sed successive et per partes, prout fert probatio progressiva, Regulae nostrae sequuntur ordinem practicum procedendi. Ita v.g. de "recta intentione" erit quaestio solum in art. 688, occasione postulatus vel quasi-postulatus. Similiter de notis et exigentiis specificis oblati erit distinctius quaestio solum in art. 697.

His praemissis, informatio praevia, praecedens admissionem in domum intuitu postulatus vel quasi-postulatus, ferri debet circa sequentia:



1\* Utrum candidatus sit "benemoratus": de bonne conduite et de bonne renommée.

Quamvis status religiosus pateat etiam peccatoribus publicis ad vitam reparatricem, utique in Institutis ad hoc destinatis, Societas nostra, utpote sacerdotalis et apostolica, generatim admittere nequit nisi candidatos bonae famae. "Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat..." Cf. I Tim., III,7; Tit., I,5sqq.

Igitur non quaeritur hic certitudo de sanctitate interna et de virtutibus candidati, nisi quatenus istae exterius manifestantur per modum se gerendi. Traductio gallica 1930 ("Quand ils auront acquis la certitude que l'aspirant est vertueux") non satis convenienter reddit sensum dispositionis. In art. 688 solum quaeritur, an sit "indole virtuti idonea".

Ad bonam famam pertinet quoque honesta origo. Litterae testimoniales referre debent "de adspirantis natalibus" (Can. 545, § 4). Et cum illegitimitas sit irregularitas ex defectu (can. 984, 1°), constituit impedimentum majus pro admissione in vocitatum pro iis qui sacerdotio destinantur. Cf. art.686.

Minime vero requiritur eminentior gradus socialis familiae, nec a fortiori divitiae. Liceat citare sequentia e "Epitome Instituti Societatis Jesu", ed. 4a (1949), art. 43, § 2: "Dona externa nobilitatis, divitiarum, magni nominis ac similia, nec sunt necessaria, nec sufficiunt si desint alia; sed, quatenus faciunt ad aedificationem, eos qui de se iam sunt idonei, reddunt magis idoneum." Cf. etiam "Constitutiones S.J., P. Ia, cap. 2, n. 13.

2\* Utrum candidatus sit "vitae Societatis idoneus" vel, ut habet can. 538, "ad religionis onera ferenda sit idoneus".

Quaeritur autem idoneitas ad Societatis vitam tum internam (vitam religionem cum suis exigentiis propriis, quales sunt praecipue observatio votorum et constitutionum, vita communis), tum externam seu ad varia ministeria et activitates Congregationis.

"Idoneitas" constituitur concrete plurimis elementis, tum ex parte animi (intellectus, voluntatis, memoriae aliarumque facultatum), tum ex parte corporis (integritas membrorum, vires sufficientes, sanitas physica et psychica). Cf. Constitutio "Sedes Sapientiae" (31 maii 1956), adnexa "Statuta generalia", art. 33: "candidatorum dotes accurate omnique ex parte examinentur, sive morales sive intellectuales; physica insuper et psychica eorum aptitudo exquiratur, adhibito quoque probati medici 'anamnestico atque diagnostico' diligenti iudicio, etiam quoad tabes forte hereditarias, praesertim mentales; medici iudicium in singulorum scheda adnotetur" (dans la fiche personnelle ou le dossier personnel de chaque candidat).

Etsi normaliter recurrendum sit ad iudicium periti medici pro omnibus candidatis, recursus vero ad "specialistas" psychopathiae, psychanalysis etc non commendatur nisi secundum adjuncta particularia prudenter aestimanda. Caeterum ferre iudicium de vocabilitate canonica candidati pertinet ad Superiores competentes qui diligentia et prudentia, quae in hac gravi materia conveniunt, rationem habeant examinis et diagnostici a probato medico praestitorum.

Idoneitas ad vitam Societatis admittit evidenter gradus. Non requiritur gradus summus idoneitatis, ut quis admitti possit ad novitiatum; et est gradus infimus infra quem non licet admittere quemquam. Est problema aestimationis moralis secundum regulas prudentiae humanae et christianae, quae attendere debet ad normas traditas a Sancta Sede, a Constitutionibus et Superioribus nostris. De hac aestimatione vide notas in fine hujus articuli.

Insuper est nimis evidens minime requiri, ut quis aptus sit ad omnes fines sive opera Congregationis, vel aptus sit ad cooperandum actione immediata et specifica fini proprio principali (evangelizatio pauperum per missiones et ministeria assimilata). Sunt fines et activitates complementares et subsidariae quibus aliquis eminenter concurrat ad refrigerandam Matrem-Congregationem labore et bono exemplo (art. 682). Imo omnino indispensabile est, ut semper adsint candidati ad hujusmodi fines et activitates complementares convenienter adimplendas. Secus periculum in proximo, ne Congregatio impar sit fini suo proprio principali.

Denique idoneitas dijudicanda est aliter pro iis qui admittendi sunt intuitu sacerdotii, aliter pro iis qui postulant admitti titulo fratrum coadjutorum. Cf. infra ad art. 698; 762 sq.

3\* Utrum candidatus "perseverantia satis stabilis" prudenter judicari possit.

Et merito, nam vita religiosa constituta est in formam "status" stricte dicti, qui essentialiter secum fert stabilitatem, permanentiam, ut quis in perpetuum se addicat iis quae sunt servitii divini. Cf. can. 487; S.Th., 2.2, q.183, art.1; q.184, art.4 et 5; q.186, art.1. Similiter sacerdotium et apostolatus perfectus exigunt stabilitatem: "Nemo mittens manum suam ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei." (Lucas, IX, 62.)

Spes perseverantiae dijudicari potest variis signis: vita praeterita (stabilitas vel instabilitas), motiva vocationis (qui a parentibus impelluntur, qui suis commodis moventur vel impulsu imaginationis aut sensibilitatis seu commotionis affectivae transeuntis etc; suspicionem ingerunt de futura perseverantia), existentia cujusdam amenti affectivi profundioris, scil. propensionis vel inclinationis (attrait, goût) ad formam vitae apostolicae. Revera, si quis caret hujusmodi propensione estque omnino indifferens respectu "idealis" nostri, vix haberi potest securitas de ejus perseverantia. S. Ignatius enumerans signa secundum quae dijudicanda est vocatio candidatorum, expresse ponit istud "ut ad nostrum Institutum sint bene affecti". (Constitutiones S.J. Pars Ia, Cap. 2, nn. 2 et 8.)

4\* Utrum candidatus sit immunis ab impedimentis canonicis quae obstant ingressui.

Imo normaliter ab examine hujus objecti incipiendum est, quia existente aliquo impedimento canonico, saltem graviore, generatim non est procedendum ulterius, nisi appareat magna utilitas petendi dispensationem.

De impedimentis candidatus interrogandus est caute et cum necessaria discretionem, secundum quod fert personae conditio. En monitum desumptum e "Epitome Instituti S.J.", ed. 4a (1949), art. 57, l: "Qui potestatem admittendi habet, vel eius loco Examinator primarius... candidatum decenter interroget de impedimentis essentialibus, sed prudenter, ne ille intelligens ea excludentia esse, veri occultandi occasionem accipiat."

Terminus inquisitionis de his quatuor punctis est - vel non est - judicium moraliter certum de vocatione divina candidati: "postquam ergo illum benemoratam penitus perspexerint, vitae Societatis idoneum..., inter nos tanquam postulante[m] admittere poterunt." Revera, religionis nostrae ingressus non patet nisi vocatis a Deo (art. 696).

De isto iudicio plura pro praxi utiliter notanda sunt, ut evitemus tum nimiam facilitatem tum nimiam severitatem.

(1) Inter signa vocationis merito distinguunt signa indicia ("signes révélateurs"), qualia sunt propensio, inclinatio vel quasi-inspiratio (attrait, goût, inspiration de la grâce) et signa probantia sive discriminantia, qualia sunt idoneitas, recta intentio, immunitas ab impedimentis. Cf. Loret, C.Ss.R., "Vocation", Paris, 1947, pp. 70sqq.

(2) Idoneitas, ut dictum est, construitur in concreto variis elementis quae sunt valoris inaequalis, quae mutuo se complent et aliquantulum compensant, ita ut tandem aliquando resultare possit quaedam totalitas sat feliciter aequilibrata.

Liceat citare sequentia e "Epitome Instituti Societatis Jesu", ed. 4a (1949), n. 38: "§ 1. Nemo in Societatem admittatur qui ad eius finem utilis futurus non iudicetur; eo magis autem idoneus quis iudicandus est, quo pluribus Dei donis naturalibus atque infusis ad divinum servitium secundum Instituti nostri rationem promovendum praeditus fuerit, et quo certioribus experimentis illa dona fuerint perspecta. - § 2. Qui autem aliquo ex donis requisitis mox enumerandis careat, ut viribus corporis ac similibus, poterit tamen admitti, si id aliis Dei donis compensetur, omnibusque perpensis, ad Dei obsequium fore videatur dispensatione uti."

(3) Qualitatibus quibus resultat idoneitas, generatim admiscuntur quoque defectus vel inclinationes plus minusve vitiosae. Non excludunt necessario existentiam verae vocationis divinae, cum non quaeratur a candidato ut jam sit perfectus, sed utrum sit "indole virtuti idonea" (art. 688).

Sed prae mente habeatur istud S. Ignatii: "Quo huiusmodi defectibus quis magis sit obnoxius, eo minus est idoneus ut Deo Domino nostro in hac Societate ad animarum auxilium serviat; et qui facultatem habet admittendi videat ne caritatis particularis affectus universali noceat, quae, ut magis ad gloriam et honorem Christi Domini nostri facit, ita semper praeferrri debet." (Constitutiones Societatis Jesu, P.Ia, Cap.III, n.16.) Aliis verbis, qui admittit non debet moveri bono particulari candidati in detrimentum boni communis Societatis, ut ipsa oneretur defectibus et mediocritatibus.

Imo sunt defectus - quandoque jam unicus - qui categorice secum trahunt iudicium negativum, tales scil. defectus qui jam constituunt in-idoneitatem positivam, ut v.g. propensio vitiosa in re sexuali anormalis vel tam gravis, ut reddat observationem consilii evangelici caelibatus normaliter impossibilem vel nimis difficilem, vel talis egocentrismus, superbia, asperitas, indocilitas quibus vita communis, formatio ulterior, cooperatio fraterna et hierarchice coordinata et suborinata jam fiunt impossibiles vel nimis difficiles. Huiusmodi defectus nullis qualitatibus compensari possunt.

(4) Iudicium de vocatione divina candidati ejusque admissione in Congregationem secum fert certitudinem moralem seu prudentialem, qualis possibilis est in hac materia activitatis humanae aestimandae secundum rerum ac personarum adjuncta. Unde istud primum iudicium de candidati vocatione oblativa consequenter ad praeviam informationem generatim nondum habere quit illam claritatem et firmitatem, quas habere debet normaliter post subsequentes et progressivas probationes.

Illi quibus incumbit ex officio istud ferre iudicium non semel haesitant. Recurrant ad orationem et ad dona Spiritus Sancti secundum commendationem S. Ignatii: "Quae tamen mensura omnibus in rebus teneri debeat, unctio sancta divinae Sapientiae eos docebit qui id curae ad Eius obsequium ac laudem uberiores susceperunt." (Constitutiones Societatis Jesu, P.I, Cap.II, n.13.)

c) In particulari de impedimentis canonicis. Art. 686.

Sunt objectum praeviae informationis, quod generatim prius considerandum est, ne forsitan inutiliter vel periculose ulterius progrediatur. Sunt conditiones externae personae quibus ingressus in religionem ex jure Ecclesiae, sive communi, sive particulari, redditur invalidus vel saltem graviter illicitus.

Textus.

Jam in ms.I (1818) habentur tres sectiones (alinéas) de hac re, quarum prima est generalis, distinguens inter impedimenta majora de quibus Superior generalis solum cum suo consilio et gravibus de causis dispensare potest, et impedimenta minora de quibus Superior generalis per seipsum dispensare valet. Sectio altera enumerat 8 impedimenta prioris categoriae, et sectio tertia 4 impedimenta posterioris. Nullum impedimentum reservatur S.Sedi.

Tres dispositiones vertuntur taliter qualiter in linguam latinam atque approbantur a S.Sede 1826. En earum tenor in ed. la (1827): "Haec impedimenta, de quibus hic agitur, duplicis sunt generis. Priora, tam gravia ut nunquam ea solvere sit fas, nisi Superior generalis, et sui assistentes utilitatis maximae causa, et ad bonum Societatis et Ecclesiae, necnon ad majorem Dei gloriam, solvenda esse ducerent; posteriora, de quibus Superior generalis benigne quit dispensare postulantem, cum sibi videbitur, posthabendo tamen semper utilitatem privatam candidati seu petitoris bono communi Societatis et Ecclesiae.

VI. Impedimenta majora sunt 1\* si quis natus in Ecclesia catholica, fidem olim ejuraverit, aut in haeresim vel schisma incidit; 2\* si quis fuerit homicida; 3\* si quis publica sententia dedecoratus fuerit - (Ms.I: "d'avoir été déclaré infâme par une sentence publique")-; 4\* si quis alia horrenda peccata admiserit cum scandalo; 5\* si quis bonorum cessione miserabili, vel alieno aere quocumque modo laboraverit - (Ms.I: "d'avoir fait banqueroute ou d'être autrement insolvable")-; 6\* si quis turpem exercuerit artem - (Ms.I: "d'avoir exercé une profession déshonorante")-; 7\* si quis sanae mentis non fuerit; 8\* si quis insanabili morbo tentaretur."

VII. Impedimenta minora sunt 1\* si quis fuerit nothus - (Ms.I: "être né d'une union illégitime")-; 2\* si quis deforme corpus vel pravam habuerit indolem (Ms.I: "difformité monstrueuse du corps ou mauvaise inclination de l'esprit"); 3\* si quis aetatem habuerit juniorem, infra scilicet annum octavum et decimum, vel proveciorem, ultra scilicet quadragesimum; 4\* si quis Societati, vel communitati cuilibet fuerit coaptatus, etiam sicut novitius vel postulans."

N.B. Fontes harum dispositionum. P. de Mazenod secutus est jus et usum sat communiter vigentia tunc temporis. Ita v.g. potuit legere in Constitutionibus Societatis Jesu, P.I, Cap.III, nn.2sqq, distinctionem inter impedimenta primaria, quae omnino excludebant ab ingressu in Societatem, et impedimenta secundaria, Fundator noster non omnia impedimenta assumpsit quae ibi enumerantur, nec ea eodem modo distribuit.

In hodierno jure Societatis Jesu distinguuntur "Impedimenta primaria, quae etiam essentialia seu substantialia vocantur, ea sunt quae, ex jure sive communi sive Societatis proprio, admissionem reddunt nullam omniaque vota religiosa posteriora irritant" - et impedimenta "secundaria quae admissionem non faciunt irritam, et duplicis sunt generis: alia enim ex iure sive communi, sive Societatis, admissionem reddunt illicitam, alia ex iure Societatis candidatos minus aptos reddunt, ideoque maiorem considerationem in admittente exigunt." Cf. Epitome Instituti Societatis Jesu, ed.4a (1949), nn. 45sqq; 48sqq.

In ed. 2a (1853) dispensatio impedimentorum posterioris categoriae committitur Provinciali: "V. Haec impedimenta, de quibus hic agitur duplicis sunt generis. Priora, tam gravia...; posteriora, de quibus Provincialis benigne quit dispensare postulantem..."

Caetera manent eadem.

In ed. 4a (1910), consequenter ad Capitulum gen. 1908, profunde immutaverunt legislationem nostram de hac materia, ut sese conformarent recentioribus actibus S.Sedis, praesertim documento romano "Normae" anni 1901.

Tota materia absolvitur unico articulo 724. Nova quaedam impedimenta inseruntur, dum alia modificantur vel omittuntur. Quaedam habita olim ut minora, nunc jam ponuntur inter graviora (v.g. illegitimitas, aetas). Dispensatio impedimentorum graviorum reservatur S.Sedi.

Unde habetur textus sequens: "724. Haec impedimenta, de quibus hic agitur, duplicis sunt generis. Priora, tam gravia ut nunquam ea solvere sit fas sine dispensatione S.Sedis, nempe si quis fuerit:

- 1\* Illegitimus et non rite legitimatus;
- 2\* Matrimonio ligatus;
- 3\* Annos natus amplius quadraginta;
- 4\* Minor quindecim annorum aetate;
- 5\* E collegiis etiam laicis ob inhonestos mores vel ob alia crimina expulsus;
- 6\* Quacumque ratione a Seminariis et collegiis ecclesiasticis seu religiosis dimissus; vel a Superioribus invitatus ut sponte descenderet, ne dimitteretur;
- 7\* Dimissus sive ut professus, sive ut novitius, ab alio Ordine seu Congregatione religiosa; vel professus qui dispensationem votorum obtinuerit;
- 8\* Aere alieno gravatus, cui solvendo non sit;
- 9\* Reddendae rationi obnoxius, aut aliis saecularibus negotiis implicatus, ex quibus lites et molestias Institutum timere possit;
- 10\* Natus in Ecclesia catholica, fidem olim ejuraverit aut in haeresim vel schisma incidit.

Posteriora, super quibus dispensare poterit Superior generalis, nempe:

- 1\* Si quis deforme corpus haberet;
- 2\* Si quis, peracto tempore votorum temporaneorum in aliqua Congregatione eandem Congregationem sponte reliquerit: quo in casu exquirendae sunt jurate informationes."

Editio 5a (1928), praeparata in Capitulo gen. 1926, retinet ordinationem generalem editionis praecedentis, distinguens scil. inter impedimenta majora, quae sunt juris communis et quorum dispensatio exigit recursum ad S.Sedem, et impedimenta minora, quae sunt nostri juris particularis et dispensari possunt a Superiore generali.

Quoad priora, textus ea non enumerat in specie, sed nos remittit ad can. 542. Quoad posteriora, textus addit novam praecisionem, scil. recursum Superioris generalis ad suum Consilium ad dispensandum ab istis impedimentis; plura impedimenta, quae in editione praecedente enumerabantur inter graviora, iterum remittuntur inter minus gravia (illegitimitas, aetas ultra quadraginta, dimissio e Seminario aut collegio); adduntur nova impedimenta (vinculum matrimoniale solutum, dimissio a collegio etiam laico) vel praecisius formulantur.

Ex hoc resultat articulus sequens: "686. Impedimenta de quibus hic agitur duplicis sunt generis: priora, nempe ea quae enumerantur in canone 542 Codicis juris canonici, tam gravia ut nunquam ea solvere sit fas sine

dispensatione Sanctae Sedis; posteriora vero minus gravia, super quibus Superior generalis cum suo Consilio dispensare poterit, nempe si quis fuerit: 1\* illegitimus, et non rite legitimatus; 2\* notabiliter corpore deformis; 3\* matrimonio olim ligatus; 4\* annos natus amplius quadraginta; 5\* postulans aut novitius in alia religione; 6\* dimissus e Seminario aut collegio, etiam laico."

Commentarium.

Agitur de impedimentis canonicis, i.e. de talibus conditionibus externis personarum quae ex jure ecclesiastico sive communi, sive particulari, reddunt personam juridice inhabilem ad statum religiosum, ita ut admissio ad novitiatum absque praevia dispensatione jam sit invalida, vel saltem juridice minus idonea, ita ut admissio ad novitiatum absque praevia dispensatione sit illicita. Hujusmodi impedimenta sunt duplicis generis:

A) Impedimenta graviora sunt illa quae a jure communi Ecclesiae stabiliuntur, scil. in canone 542 Codicis juris canonici. Eorum dispensatio reservatur Sanctae Sedi. Attamen etiam pro eorum dispensatione valent canones 15 et 81. Statuere autem, utrum ad S.Sedem recurrendum sit pro eorum dispensatione, pertinet ad Superiorem generalem cum voto deliberativo sui Consilii: cf. art. 435, 14\*.

Sunt duplicis speciei:

(1) Impedimenta dirimentia, quae scil. reddunt invalidam admissionem ad novitiatum. Sunt octo:

1\* Adhaesio sectae acatholicae vel atheisticae (Commissio pontif. interpretationis Codicis 30-7-1934: Acta A.S., 1934, p. 494). Attingit solum eos qui ipsi a catholica fide defecerunt et adhaeserunt sectae acatholicae vel atheisticae; non autem eos qui, in haeresi vel schismate nati, ad Ecclesiam catholicam pervenerunt: Commissio pontif. interpret. Codicis 16-10-1919: Acta A.S., 1919, p. 477.

2\* Defectus aetatis requisitae ad novitiatum, scil. annus decimus quintus completus (can. 555, § 1, 1\*).

3\* Vis, metus gravis aut dolus, afficientes sive candidatum, sive Superiorem admittentem. (can. 2352: poenae). Vide moralistas et canonistas.

4\* Vinculum matrimoniale actu adhuc subsistens. Parum refert, utrum altera pars consentiat, utrum ambo e mutuo consensu velint statum religiosum ingredi, utrum sint in perpetuum separati, utrum obtinuerint divortium civile: impedimentum dirimens semper subsistit neque tollitur nisi per dispensationem S.Sedis.

5\* Vinculum professionis religiosae validae. Parum refert, utrum professio fuerit perpetua an temporaria; utrum vinculum professionis adhuc subsistat, an jam cessaverit; utrum cessaverit hoc vel illo modo (expiratione votum temporariorum, dispensatione...); utrum vinculum contractum fuerit in alieno Instituto religioso quocumque an in proprio Instituto.

E contra, impedimentum non contrahitur per professionem in mortis articulo. Revera, hujusmodi professio nullum effectum juridicum gignit praeter participationem gratiarum spiritualium. Cf. S.C. de Religiosis, decr. "Spirituali consolatione" 10 sept. 1912; instructio 30 dec. 1922 (cf Acta A.S., XV, 156).

Item, impedimentum locum non habet in casu transitus ab una classe ad alteram in eadem nostra Congregatione (Scholasticus transiens ad statum fratrum coadjutorum vel viceversa), non obstante obligatione novi novitiatus pro altera classe (can. 558). Etenim agitur de mutatione mere interna et absque nova admissione in Congregationem. Ratio impedimenti est mederi instabilitati humanae, qua quis nimis facile migret ab uno Instituto ad alterum, vel relinquat suum Institutum et postea iterum regrediatur.

Denique impedimentum non valet pro apostatis, fugitivis nec pro dimissis absque dispensatione votorum, etiamsi istis imponeretur probatio in domo novitiatus. Revera, omnes isti tenentur redire ad religionem suam. Cf. can. 645; 672, § 1.

6\* Poena imminens ob grave delictum commissum de quo accusati sunt vel accusari possunt, in fore sive civili sive ecclesiastico. Cf. can. 2195 et canonistas.

Sic aliquo modo reducuntur impedimenta quae legebantur in nostro textu primævo: si quis fuerit homicida... publica sententia dedecoratus fuerit... alia horrenda peccata admiserit cum scandalo... bonorum cessione miserabili.

7\* Episcopatus, sive residentialis sive titularis, etiam illius qui sit tantum designatus a R. Pontifice.

8\* Obligatio ex iureiurando se devovendi servitio dioecesis vel missionum secundum institutum S. Sedis, pro eo tempore quo iurisiurandi obligatio perdurat.

(2) Impedimenta prohibentia, quae scil. reddunt admissionem ad novitiatum solum illicitam.

1\* Obligatio ex ordine sacro seu majore, si Ordinarius loci non est consultus aut si ipse contradicit ex eo quod discessus clerici in sacris in grave animarum detrimentum cedat, quod aliter vitari minime possit.

Varii aspectus spirituales hujus impedimenti optime exprimuntur in epistola quam scripsit Mgr de Mazenod 28 oct. 1855 ad sacerdotem D. Paul, parochum dioecesis Marseille: "Mon cher curé, j'ai lu avec la plus grande attention la lettre que vous m'avez adressée ces jours-ci. Avant d'y répondre, j'ai demandé à Dieu de m'éclairer. Il s'agit d'une affaire très sérieuse à mes yeux. Nul doute qu'il faille obéir quand Dieu appelle à une vie plus parfaite. C'est un principe incontestable, il faut tout quitter en ce monde pour correspondre à une si grande grâce. Le tout est de bien discerner cette voix de Dieu. Pour un homme qui serait appelé du milieu du monde, la chose serait facile, et l'on pourrait répondre comme saint Thomas d'Aquin et après lui st. Liguori: Fût-ce le démon qui vous le conseille, ce serait un mauvais conseiller qui vous conseille une très bonne chose. Mais dans votre position, il me semble qu'il faudrait réfléchir. Vous êtes un bon prêtre, vous appartenez à un diocèse qui n'abonde pas en sujets, vous faites le bien dans la paroisse où vous êtes placé. Dieu est le Maître du champ, je le sais; Il peut appeler ses ouvriers à tel autre travail qu'Il juge plus utile pour sa gloire; Il peut vouloir favoriser tel ouvrier précisément pour le récompenser de son zèle à bien s'acquitter de ce qui lui avait été confié. C'est dans la pensée de Dieu un véritable avancement que cet appel à une vie plus parfaite, plus conforme à celle qu'a menée sur la terre son divin Fils. Impossible de le nier. Je sais aussi que Dieu se sert quelques fois des difficultés qui se rencontrent dans un certain ministère, du peu de correspondance des âmes que l'on est chargé de cultiver pour faire soupirer vers un état plus parfait où

de plus puissants secours vous attendent pour faire l'oeuvre de Dieu. Mais aussi il faut prendre garde que ce départ soit trop naturel, ne soit que l'effet de la contradiction, d'une sorte de dépit contre l'ingratitude, et que dans cet état on cherche moins les précieux avantages qu'offre la vie religieuse qu'un moyen de sortir d'une position fatigante où l'on ne rencontre que des mécomptes et des désagréments.

Je vous fais, mon cher ami, ces objections, non point certes pour vous détourner d'une vocation que j'apprécie peut-être plus que tout autre; mais seulement pour vous porter à réfléchir encore sur votre démarche à cause de son importance. Prions donc encore un peu. Vous n'êtes pas en danger où vous êtes, puisque vous y êtes légitimement placé par celui qui tient la place de Dieu à votre égard. Si en examinant encore la chose devant le Seigneur, et après avoir bien sondé la pureté de vos intentions, la voix de Dieu continue à se faire entendre, je ne mettrai point d'obstacle à ce que nous aurons reconnu être votre vocation, et les portes du Noviciat vous seront ouvertes.

Il n'y aura que le pauvre évêque de Marseille qui sera à plaindre dans cette affaire, car il ne lui sera pas facile de vous trouver un successeur. Il dira comme le saint évêque de Montréal en pareille circonstance: Dieu est le Maître, il faut obéir à sa voix, Il connaît mes besoins, Il y pourvoira..." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 15sq.)

2\* *Obligatio justitiae ex aere alieno contracta, si quis solvendo par non sit. Parum refert, utrum quis culpabiliter an inculpabiliter debita contraxerit.*

3\* *Conditio particularis candidati qui reddendae rationi est obnoxius aut aliis saecularibus negotiis est implicatus, ex quibus Congregatio lites (procès) et molestias timere possit, pro seipsa vel pro candidato admisso.*

4\* *Obligatio gravis et urgens virtutis pietatis, quae tenet sive filios qui parentibus, i.e. patri vel matri, avo vel aviae, in gravi necessitate constitutis, opitulari debent, sive parentes quorum opera sit ad liberos alendos vel educandos adhuc necessaria. Cf. 2.2, q.189, a.6.*

*Necessitas subveniendi fratribus vel sororibus non constituit impedimentum juris ecclesiastici; sed constituere potest, positis ponendis, impedimentum juris naturalis.*

*Impedimentum non desumitur proinde ex paupertate familiae, ut suggerere posset textus S.Alphonsi citatus supra in introductione ad hunc paragraphum. Congregatio, et generatim status religiosus, patent omnibus vocatis a Deo secundum supra dicta. Vide supra commentarium ad art. 685.*

5\* *Irregularitas vel simplex impedimentum canonicum ad ordinationes* (can. 983sq; 987) *pro iis candidatis qui ad sacerdotium in Congregatione destinantur.*

*Unde illegitimitas et notabilis corporis deformatio, quae de se sunt tantum impedimenta "minus gravia", a quibus Superior gen. dispensare potest, pro illis jam sunt impedimenta graviora et postulant praevidiam dispensationem S.Sedis.*

6\* *Defectus licentiae scripto datae S.C. pro Ecclesia Orientali candidato ritus orientalis, nisi jam antea ad ritum latinum transierit ad normam can. 98.*

N.B.1° *Conditio eorum "qui, quavis de causa, e Seminario egressi sunt" non est proprie "impedimentum" admissionis ad novitiatum, quamvis e decreto particulari §5-7-1941 S.C. de Religiosis praescriptus sit recursus*



praevius ad hanc S.Congregationem. De quo inferius ad art. 692 de variis testimoniis requisitis ad admissionem.

N.B. 2° Poenae contra Superiores qui candidatum receperint ad novitiatum non obstantibus impedimentis canonis 542, super quibus dispensationem a S.Sede praevis non petierunt: vide can. 2411.

B) Impedimenta "minus gravia" sunt illa quae stabiliuntur a nostro jure particulari, approbato a S.Sede. Omnia ista impedimenta sunt prohibitiva seu reddunt admissionem ad novitiatum solum illicitum: cf. can. 11.

Eorum dispensatio reservatur Superiori generali "cum suo Consilio". Cum voto deliberativo sui Consilii seu cum ejus consensu? Vel solum cum voto consultivo (can. 105)? Non enumeratur inter negotia quae exigunt "consensum" Consilii generalitii: art. 435, 14\*.

Hujusmodi impedimenta abhinc editione 5a, approbata a S.Sede 1928, sunt sex:

1\* Illegitimitas. - Cum sit "irregularitas ex defectu" (can. 984, 1\*), habenda est ut unum e impedimentis gravioribus pro illis candidatis qui destinantur ad sacerdotium in Congregatione, et exigit proinde praeviam dispensationem S.Sedis: can. 542, 2\*.

2\* Notabilis corporis deformitas. - Idem dicendum, cum sit "irregularitas ex defectu": can. 984, 2\*.

3\* Vinculum matrimoniale olim contractum, sed nunc jam rite solutum sive per mortem sive per alium modum legitimum.

4\* Aetas superadulta, scil. ultra quadraginta annos.

In jure particulari Societatis Jesu impedimentum aetatis habetur, si quis annos quinquaginta expleverit. Cf. Epitome Instituti Societatis Jesu, ed. 4a (1949), n. 50, 5\*.

5\* Ingressus in aliud Institutum religiosum tamquam postulans aut novitius.

Istud impedimentum viciens abhinc 1818 fuit suppressum in ed. 1910, et iterum insertum in ed. 1928.

Parum refert, utrum quis sit actu adhuc postulans aut novitius in alio Instituto, an olim fuerit. Ratio impedimenti est periculum inconstantiae vel inidoneitatis ad vitam religiosam.

6\* Dimissio e Seminario aut collegio, etiam laico. Compara novum textum cum textu editionis quartae, art. 724, nn. 5\* et 6\*, ubi impedimentum enumerabatur inter graviora et proinde non poterat solvi nisi per dispensationem S.Sedis.

Practice etiam hodie recurrendum est ad Sedem pro candidatis qui dimissi sunt e Seminario, propter praescriptum S.C. de Religiosis diei 25 julii 1941 (de iis "qui quavis de causa e Seminario egressi sunt"). De quo infra ad art. 692.

N.B. Ut apparet, minorenitas a lege statuta non est impedimentum canonicum, dummodo quis expleverit annum decimum quintum. Revera, electio libera status vitae est res maxime personalis. Ad parentes vel tutores pertinet quidem consilium dare in hac materia filiis suae potestati adhuc subditis, non autem imponere vel impedire vocationem. Cf. 2.2, q. 189, a. 5.

Attamen, "qui maioritatem, iure civili statutam, nondum attigerunt, ordinarie admittendi non sunt, nisi consentiant parentes aut qui eorum vices gerunt." (Epitome Instituti Societatis Jesu. ed. 4a (1949), n. 39, § 2.)

III) Prima probatio: postulatus vel quasi-postulatus. Art. 687-695.

a) Dispositio generalis de prima probatione. Art. 687.

Textus.

Jam in ms.I (1818) habentur plures sectiones (alinéas) de hac re. Anno 1825 vertuntur in linguam latinam fere ad litteram et sic leguntur in ed. la (1827): "VIII. His praerequisitis - (in ms.I: "après ces premières perquisitions") - si judicatur postulans primam probationem tentare posse, patebit illi domus nostra, sed solummodo tanquam hospiti. - IX. Non habitabit in novitiis parte propria domus, - (abhinc ed.2a: "in domus parte propria novitiis") - sed in remotiore cubiculo, et vestes, quaeque sint, quas attulit de saeculo non exuet. - X. Sic erit saltem per quindecim vel viginti dies...).

Et ita per omnes editiones successivas usque ad editionem 4am (1910), art. 725-727.

Fontes istius dispositionis primaevae.

P. de Mazenod secutus est usum vigentem sat communiter in religiosis prout videre potuit in Constitutionibus et Regulis S.Alphonsi (vide textum supra in introductione generali ad praesentem paragraphum) et magis complete in Constitutionibus Societatis Jesu, P.I, cap.4, nn. 1 et 4. Nostri articuli proximius accedunt ad istos textus Constitutionum S.J. quam ad textum valde brevem Regularum S.Alphonsi.

In novo Codice Juris canonici 1917/1918 primo formulatur lex generalis de "postulatu" praevisio novitiatus: can. 539-541. In Capitulo generali 1926 adaptant nostram legislationem particularem novo juri. Unde in ed. 5a (1928) supprimuntur tres articuli primaevi et eorum loco inseritur unicus articulus 687, omnino novus. In eo distinguunt inter candidatos destinatos ad partes fratrum coadjutorum et inter candidatos destinatos ad sacerdotium. Prioribus solis imponitur "postulatus" proprie dictus seu canonicus ad normam can. 539, § 1. Posterioribus aliqua probatio ad instar postulatus, et vocari potest "quasi-postulatus" vel "clericalis postulatus". Cf. Statuta generalia annexa Constitutioni "Sedes Sapientiae" (31 maii 1956), Art. 6, § 2.

Commentarium.

1) Postulatus proprie dictus seu canonicus, impositus candidatis destinatis ad partes fratrum coadjutorum.

+ Ejus obligatio. Est stricte obligatorius e lege communi Ecclesiae, scil. e can. 539, § 1. Attamen hujusmodi postulatus non requiritur ad validitatem subsequentis novitiatus nec subsequentium professionum. Revera, tum lex communis Ecclesiae tum nostri articuli 687 et 764 sunt mere praeceptivi, non autem irritantes. Cf. can. 11; 539, § 1; 555; 572.

+ Subjectum legis. Adstringuntur ad postulatum canonicum omnes candidati qui velint Societati nostrae cooptari tamquam fratres coadjutores, sive ad nos perveniant e saeculo, sive e nostris scholis apostolicis vel praeparatoriis.

E contra, non tenentur ad postulatum canonicum illi qui velint transire a conditione scholasticorum ad partes fratrum coadjutorum. Eis imponitur quidem novus novitiatus (can. 558), non autem postulatus. Et merito, tempus quod peregerunt in Congregatione tamquam novitii et scholastici supplet primam probationem et amplius.

+ Duratio postulatus: "per sex saltem menses". Complendum est per articulum 764: "quod tempus prorogari etiam poterit de iudicio Provincialis, sed non ultra aliud semestre", conformiter ad jus commune (can. 539, § 2).

Et quidem requiruntur sex saltem menses integri, ut expresse habetur in art. 764, conformiter ad canonem 539, § 1. Valde probabiliter vocabulum "integros" occasionaliter omissum est in articulo 687.

Et quidem requiruntur sex menses integri et continui, ut patet e natura rei et e fine legis. Attamen sufficit, ut sint moraliter continui, ita ut brevis aliqua interruptio non noceat.

Tempus durationis supputatur ad normam canonis 34, § 3, 3\*. Attamen integritas et continuitas sex mensium minus stricte computandae sunt quam pro duratione novitatus (can. 555 et 556), ita ut postulatus paucis diebus abbreviari possit pro causa rationabili et proportionata. Cf. Vermeersch, Epitome Juris can. I, ed. 7, n. 666; Larraona, in Commentarium pro religiosis, 1935, 224.

+ Inceptio postulatus. Apud nos nullus praescribitur actus particularis, nec juridicus nec liturgicus, quo postulatus est incipiendus. Sufficit proinde mutua conventio, explicita vel implicita, inter Superiorem competentem (art. 684 sq) et candidatum.

+ Conditiones extrinsecae postulatus. Circa locum determinat art. 765: "Postulatus peragi debet vel in domo novitatus vel, sub speciali cura probati religiosi, in alia Societatis domo, in qua disciplina secundum Constitutiones accurate servetur." Ita sec. can. 540, § 1.

Quoad habitus, servandus can. 540, § 2: "Postulantes vestem induant modestam ac diversam a veste novitiorum." Secundum usum nostrum primaevum semper servant vestes quas attulerunt. Vide supra editionem 1827, a. IX.

Jurisdictio "oblativa" fori sacramentalis extenditur quoque ad postulantes. Cf. Circul. 189 (2-5-1951); "Missions", déc. 1938, p. 573; Commentarium, ad art. 300. De caetero vero postulantes non fruuntur de se privilegiis ac spiritualibus gratis Congregationi concessis; et si morte praeventantur, non habent jus ad suffragia concessa professis et novitiis (art. 363; can. 567). Sed caritas supplebit!

Postulantes non videntur posse admitti ad professionem in articulo mortis. Cf. S.C. de Religiosis, 30 dec. 1922 (Acta A.S., 1923, pp. 156sq; Doc. Cath., 9 juin 1923, col. 1439sq); Vermeersch, Epitome J.C., T. I, ed. 7, n. 720; Schaefer, De Religiosis, ed. 4a, n. 936; Goyeneche, in "Commentarium pro Religiosis", 1932, pp. 39sq. Nihil autem prohibet quominus postulans emittat vota privata, quae fruuntur toto suo valore morali in foro interno seu coram Deo.

Ius et officium est Superioris per se vel per alium postulantes aegrotis Eucharisticum Viaticum et extremam unctionem ministrandi: can. 514, § 1.

Quod attinet ad funera, postulantes - sicut nec alumnis scholarum apostolicarum - nequit applicari dispositio canonis 1221. Considerantur enim ut "hospites", quibus proinde applicandi sunt canones 1222 et 1216-1218, scilicet funerandi sunt in ecclesia paroeciali. Cf. Com. pont. interpretationis Codicis, 20 julii 1929 (Acta A.S., 1929, p. 573). Attamen facile fieri potest conventio cum respectivo paroco, ita ut funera peragantur a nostris ac in nostra ecclesia vel oratorio, nisi defuncti vel eorum ius habentes aliud petierint (can. 1223 sqq, 1236).

2) Quasi-postulatus seu probatio ad instar postulatus, imposita candidatis destinatis ad sacerdotium.

Minima aliqua probatio praevia novitiatui semper est necessaria, praesertim pro iis qui ad nos accedunt immediate e saeculo. Patet ex eis quae dicuntur in art. 688-691.

Pertinet ad Superiores majores, i.e. Superiorem generalem vel Provinciales, definire durationem et modum istius primae probationis, sive modo generali sive pro aliquo casu particulari.

Usus communis est, ut haec probatio fiat in ipsa domo novitiatu, in qua candidati occupant cubiculum particulare; ut duret octo fere dies; ut candidati servant vestes quas attulerunt; ut eis assignetur novitius quasi "mentor" qui eos doceat res ordinis externi novitiatu, salvo art. 689.

Nihil autem prohibet, quominus, secundum personarum et locorum adiuncta, quasi-postulatus longior protrahatur atque conditiones externae aliter ordinentur, ut habetur ex ipso art. 687.

Quod attinet ad forum sacramentale, privilegia et gratias spirituales (suffragia in particulari): ut supra.

b) Praecipue attendenda in prima probatione. Art. 688-691.

Scopus proprius postulatus et quasi-postulatus est probatio vocationis de praesenti et de visu. Jam ante admissionem in domum tum Superiores competentes tum candidatus ipse debuerunt studere veritati vocationis. Cf. art. 684 sq. Fuit studium potius abstractum et theoreticum. Est nunc jam completum per contactum personalem et continuum intra Congregationis septa. Probatio vocationis fit per mutuam informationem.

1) Informatio Congregationis de postulante. Art. 688-690.

1\* Praescriptum generale de praedicta informatione. Art. 688.

Textus.

Ms.I (1818), postquam indicavit durationem postulatus ("Il passera au moins, de la sorte, quinze ou vingt jours;"), ita continuat: "ce temps sera employé à le bien examiner pour mieux juger de sa disposition, de son caractère, de ses bonnes ou mauvaises qualités, de son aptitude à la vertu, des espérances que l'on peut fonder sur lui."

Vertitur latine et sic legitur in ms.V (1825) et in ed. la (1827): "X. Sic erit saltem per quindecim vel viginti dies, et per hoc tempus sedulo tentabitur, ut melius innotescat quorsum venerit, quae sint illius vitia vel dotes, an indole virtuti idonea, an de illo bene possit sperari."

In ed.2a (1853) completur hoc modo: "X. ...et per hoc tempus non solum se ipsum omnino notum facere tenetur, sed etiam sedulo tentabitur, ut melius innotescat..." Et ita adhuc in ed. 5a (1928), in qua tamen, ratione contextus praecedentis immutati, subjectum phrasae explicite determinatur: "Per hoc tempus, postulans non solum..."

Commentarium.

+ "Postulans se ipsum omnino notum facere tenetur". Professio religiosa, si est holocaustum Deo facta per emissionem votorum seu promissionis Deo factae, est simul contractus bilateralis Congregationem inter et candidatum. Hujus contractus objectum non est mere qualiscumque, cujus qualitates et defectus facile dignosci valeant, sed est persona humana cum suis valoribus, insufficientiis, inclinationibus, intentionibus etc. Jamvero de his omnibus imprimis ipse candidatus informare potest ac debet. "Quid dicis de te ipso?"

Praeterea, postulans bene sciat agi ante omnia de proprio suo bono, de suo statu vitae, de animae suae salute temporali et aeterna. Sui ipsius imprimis est ut lucide dirigatur in electione vitae suae: il est le premier intéressé dans l'affaire!

Unde intelligitur insistencia qua S. Ignatius exegit a postulantis manifestationem conscientiae faciendam Superioribus vel eorum delegatis: cf. Examen generale, Cap. IV, n. 36; Constitutiones S. J., P. I, Cap. 4, n. 6. Quae dispositio adhuc hodie, e jure particulari Societatis Jesu approbato a S. Sede, in vigore est. Cf. Epitome Instituti Societatis Jesu, ed. 4 (1949), n. 66, 3\*: "Rationem conscientiae reddant Superiori, id est Provinciali vel ei quem delegaverit, ut plurimum Magistro Noviciorum."

Apud nos hujusmodi manifestatio conscientiae remittitur ad forum internum sacramentale (art. 693) vel etiam ad directionem spiritualem fori interni faciendam apud sacerdotem libere electum, et potissimum apud Magistrum novitiorum. Cf. commentarium in art. 307.

Quocumque modo fit, sustinenda est necessitas gravis pro candidato manifestandi libere ac sincere omnia essentialia et necessaria circa suam vocationem.

+ "sed etiam sedulo tentabitur", in sensu textus originarii gallici: examiner soigneusement. Nullo modo includit ideam modi agendi malevole, indiscrete, insidiose. Cf. supra commentarium ad art. 683.

+ "ut melius innotescat quorsum venerit", utrum scil. habeat "rectam intentionem" (can. 538) an potius ducatur motivis vitiosis aut prorsus insufficientibus, quorum forsitan ipse candidatus non habet conscientiam claram.

Attamen nondum requiritur in isto statu initiali, ut candidatus jam perfecte perspiciat et intendat motiva solida et superiora vocationis religiosae-sacerdotalis-apostolicae; nec requiritur, ut ista motiva sint omnino pura, absque ulla permixtione motivorum ordinis inferioris quae potuerunt candidatum primitus impellere. Essentiale est, ut postulans habeat intentionem veram et seriam amplectendi vitam nostram, et ut ista intentio sit recta, i. e. ut motivum principale et objective dominans respondeat dignitati vocationis et intendatur efficaciter, saltem modo generali (servitium perfectum Dei vel Christi sui). Cf. commentarium ad art. 217 (P. II, p. 51).

Qui adhuc caret illa intentione, ita ut adhuc hinc inde fluctuet, generatim admitti nequit ad primam probationem, et adhuc minus ad novitiatum. Cf. art. 690.

+ "quae sint illius vitia vel dotes": défauts et qualités, tum intellectuales tum morales, tum naturales (honestas naturalis, urbanitas, etc.) tum supernaturales, tum internae tum externae, ut aptitudo ad varias artes mechanicas, praesertim si agitur de fratribus coadjutoribus.

Non requiritur proinde, ut candidatus sit undequaque perfectus, absque ullo defectu, sed ut sit "indole virtuti idonea" (ms.I: "aptitude à la vertu"; versio gallica 1930: "tempérament disposé à la vertu"). Sufficit ut defectus large compensentur bonis qualitatibus, ut defectus non sint anormaliter aggravati, ut candidatus Dei adjuvante gratia possit in adjunctis communibus efficaciter et feliciter tendere ad perfectionem nostri status.

In hoc attendendum est ante omnia et maxime ad rectitudinem iudicii seu ad sanitatem mentis - "bon sens". Revera, mens prava (esprit faux) vel stulta non favet tendentiae ad perfectionem status nostri estque periculum non parvum vitae communis. P. de Mazenod voluit Magistros novitiorum valde attentos in hac re. Ita in epistola ad P. Courtès, 23-3-1832: "Le bon-sens est une qualité trop indispensable pour que nous puissions nous passer de l'exiger des sujets qui se présentent. Que deviennent toutes les bonnes qualités quand le cerveau est blessé? Le doute serait suffisant pour nous détourner d'acquiescer à la demande du bon M. Poët, à plus forte raison après ce que vous a dit le P. Jérôme. Exprimez donc à ce bon jeune homme tous mes regrets mais dites-lui en même temps le motif qui nous décide à ne pas l'agréer." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 11.)

+ "an de illo bene possit sperari": ms.I: "des espérances que l'on peut fonder sur lui"; vel ut habet versio gallica 1930: "et qu'on peut fonder sur lui de légitimes espérances". Non requiritur proinde, ut Magister novitiorum vel alius "examinator" perveniat ad iudicium omnino certum et definitivum de felici eventu futuro, Sufficit ut habeatur spes fundata de felici evolutione futura seu certitudo prudentialis de vocatione candidatus.

+ In ista prima probatione - sicut et in subsequentibus - omnino requiritur, et quidem ex utraque parte, perfecta ingenuitas (ouverture, franchise) et sinceritas. Quod si istae desiderantur, electio nequit feliciter nec secure fieri, nec ex parte candidati nec ex parte Congregationis.

Si habetur "dolus" in sensu canonico, admissio ad novitiatum est invalida: can. 542, 1\*. Si infirmitas fuit dolose reticita aut dissimulata, Superiores competentes possunt religiosum a votis temporariis excludere ab ulteriore professione vel eum dimittere: can. 637; 647, § 2, 2\*.

2\* Medium particulare informationis: contactus personalis cum postulante, seu "collocutiones". Art. 689-690.

Commendantur frequentes "collocutiones" (entretiens) cum postulante. Art. 689.

Jam in ms.I (1818) habetur substantia hujus articuli: "A cet effet, le supérieur ou les autres prêtres de la maison commis par lui auront de fréquents entretiens avec le postulant."

In ms.II (1821-1825) una additio: "A cet effet, le supérieur, le maître des novices ou les autres prêtres..." Est textus definitivus, prout latine legitur in ms.V (1825) et in ed.la (1827): "XI. Qua de causa superior, novitiorum magister, vel alii sacerdotes, superioris quasi vicarii, cum postulante frequentissime colloquantur."

Et ita adhuc hodie in ed.5a (1928)

Itaque postulans non est relinquendus sibimetipsi. Nec sufficit tradere ei libros, periodica aliave documenta informationis, vel eum committere alio novitio "mentori". Omnino requiritur contactus personalis cum personis

"qualificatis" quae repraesentant Congregationem. Est prima occasio occurrens, ut vocatio candidati possit examinari intimius, de praesenti et quasi "de visu". Esset periculosum hanc occasionem praetermittere vel ea uti incomplete.

Sensus et natura harum "collocutionum" resultat ex dictis ad art. 683 et 688 de vocatione "tentanda". Absit omnis suspicio praeconcepta vel temeraria, intentio explorandi indiscrete vel insidiosae personam alienam. Nihil aliud intenditur nisi hoc, ut candidatus efficaciter adjuvetur in studio suiipsius et in electione lucida status vitae. Unde ex utraque parte perfecta ingenuitas (ouverture, franchise) et sinceritas quaeruntur. Et ex parte Magistri novitiorum vel alius examinantis charitas benevola, multa patientia et abnegatio suiipsius.

Insistitur in cura praedominante harum collocutionum. Art. 690.  
La principale préoccupation du Maître des novices.

Dispositio habetur statim ab initio, scil. in ms.I (1818). Vertitur ad litteram in linguam latinam, prout legitur in ms.V (1825) et in ed.la (1827): "XII. Ex his collocutionibus cognoscent quid boni Societas sperare possit de homine, imprimis si ejus perseverantiae possit confidere; enimvero nunquam sinendum ullum apud nos introduci tentaminis causa..." (sicut hodie).

In ed.5a (1928) duae modificationes mere materiales: "Ex his collocutionibus cognoscent quid boni Societas de illo sperare possit... enimvero nunquam sinendum ullum apud nos ingredi tentaminis causa..."

Non sint proinde vana colloquia curiositatis causa vel de negotiis ad rem non pertinentibus. Magister novitiorum vel alius sacerdos interveniens conscientiam habeant se repraesentare Congregationem eisque incumbere gravem obligationem eam informandi praecipue de duobus quorum scientia illi maxime importat, scil. idoneitas seu "quid boni Societas de illo sperare possit" (cf. art. 682) et firmum propositum se definitive aggregandi Societati ("si ejus perseverantiae possit confidere"). Etenim, "nunquam sinendum ullum apud nos ingredi tentaminis causa - (ms.I: "comme par essai") -, non praeinito firmo proposito permanendi usque ad mortem."

Ita P. de Mazenod post S. Ignatium qui noluit admitti illum qui nondum omnino statuerit obsequio divino in Societate se dedicare, ut in ea vivat ac moriatur. Cf. Constitutiones S.J., P.I, cap.4, n.3; Epitome Instituti, ed.4a (1949), n.65.

Attamen, illud firmum propositum "permanendi usque ad mortem" non est intelligendum absolutum et inconditionatum. Patet ex natura rei. Est quidem intentio firma, sed relativa et conditionata, quatenus semper subaudiatur: quatenus de me est et supposito felici exitu probationum subsequentium. Gallice dicitur: pour ma part, je suis fermement décidé à m'engager pour toujours dans la Congrégation des Missionnaires Oblats de M.I.

2) Informatio postulantis de futura vita sua in Congregatione. Art. 691.

Textus.

In ms.I (1818) habentur duae sectiones (alinéas) de hac re: "On aura soin, en même temps, de faire connaître au probationnaire les obligations de notre état et les difficultés qui s'y rencontrent. - On lui donnera avec discrétion un aperçu de quelques-unes de nos règles, pour qu'il les examine, ainsi que la série des questions qui lui seront faites par écrit et qu'on laissera par-devant lui."

Exinde habentur in ed.1a (1827) duo articuli sequentes: "XIII. Insuper status nostri officia et difficultates probationarius edocebitur. - XIV. Regularum nostrarum magna cum prudentia digestam seriem, necnon rerum de quibus scripto interrogatur summarium, habebit apud se mature pensanda."

In ed.2a (1853) una modificatio: illud "magna cum prudentia digestam seriem" fit "summa prudentia digestam seriem".

In ed. 5a (1928) ambo articuli in unum articulum 691 colliguntur, cujus altera pars intimius conjungitur per particulam "quapropter".

#### Fontes.

P. de Mazenod de his nihil invenire potuit in Regulis et Constitutionibus S.Alphonsi. E contra, eadem inveniuntur quoad sensum apud S.Ignatium, "Examen generale", cap.I, n.13; cap.IV, n.41; et explicitius in "Constitutiones S.J.", P.I, cap.IV, n.5: "Elapsis duobus aut tribus diebus post ingressum in Domum probationis, examinari accuratius incipiat, prout in officio Examinatoris declaratur; et relinquatur ei scriptum Examen, ut solus id maturius consideret; postea eidem ostendantur Diplomata Apostolica - (i.e. Litterae apostolicae approbationis etc.) -, ac Constitutiones et Regulas in Societate ac Domo, quam ingreditur, observandae..."

#### Commentarium.

Candidatus se aggregare debet Congregationi per veram "electionem", qualis convenit viro adulto. Sit proinde actus vere humanus, plene deliberatus seu liber, supponens sufficientem cognitionem status eligendi, eo vel magis quod agitur de electione status vitae de se definitiva ("firmum propositum permanendi usque ad mortem").

Unde tenentur Magister novitiorum vel alius sacerdos, repraesentantes Congregationem, tradere ei elementa essentialia viae quam intendit ingredi: "status nostri officia et difficultates probationarius edocebitur", et quidem ingenue (franchement) et sincere... sed etiam necessaria discretione! Minime necessarius est, ut candidatus statim ab initio cognoscat omnes Congregationis regulas et difficultates singulatim. "Probationarii" ad matrimonium longe absunt ut cognoscant omnes et singulas condiciones et difficultates talis determinatae unionis quam intendunt amplecti!

Media istius informationis: colloctiones particulare vel conferentiae communes, traditae postulantis solis vel etiam, positis ponendis, simul cum novitiis, Facilius erit pro fratribus coadjutoribus, cum eorum postulatus prolongetur saltem per sex menses.

Sed insuper relinquendus est candidatis textus legendus, ut eum prae se habeant maturius pensandum. Et quidem imprimis "Regularum nostrarum summa prudentia digesta series". Unde non ipse liber Constitutionum-Regularum in sua integritate, nisi in aliquo casu particulari sapienti discretione. Primitus certo scripto tradebant postulantis seriem selectam Regularum; saltem vero ab anno 1853 illis remittebant opusculum impressum. Revera, illo anno in lucem prodit "Libellus de Instituto, Regulis et Constitutionibus Congregationis Miss. Obl. M.I., candidatis tradendus." Massiliae, M. Olive, 1853, in-16, 32 pag. Hodie non desunt in variis linguis opuscula quae praebent summarium de fine, operibus, spiritu et regimine Congregationis, v.g. Yves Guéguen, "Missionnaire Oblat de M.I.", 2e éd., Ottawa, Etudes Oblates, 1947.

"Necnon rerum de quibus scripto interrogatur summarium", utique si hoc apparet necessarium vel valde utile secundum personarum adiuncta. Quaestiones de quibus serio cogitare convenit: historia propriae vocationis (origo,



evolutio); eius motiva; quid sentiant de proprio caractere (dotes, defectus), de sua propria vita christiana-spirituali qualem eam usque adhuc ducebant, de habitudine ad vitam communem, ad studia, ad pietatem, cultum divinum, orationem (facilitas, difficultas, amor vel repugnantia) etc. Articulus non praescribit ut his quaestionibus respondeatur scripto. Revera, traductio gallica facta 1930 "on lui remettra... un petit questionnaire sur lequel il répondra par écrit" non est conformis nec textui latino authentico nec textui gallico primaevo, quem habes supra. A fortiori non praescribitur, ut responsio scripta servetur in archivo!

Nec praetermittantur informatio et initiatio practicae, quatenus postulantes praeparantur aliquo modo ad vitam communem, ad officium divinum recitandum, ad praecipua exercitia pietatis... Et maxime interest, ut fratribus coadjutoribus apte assignetur pars in laboribus ad mentem articuli 706. Si illi, durante postulatu, commendantur fratri probato utiliter initiantur ad laborem simulque ad vitam religiosam.

c) Prima probatio quatenus terminanda per ingressum in novitiatum. Art. 692-695.

Pro iis qui destinantur ad sacerdotium postulatus practice coincidit cum exercitiis spiritualibus praeparatoriis ad ingressum in novitiatum, nisi longius durare debeat (art. 687). Clarius apparet in textu primaevo et in prioribus editionibus, ubi immediate post praecedenter dicta de informatione candidati de vita Congregationis legebantur sequentia: "Cum haec prima probatio sit veluti quidam spiritualis secessus - (ms.I: "une espèce de retraite") - per quem illi non licebit externum commercium, hoc tempus impendet conscientiae diligenter excutiendae..."

Similis omnino dispositio habetur in novo Codice juris canonici, ubi can. 541 de exercitiis praeparatoriis inceptioni novitiatu terminat caput I de postulatu: "Postulantes, antequam novitiatum incipiant, exercitiis spiritualibus vacent per octo saltem integros dies..."

1) Admissio canonica ad novitiatum. Art. 692.

Articulus introductus solum in ed. 5a (1928). Repetit principium jam enuntiatum in art. 684, additis praecisionibus necessariis.

"Provincialis... eum ad novitiatum admittere poterit", i.e. Provincialis et caeteri omnes qui ei assimilantur: art. 511.

Auctoritati admittendi ad novitiatum correspondet auctoritas non admittendi et dimittendi postulantem: cf. art. 787.

Auctoritas Provincialis requiritur ad validam admissionem ad novitiatum (cf. can. 543), ita ut sine illa novitiatu nequeat valide incipi. Non autem de se ad incipiendum postulatum. Practice vero nec ad postulatum quis accipi debet independenter ab auctoritate Provincialis. Revera, admissio ad postulatum non fit nisi intuitu novitiatu subsequentis; et nemo admitti debet in domum ad postulatum vel quasi-postulatum, nisi praevie iudicetur idoneus ad vitam Societatis. Cf. art. 684 et 685.

De natura actus quo Provincialis admittit ad novitiatum; de non-necessitate recurrendi ad Consilium provinciale; de possibilitate delegandi jus admittendi ad novitiatum: vide supra ad art. 684.

"Si iudicatur postulans vitae religiosae in Societate nostra idoneus".

Superiores nequeunt arbitrarie admittere ad novitiatum, sed tantum ad normam Constitutionum. Istae vero exigunt iudicium praeivium et moraliter certum de idoneitate negativa et positiva candidati ad vitam nostram. Cf. can. 538 et supra ad art. 685.

Admissio candidati certo et evidenter non idonei esset graviter culpanda. Attamen poena canonica (can. 2411) non incurritur, nisi habeatur inidoneitas canonica propter impedimentum canonis 542. Et admissio non est invalida, nisi quatenus existat impedimentum dirimens canonis 542, 1\*, vel sit invalida jam ex jure naturali (defectus usus rationis) vel ex jure divino positivo (defectus baptismi).

"omnibus praehabitis testimoniis juxta canones 544 et 545 requisitis".

Usque ad editionem 3am incl. (1894) Constitutiones nostrae non exigebant testimonia authentica seu ex officio, sed solum ut Superiores praevidere "viri mores sedulo inquirent" (ms.I: "le supérieur prendra soigneusement des informations sur son compte"), quod fieri poterat etiam per testimonia privata. Cf. supra art. 684.

Interim S.Sedes urgebat observationem universalem decreti "Romani Pontifices" S.Congregationis super Statu Regularium, diei 25 januarii 1848. Unde in ed.4a (1910), art. 722, complent dispositionem, de qua supra, modo sequenti: "viri mores ad tramitem Decretorum S.Sedis sedulo inquirent". Insuper inserebant in eadem editione, p. 176sq, praedictum decretum "Romani Pontifices".

Sub isto jure, litterae testimoniales Ordinariorum obtinendae ante admissionem ad novitiatum; graves poenae canonicae ipso jure incurrendae ab iis qui recipiunt ad novitiatum absque litteris testimonialibus; decretum "Romani Pontifices" legendum quolibet anno die prima Januarii in publica mensa, sub poena privationis officii ac vocis activae et passivae ipso facto.

Sub regimine novi Codicis Juris canonici (1917/1918), tota res complete ordinatur in can. 544 sq et 2411. Loco poenae ipso jure incurrendae, statuitur poena ferendae sententiae (can. 2411); nec imponitur annua lectio publica.

Testimonia exhibenda ex jure hodierno (can. 544-545):

1\* Testimonium recepti baptismatis et confirmationis: can. 544, § 1.

De baptismatis et confirmationis probatione extraordinaria vide can. 779 et 800.

2\* Litterae testimoniales ad normam can. 544 et 545.

Vide commentaria canonistarum.

Litterae testimoniales requiruntur ad inceptionem novitiatus, non autem ad postulatum. Attamen, etiam postulatum praecedere debent investigationes convenientes, ut ut de vocatione candidati sufficienter constet pro tempore. Cf. art. 684 sq.

Lex Ecclesiae praescribens litteras testimoniales habendas ante receptionem ad novitiatum obligat sub gravi, ut patet ex poena contra Superiores qui recipiunt ad novitiatum sine requisitis litteris testimonialibus: can. 2411.

Inceptio novitiatus absque litteris testimonialibus esset quidem illlicita, non autem invalida. Cf. can. 11.

Stricta obligatio servandi secretum circa omnia quae ex litteris testimonialibus sciscuntur. Cf. can. 546 et supra ad art. 684.

3\* Casus particularis eorum "quâ, quavis de causa, e Seminario egressi sunt".

De his observandum peculiare praescriptum S.Sedis: Sacrae Congregationes de Religiosis atque de Seminariis et Universitatibus, decr. 25-7-1941: "...ant... ..antequam familiae religiosae adscribantur qui, quavis de causa, e Seminario egressi sunt, Superiores religiosi ad S.Congregationem de Religiosis recurrant, quae de suo iudicio Superiores certiores faciet, peractis iis omnibus quae casus ferat." (cf. Acta A.S., 1941, p. 371.)

Isto praescripto non attinguntur ii qui mere transeunt de Seminario ad amplectendam vitam perfectionis in aliquo instituto religioso. Talis enim est processus frequentissimus evolutionis vocatis et de eo sufficienter providetur in can. 544, § 3. "Transitus" ab una religione ad aliam, vel e Seminario ad institutum religiosum, et "egressus" e religione vel e Seminario sunt duae res iudice valde differentes. Confirmatur responsione S.C. de Religiosis 25 iunii 1942 (n.2286, 42) ad Procuratorem Gen. Fratrum Min. (cf. Monitore ecclesiastico, Roma, 1942, V, p. 83.)

Imo jurisprudentia S.C. de Religiosis necessitatem recurrendi ad ipsam restringit ad casum eorum qui dimissi sunt e Seminario vel formaliter vel aequi valenter (quatenus ipsi prius egressi sunt ut evitent dimissionem formalem). Cf. Circul. 180 diei 15-10-1947, p.20 (Circul. adm. V, p. 83.)

S.C. de Seminariis et Studiorum Universitatibus severius se ostendit in casu processus inversi. Revera, "antequam in Seminarium admittantur qui, quocumque titulo, ad familiam religiosam pertinuerint, Ordinarius ad S.C. de Seminariis et Studiorum Universitatibus recurrat". Differentia inter utrumque modum agendi patet e natura rei. Ecclesia favet de se ingressui in statum perfectionis (can. 487; 538) et non favet de se regressui e statu perfectionis ad statum saecularem (can. 638sq; 642).

## 2) Praeparatio spiritualis immediata ad novitiatum incipiendum. Art. 693.

### Textus.

In ms.I (1818) legebatur: "Cette première probatio étant une espèce de retraite, pendant laquelle il ne lui sera pas permis de communiquer au dehors, il en profitera pour faire un sérieux examen de sa conscience et pour faire une confession générale au supérieur ou à tel autre prêtre de la maison que le supérieur désignera à cet effet."

Dispositio transit ad litteram in primas versiones latinas, ms.V (1825) et ed. 1a (1827): "XV. Cum haec prima probatio sit veluti quidam spiritualis secessus per quem illi non licebit externum commercium, hoc tempus impendet conscientiae diligenter excutiendae, et peccatorum suorum generali confessioni, superiori, vel cuivis alii sacerdoti a superiore commisso, faciendae."

Cum postulatus saltem pro fratribus coadjutoribus longius duret quam durare solent exercitia spiritualia, et ad majorem conformitatem cum variis documentis S.Sedis, praesertim cum "Normis" (1901), textus profunde modificatur in ed. 4a (1910): "Post hanc primam probationem, postulans spiritualibus exercitiis per octo dies vacabit et hoc tempus impendet conscientiae diligenter discutiendae et peccatorum suorum generali confessioni juxta prudens iudicium confessarii faciendae." Ut apparet, supprimitur obligatio faciendi confessionem generalem apud superiorem vel sacerdotum ab isto designatum.

Editio 5a (1928) adaptat dispositionem textum Novi Codicis, can. 541, ita ut jam habeatur sequens: "693. Antequam novitiatum incipiat, postulans spiritualibus exercitiis vacabit, et hoc tempus impendet..." Omittitur proinde determinatio de duratione exercitiorum ("per octo dies"). Revera, can. 541

praescribens exercitia spiritualia "per octo saltem integros dies" est praecipivus solum pro illis quibus imponitur postulatus canonicus ad norma, can. 539, scil. apud nos pro solis fratribus coadjutoribus.

Commentarium.

Merito praemittuntur exercitia spiritualia ingressui in novitiatum, ut fiat seria renovatio spiritualis per diligens examen conscientiae et confessionem generalem juxta prudens consilium confessarii. Revera, per ingressum in novitiatum jam habetur transitus e statu saeculari ad statum religiosum, ut exterius significatur per susceptionem habitus religiosi. Vitae forma omnino nova instituitur.

Duratio exercitiorum spiritualium. Firmo praescripto juris communis pro fratribus coadjutoribus ("per octo saltem integros dies": can. 541), pro postulantis destinatis ad sacerdotium duratio varia secundum varia Instituta. Apud Redemptoristas praescribuntur 15 dies: Constitutiones et Regulae, ed. 1936/1947, n. 1142. Epitome Instituti Societatis Jesu, ed. 4a (1949), n. 66, 4\*: "Exercitiis spiritualibus vacent saltem per tres dies; maiora autem Exercitia ad secundam probationem - (i.e. ad novitiatum) - plerumque differantur." Apud nos communiter per 3 aut 4 vel 5 dies.

Confessio generalis generatim suadetur, nisi confessarius prudenter dissuadeat vel postulans eam ante ingressum fecerit. Constitutiones Redemptoristarum l.c. expresse addunt "at libertas illi concedetur confitendi apud quemcumque elegerit". Quod certo valet quoque apud nos.

3) Inceptio canonica novitiatus. Art. 694-695.

1\* Solemnitates praescriptae a nostro jure particulari. Art. 694.

Textus.

In ms.I (1818) legitur: "Il écrira de sa propre main, dans un livre à ce destiné, qu'il consent d'observer tout ce qui lui a été proposé; et après avoir reçu l'absolution (et participé) aux saints mystères, il sera admis à entrer au noviciat." Abhinc ms.II: "Art. 16. En terminant sa retraite, il écrira de sa propre main..."

Textus latinus originarius, prout habetur in ms.V (1825) et in ed.1a (1827): "XVI. Finito secessu, manu sua sribet in libro rei addicto, se omnia sibi proposita servaturum esse, deinde Poenitentiae et Eucharistiae sacramentis confortatus, sacrae militiae nostrae tyrocinia inchoabit, novitii nomine." Ut apparet, usque nunc nondum est quaestio de susceptione habitus!

In ed.2a (1853) ordo phrasae aptius disponitur (mentio receptionis sacramentorum ponitur primo loco) et praescribitur susceptio habitus. En textus: "Xiv. Finito secessu, postulans Poenitentiae et Eucharistiae sacramentis confortatus, manu sua sribet in libro rei addicto, se omnia sibi proposita servaturum esse, deinde religioso nostrae Congregationis habitu induetur, sicque sacrae militiae tyrocinium inchoabit, novitii nomine."

In ed.5a (1928) duae modificationes mere verbales: "694. Quibus completis, postulans... deinde religioso nostrae Congregationis habitu induetur, sicque novitiatum incipiet."

Commentarium.

Nostrum jus particulare praescribit plures actus ad rite incipiendum novitiatum, scil.

+ Primo, receptionem sacramentorum, prout statuitur etiam in aliis Institutis v.g. in Societate Jesu (cf. Constitutiones S.J., P.I, cap.IV, n.6; Epitome Instituti, ed. 4a (1949), n.66, 6\*).

Merito "confortandus" est gratia Christi ille qui primo et sollemniter seu coram Ecclesia suscipit praxim consiliorum evangelicorum, etsi ista praxis nondum confirmetur emissionem votorum. Nemo sequi valet Dominum per viam consiliorum, nisi ab ipso alliciatur eique intime uniatur, prout fit in SS. Eucharistia ("manet in me et ego in eo").

+ Secundo, liberam acceptationem vitae Congregationis novitiis propositae, exterius manifestatam per scriptionem et subscriptionem formulae convenientis in libro peculiari (cf. "Vade Mecum des Missionnaires Oblats de M.I.", ed. 7 (1958), p. 267). Ei respondet intimatio admissionis ad novitiatum per Provinciale (art. 692). Cf. "Vade Mecum", p. 268.

Ingressus canonicus in novitiatum est contractus bilateralis. Adspirans libere acceptat obligationes vitae oblaticae novitiis propriae et in particulari subjectionem auctoritati dominativae Superiorum et Magistri novitiorum (can. 561, § 2). Congregatio se adstringit ad habendam curam temporalem et spiritualem novitiorum eisque concedit participationem omnium privilegiorum ac gratiarum spiritualium, insuper, pro casu mortis, jus ad eadem suffragia quae pro professis praescripta sunt (can. 567, § 1).

+ Tertio, susceptionem habitus religiosi nostrae Congregationis. Ita abhinc editione 2a (1853).

Ingressus in novitiatum secum trahit ius et obligationem ferendi habitum religiosum (can. 557) tamquam signum pertinentiae ad statum religiosum. Unde merito ille qui transit e saeculo ad statum religiosum sollemniter vestitur habitu religioso tamquam signo manifesto status a se selecti. Imo inceptio novitiatus suum nomen vulgare desumpsit ab illa caeremonia susceptionis habitus religiosi (prise d'habit, vêtire, vestizione, Einkleidung...), quamvis non sit de substantia inceptio canonicae novitiatus, ut infra dicetur.

Caeremonia liturgica quae comitatur istos actus: vide nostrum librum caeremonialem, "Vade Mecum", ed. 1958, pp. 266sq.

Observanda pro ingressu fratrum coadjutorum: vide Constitutiones, art. 766, et Acta Capitulum 1959, art. 136, ex Capitulo gen. 1867. De his distinctius infra in paragrapho "De Fratribus famulantibus".

Evidens est non omnes illos actus requiri ad validitatem inceptiois novitiatus. Ad hanc sufficit admissio per auctoritatem competentem, scil. Provincialis (art. 684, 692), intimata candidato et libere et exterius acceptata ab ipso. In particulari susceptio habitus religiosi non requiritur ad validitatem inceptiois canonicae novitiatus. Recole canonem 11, et compara canones 553 et 572 cum canonibus 555 et 572.

Primus codex actorum autographorum de cujusque novitii ingressu (art. 603) servatur in archivo domus generalis, Romae. Primus actus inscriptus est inceptio novitiatus Patris de Mazenod eique assignatur dies 2. octobris 1815.

Sequuntur actus Patrum Tempier, Deblieu, Mye et Icard omnibusque assignatur mensis octobris 1815. Omnes isti actus epochae primaevae compositi sunt plures annos post eventum. Cf. "Missions" 1952, pp. 5sq. Potes ibi legere actum primi novitii Germaniae, scil. Sebastiani Wütz, nati 21 oct. 1807 in Bavaria; ingressus est novitiatum Massiliae 31-10-1833.

2\* Interventus auctoritatis competentis. Art. 695.

Textus.

Textus originarius ms.I (1818): "Le secrétaire de la Société marquera le jour, le mois et l'an de son admission, à la suite de l'acceptation faite par le sujet dans ce même livre." Prima pars phrasis desumpta est ad litteram e Constitutionibus et Regulis S.Alphonsi, l.c., II: vide supra in introductione ad hunc paragraphum.

Prima versio latina (ms.V: 1825): "XVII. Secretarius Societatis diem, mensem et annum admissionis acceptationi ejus datae in eodem libro subscribet." Ita etiam in ed. la (1827).

In ed.2a (1853) primo determinatur auctoritas cui competit praesidendi caeremoniae inceptionis canonicae novitiatu: "XVII. Magister novitiorum, deficientibus Provinciali et superiore locali, huic caeremoniae praesidebit, ac diem, mensem et annum admissionis in eodem libro subscribet."

Commentarium.

Ius praesidendi merito reservatur imprimis Superioribus canonicis Congregationis. Ingressus canonicus in novitiatum est actus publicus, quo quis ingreditur, etsi nondum perfecte et definitive, statum religiosum. Unde convenit, ut huic actui praesint illi qui Congregationem ex officio repraesentant coram Ecclesia.

Deficientibus Provinciali et Superiore locali, praesidentia competit Magistro novitiorum ex ipso suo munere.

Omnes praedicti valent quoque delegare alium sacerdotem, cum potiantur auctoritate ordinaria (analogia cum can. 199, § 1). Caeterum, ista praesidentia caeremoniae non pertinet ad validitatem ingressus canonici in novitiatum: vide supra ad art. praecedentem. Differentia cum actu susceptionis votorum: art. 740; can. 572, § 1, 6\*.

Annotatio temporis multum interest, cum ab eo computatur annus novitiatu integer et continuus, requisitus ad validitatem professionum subsequentium.

N.B. Conspectus totius modi procedendi quem sequi debet Magister novitiorum in admissione aspirantium: cf. Circul. 180 diei 15 oct. 1947, pp. 14-22 (Circul. adm. V, pp. 77-85.)

IV) Monita suprema ad Superiores majores admittentes. Art. 696-698.

De his P. de Mazenod nihil invenit in Constitutionibus et Regulis S. Alphonsi. Similes autem adhortationes habentur tum in Constitutionibus S.J., P.la, tum in Regulis S.J. (Regulae Provincialis, cap. III).

Isti tres articuli Constitutionum nostrarum sunt temporis primaevi et vix subierunt modificationes decursu temporum, nec quoad ipsum textum nec quoad dispositionem et locum.

a) Principium fundamentale sancte tenendum a Provinciali in admittendis candidatis. Art. 696.Textus.

Textus primo legitur in ms.I (1818), et quidem eodem omnino loco: "Mais que le supérieur général et son Conseil considèrent attentivement devant Dieu que, pour mériter d'être admis dans la Société, il faut y être appelé de Dieu et avoir les qualités propres d'un bon missionnaire et capables de former un saint prêtre."

In ms.II (1821-1825) fit art. 18, omittitur in initio mentio Consilii generalitii et phrasis finalis aptius formulatur: "avoir les qualités propres d'un bon missionnaire et les vertus pour devenir un saint prêtre."

Et sic transit in primam versionem latinam (ms.V, 1825) et in editionem lam (1827): "XVIII. Veruntamen Superior generalis attente coram Deo perpendat, Religionis nostrae ingressum non patere, nisi vocatis a Deo, et illis in quibus elucent dotes optimo Missionario propriae, et virtutes ad sacerdotalem sanctitatem informantes."

In ed.2a (1853) dispositio adaptatur institutioni provinciarum et in fine exactius formulatur. "XVIII. Veruntamen Provincialis, aut Missionum Vicarius, attente coram Deo perpendat... et illis in quibus elucent dotes Congregationis sodali propriae, et virtutes..."

In ed.5a (1928) supprimunt mentionem explicitam "Missionum Vicarii", conformiter ad principium generale stabilitum in art. 511.

Commentarium.

In admittendis candidatis selectio omnino necessaria: cf art. 682. Jamvero pertinet imprimis ad Provinciales invigilandi huic selectioni, cum facultas admissionis canonicae in novitiatum ipsis reservetur: art. 684 et 692. Liceat citare sequentia e "Regulae Societatis Jesu - Regulae Provincialis, ed. 1947, cap. III, n. 26: "Rem magni momenti esse reputet ad Societatis bonum ut Examinatores candidatorum apti eligantur et officio suo diligenter fungantur..."

Valde interest, ut Provincialis suam auctoritatem in hac materia non exercent ad arbitrium suum, sed ad normam Constitutionum, imo ad normam iuris divini et ecclesiastici: "attente coram Deo perpendat, religionis nostrae ingressum patere nisi..." Provincialis admittens candidatum in Congregationem non dat vocationem, sed supponit vocationem divinam quatenus manifestatur per vocabilitatem canonicam, quae concrete constituitur per aptitudinem negativam et positivam ad Institutum nostri vitam quaeque sunt "signa" vocationis divinae. Ingressus religionis nostrae non patet "nisi vocatis a Deo, et illis in quibus elucent dotes Congregationis sodali propriae..." Confirmatur canone 538 et tot documentis pontificiis, quae recapitulantur in Instructione S.C. de Religiosis ad supremos religionum Moderatores die la mensis decembris 1931, n.6: "Atqui imprimis, maxima diligentia, iam inde a primo candidatorum in

Religionem ingressu, Superioribus adhibenda erit ut adolescentes, non gregatim, neve festinanter adsciscantur, sed ii soli, in quibus divinae vocationis indicia deprehenduntur, et spes affulget eosdem cum fructu ecclesiasticis ministeriis perpetuo addictum iri." (Can. 1363, § 1).

In textu nostro "ingressum non patere nisi vocatis a Deo, et illis in quibus elucent dotes...", illa particula conjunctiva "et" non habet sensum copulativum (et de plus, en outre), quasi praeter vocationem divinam requirerentur ulterius dotes propriae Congregationis sodali etc., sed potius sensum explicativum: "nisi vocatis a Deo, id est illis in quibus elucent..." Revera, vocatio divina manifestatur per dotes etc tamquam signa vocationis divinae. Sensus textus sat bene redditur in traductione gallica 1930.

"virtutes ad sacerdotalem sanctitatem informantes". Constitutiones nostrae legiferunt imprimis intuitu sacerdotum vel candidatorum destinatorum ad sacerdotium. Revera, Congregatio nostra est Institutum sacerdotale: art. 1. Applicatio ad fratres coadjutores fit suo loco: art. 762sqq.

"ad sacerdotalem sanctitatem informantes". Verbum "informare" est latinitatis omnino classicae: informare = formare, former, façonner, préparer.

b) Postulata vocationis oblativae concrete explicantur. Art. 697-698.

1) Dispositiones supernaturales. Art. 697.

#### Textus.

Textus fere immutatus servatus est abhinc tempore ms.I (1818), ubi sic legitur: "Il faut avoir un grand désir de sa propre perfection, un grand amour pour Jésus-Christ et son Eglise, un grand zèle pour le salut des âmes. Il faut avoir le coeur libre de toute affection déréglée aux choses de la terre, un grand détachement des parents et du lieu de sa naissance, un désintéressement tel qu'il aille jusqu'au mépris des richesses. Il faut avoir la volonté de servir Dieu et l'Eglise soit dans les missions soit dans les autres ministères que la Société embrasse, et vouloir persévérer toute la vie dans la fidélité et l'obéissance aux saintes Règles de l'Institut.

Versio latina, facta anno 1825, est pulcherrima, utens hic illic formulis "paulinis". Sic legitur in ed.1a (1827): "XIX. Si quis noster esse voluerit propriae perfectionis desiderio flagrabit, Domini Nostri Jesu Christi et ejus Ecclesiae amore inflammabitur, zelo zelatus erit pro animarum salute, a terrenarum rerum inordinatis affectionibus, necnon a parentum et patriae immoderato amore mundabit cor suum, turpis lucri non erit cupidus, quinimo divitias arbitrabitur ut stercora, ut Christum lucrifaciat, unico Dei et Ecclesiae servitio incumbere desiderans, sive in Missionibus sive in aliis Societatis officiis. Voluntatem perseverandi item usque ad mortem in fidelitate et obedientia Instituti nostri regulis."

In ed.2a (1853) plures modificationes verbales: "Si quis noster esse voluerit, propriae perfectionis... necnon a parentum et natalis soli (prout habebatur in ms.I) immoderato amore... sive in Missionibus sive in aliis Congregationis officiis. Voluntatem insuper habebit perseverandi usque ad mortem, in fidelitate et obedientia Instituti nostri Regulis."

In ed.5a (1928) idem textus servatur excepta formula "sive in aliis Congregationis officiis", cui substituitur ista "in aliis Congregationis operibus".



Commentarium.

Pater Fundator breviter commemorat ea quae fusius in praefatione exposuit: "Illis exploratum est... Quid vice sua sit ab hominibus agendum..." Omnia ista statim ab initio proposuit sibi et primis cooperantibus suis, ut patet ex litteris scriptis ad D. Tempier anno 1815 (cf. Circul. adm. I, pp.133), et ex primo programme stabilito 25-1-1816 et approbato ab auctoritate dioecesis Aquensi (cf. Rey, I, pp. 190sq). Sunt ratio et fundamenta societatis suae. Ea frequenter repetit ad directionem novitiorum, ut in epistola ad P. Tempier 12-8-1817 et diei 1-8-1830, vel ad suscitandos dignos tyrones (epistola 6-1-1819 ad D. Viguiet, dioecesis Digne, et epistola 1-1-1819 ad D. Arbaud, vicarium generalem Digne). Vide apud Yenveux, o.c., VIII, 8sq.

1\* Vocatio propria Patris de Mazenod - et Oblatorum suorum - est ut sit minister Christi et Ecclesiae ejus sponsae per servitium apostolicum. Sub diversitate formularum semper eadem idea redit: "ut toti sint, qui verbo et exemplo, fidem in corde pleraeque partis filiorum sopitam suscitant" (Praefatio, p. 13) - "Domini nostri Jesu Christi et ejus Ecclesiae amore inflammabitur, zelo zelatus erit pro animarum salute... unico Dei et Ecclesiae servitio incumbere desiderans, sive in missionibus sive in aliis Congregationis operibus" (hic in art. 697).

Ipsa declarat motiva vocationis suae: "J'entraî donc au séminaire de Saint-Sulpice avec le désir, mieux, avec la ferme volonté bien déterminée de me dévouer de la manière la plus absolue au service de l'Eglise, dans l'exercice du ministère le plus utile aux âmes, au salut desquelles je brûlais de me consacrer." (Cit. apud Rambert, I, 47.) Similiter in contione dominicae IV Quadragesimae 1813, in ecclesia S.Magdalénæ, Aix: "Appelé par ma vocation à être le serviteur et le prêtre des pauvres, au service desquels je voudrais être à même d'employer ma vie toute entière."

Ad eundem finem congregavit socios. "Cet esprit de dévouement total pour la gloire de Dieu, le service de l'Eglise et le salut des âmes est l'esprit propre de notre petite Congrégation, mais qui sera toujours puissante tant qu'elle sera sainte. Il faut que nos novices se remplissent bien de ces pensées, qu'ils les approfondissent, qu'ils les méditent souvent. Chaque société dans l'Eglise a un esprit qui lui est propre, il est inspiré de Dieu suivant les circonstances et les besoins des temps..." (Epistola 12-8-1817, ad P. Tempier: Yenveux, o.c., VIII, 8.)

2\* Ista vocatio includit ordinationem particularem ad sanctificationem propriam. "Si quis noster esse voluerit, propriae perfectionis desiderio flagrabit" (art. 697). Ad finem suum apostolicum prosequendum P. de Mazenod quaerebat sacerdotes non mediocri sanctitatis, sed tales "qui callentes necessitatem emendationis propriae, laborarent pro parte sua ad conversionem aliorum... Serio sanctitati suae incumbere habent... debent sese renovare jugiter in spiritu mentis suae, vivere in statu habituali propriae abjectionis et in voluntate perpetua perfectionis apicem obtinendi; assiduam dantes operam, ut fiant humiles, mansueti, obediens, paupertatis amatoras..." (Praefatio).

Atque proponitur sanctitas formae apostolicae sive evangelicae, qua quis, ut Christum sequatur pressius, ingreditur viam consiliorum evangelicorum, omnibus renuntiat ut sit plane liber ad Dei servitium, "solicitus quae Domini sunt, quomodo placeat Deo" (I Cor. VII, 32, 34): "a terrenarum rerum inordinatis affectionibus, necnon a parentum et natalis soli immoderato amore mundabit cor suum; turpis lucri non erit cupidus (I Tim., III, 8; Tit. I, 7, 11; I Petr., V, 2), quinimo divitias arbitrabitur ut stercora, ut Christum lucrifaciat (Philip. III, 7sq)." "

Similiter in Praefatione ("apostolici uno verbo viri") et in epistola Fundatoris ad D. Arband, vicarium generalem Digne, 1-1-1819: "Il nous faut des hommes détachés, zélés pour la gloire de Dieu et le salut des âmes, enclins en un mot à suivre et à pratiquer les conseils évangéliques. Sans cela il y a peu ou point de bien à espérer d'eux. Les missions sont éminemment l'oeuvre apostolique; il faut, si l'on veut parvenir aux mêmes résultats que les Apôtres et les premiers disciples de l'Évangile, prendre les mêmes moyens, avec d'autant plus de raison que n'étant pas en notre pouvoir de faire des miracles, il faut, à ce défaut, ramener par l'éclat des vertus les peuples égarés." Itemque in epistola ad D. Viguier, e dioecesi Digne, 6-1-1819:

"Ce que nous avons trouvé le plus propre pour nous aider à y arriver: C'est de nous rapprocher le plus que nous pourrons des conseils évangéliques observés fidèlement par tous ceux qui ont été employés par Jésus-Christ au grand oeuvre de la rédemption des âmes. C'est ce qui nous a déterminés à mépriser les honneurs et à détester les richesses qui sont la pierre d'achoppement d'un trop grand nombre de prêtres qui rendent par là leur ministère infructueux et mettent en danger leur salut." (Cit. apud Yenveux, VIII, 7sq)

In quadam epistola ad P. Guigues, superiorem domum N.D. de l'Osier: "Les deux diacres sont entrés en retraite. L'un d'eux est venu me voir avant de la commencer pour me témoigner la peine que lui faisait le chagrin de sa famille. Je crois lui avoir donné de bonnes raisons pour l'encourager à vaincre le cri de la nature assez ordinaire et que nous avons tous surmonté ainsi que les saints qui nous ont donné l'exemple." (Cit. apud Yenveux, VIII, 17.)

V. Fundator nullo modo intendit proponere suis duos fines distinctos, scil. servitium apostolicum et sanctificationem propriam, ut eos plus minusve feliciter inter se componant, nec proponere sanctificationem propriam tamquam purum medium vel finem subordinatum ad ministerium animarum. Illa duo non sunt nisi duo aspectus unius ejusdem finis supremi, scil. conjunctionis intimae cum Deo in caritate quae est una, qua diligimus Deum super omnia et nos et proximum sicut nosmetipsos ad Deum, ita "ut sit Deus omnia in omnibus" (I Cor. XV, 28), omnesque in Ipso suam salutem et perfectionem consequantur.

Ista ordinatio fundamentalis rerum induit in praesenti ordine caracterem particularem, scil. christologicum. JESUS CHRISTUS constitutus est centrum totius creationis atque in Ipso omnia recapitulantur, ita ut finis jam sit sanctificatio Corporis Christi, quod est Ecclesia, ad gloriam Patris. Jamvero Ecclesia non constat "nullitatibus" nec puris quasi organismi corporalis membris quorum liceret sacrificare unum ad bonum totius, sed personis ruarum unaquaeque destinatur ad bonum personale gloriae filiorum Dei in sanctitate. Unicuique personae baptizatae incumbunt jus et officium tendendi, gratia Dei adjuvante, in propriam salutem et sanctitatem, utique conunctim cum aliis pariter vocatis ad salutem et sanctitatem, ut Corpus Christi aedificetur. Societas religiosa, cujus finis est sanctificatio et salus hominum et imprimis suorum membrorum, excellenter illustrat finem ipsius Ecclesiae; atque religiosi, ratione ipsius sui status, sunt testes primarii Ecclesiae ejusque sanctitatis et finalitatis. Ipsi, sequentes formam vitae apostolicam per praxim consiliorum evangelicorum, postulata et consecrationem baptismi, quo Ecclesia nascitur et dilatatur, plenius et manifestius profitentur. Baptismus est sacramentum initiationis et perfectionis christianae.

Unde non est mirum, quod P. de Mazenod jam in primo programme suae minimae societatis scripsit die 25 januarii 1816: "La fin de cette société n'est pas seulement de travailler au salut du prochain en s'employant au ministère de la prédication; elle a encore principalement en vue de fournir

à ses membres le moyen de pratiquer les vertus religieuses." (Cit. apud Rey, I, p. 190sq.) Non aliter S. Ignatius pro suo Instituto quod voluit apostolicum. "Finis huius Societatis est non solum saluti et perfectioni propriarum animarum cum divina gratia vacare, sed cum eadem impense in salutem et perfectionem proximorum incumbere." (Examen generale, cap. I, n. 2)

Liceat addere sequentia ex Litteris encycl. Pii XII "Summi Pontificatus" diei 20-10-1939: "Nous remarquons, dans toutes les parties du monde catholique les signes évidents d'un esprit qui affronte courageusement les tâches gigantesques du temps présent et qui, avec générosité et décision, s'emploie à unir dans une féconde harmonie avec le premier et essentiel devoir de la sanctification personnelle l'activité apostolique pour l'accroissement du règne de Dieu." (cf. Documentation Cath. 5-12-1939, col. 1269)

De hoc argumento vide quoque Commentarium, P. I, pp. 20 sq; P. II, p. 1.

3\* Voluntas unionis indefectibilis et activae in eadem societate fraterna. Est conditio insupplebilis ad praedictos fines efficaciter obtinendos. Vide praefationem: "Ea sunt immensa salutis opera... Quamobrem isti sacerdotes, sese devovendo omnibus operibus bonis..., obtemperare intendunt institutis et Constitutionibus..." Et articulum primum, vere constitutionalem: "Finis hujus parvae Congregationis... est ut coadunati sacerdotes religionis votis obligati, et sicut fratres habitantes in unum, praecipuam dent operam..."

P. de Mazenod, post S. Ignatium et S. Alphonsum, postulabat a candidatis hunc affectum ad societatem et propositum in ea perseverandi. Scripsit ad P. Tempier 12-8-1817 ad directionem novitiorum: "Il faut de plus qu'on ait un grand attachement pour la Maison - (domus unica societatis tunc temporis!) - Celui qui ne la regarderait que comme une hôtellerie où il n'est qu'en passant n'y ferait pas le bien. Il faut pouvoir dire comme S. Thomas: "Haec requies mea" pour tout le temps de ma vie. Je vois que les corps où cet esprit régnait le plus sont ceux qui ont fait le plus de bien et où l'on vivait le plus heureusement. Que Dieu nous fasse la grâce d'être bien pénétrés de cette vérité et ne négligeons rien pour l'inspirer à nos jeunes gens" (Cit. apud Yenveux, o. c., VIII, 8).

N.B. Animadversiones finales in hunc articulum 697.

1\* Omnes istae dispositiones admittunt evidenter gradus et perfectibilitatem. Non requiritur ab aspirantibus, ut jam in summo gradu stabiliantur. Minimum autem expetitur ab omnibus et possibilitas et seria voluntas progrediendi. Cf. art. 685, 688, 690, 692.

2\* Articulus potius quam dispositionem legislativam edicit spiritum vel mentem Missionarii Oblati Ss. et Immaculatae V.M. Propterea potiore locum obtinet in libro qui traditur recenter professis verbis istis: "Hoc fac et vives!" Propterea quoque meditatione indiget magis quam explicatione scientifica.

2) Dispositiones naturales. Art. 698.

Textus.

In ms. I (1818) sic legitur: "Il serait à souhaiter que ceux qui se proposent d'entrer dans la Société eussent de l'aptitude aux sciences, s'ils n'en ont pas déjà acquis la connaissance; qu'ils eussent du bon sens, de l'intelligence, un jugement sain, de la mémoire, une bonne volonté à toute épreuve

qu'ils fussent polis, honnêtes, bien élevés, d'une bonne santé, sans difformités corporelles qui compromettent la dignité du ministère qui leur sera confié un jour et qui les exposent à être vilipendés."

Convenienter et eleganter traditur latine, prout habetur in ms.V (1825) et in ed.la (1827): "XX. Optabile esset ut illi qui Societati nostrae nomen sunt daturi, essent litteris saltem idonei, si nondum familiares, sensati, perspicaces, iudicio pollentes, memoria praediti, voluntatis invictissimae, urbanitate et comitate exculti, integrae valetudinis, sine corporea pravitate quae sanctum munus ipsis committendum dedecoret, et illos plebi irridendos objectet."

In ed.2a (1853), unica modificatio mere verbalis in fine: "... et illos plebis irrisioni objectet."

In ed.5a (1928) plures modificationes majoris momenti. Imprimis mutatur formula introductionis: "Optandum est" pro "Optabile esset" (quod est traductio litteralis formulae originariae "Il serait à souhaiter"). Interponitur conditio restrictiva: "ut qui Societati nostrae tantum ad sacerdotium destinati nomen sunt daturi". In paragrapho de "Fratribus famulantibus" dicetur, quomodo principium generale hic stabilitum applicandum sit fratribus coadjutoribus (cf. art. 763).

Praeterea, in eadem editione 5a jam legitur: "Optandum est ut qui Societati nostrae... nomen sunt daturi sint mente perspicaces, recto iudicio pollentes..." Supprimuntur proinde verba "essent litteris saltem idonei, si nondum familiares". Pariter supprimitur illud "sensati" (textus originarius gallicus: "qu'ils aient du bon sens"). Et formulae primaevae "iudicio pollentes" (gallice: avoir du jugement) substituitur haec nova "recto iudicio pollentes".

N.B. Traductio gallica 1930 retinuit illud "sensati" traducendo "des hommes de bon sens". Formula latina "integrae valetudinis" redditur per "santé robuste", quod non est omnino idem.

#### Commentarium.

Religiosi, et magis adhuc sacerdotes, sunt pars eminens Ecclesiae Christi: une "élite". Cf. can. 487. Unde non desiderantur candidati quorum dispositiones naturales dedecent statum religiosum et ecclesiasticum. Imo in aspirantibus requiruntur dispositiones naturales quae positive favent exercitio perfectionis evangelicae et ministerio ecclesiastico. Revera, gratia non destruit naturam, sed eam praesupponit. Atque qualitates naturales redundant in ipsam Ecclesiam sive in bonum sive in malum. Cf. can. 1363, § 1 et 3. S. Ignatius, Constitutiones S.J., P.Ia, Cap.II, n.1: "In universum loquendo de iis qui admittendi sunt, quo pluribus Dei donis naturalibus et infusis praediti ad promovendum iuxta Societatis Institutum divinum servitium, et quo certioribus experimentis perspecti fuerint; eo magis idonei erunt ut in eam admittantur."

In particulari, idoneitas ad scientias ecclesiasticas acquirendas, philosophiam scil., theologiam et scientias annexas. P. de Mazenod ejus expresse mentionem facit: "aptitude aux sciences, s'ils n'en ont pas déjà acquis la connaissance". Et ita in omnibus editionibus usque ad 4am (1910) incl. Si omittitur in ed. 5a (1928), non sequitur eam non amplius requiri. Est nimis evidens. Continetur implicite in postulatis sequentibus: mente perspicaces, recto iudicio pollentes, memoria praediti.

Acquisitio scientiarum humanarum communium seu totum medium-classicum sive humanitatis curriculum (études secondaires, cours classique, humanités) normaliter praecedere debet novitiatum. Cf. Pius XI, Epistola ap. "Unigenitus Dei Filius", 19 martii 1924 (Acta Ap.Sedis, 1924, p. 140); S.C. de Religiosis, Inst. l.-12-1931, n.5; Constitutio ap. "Sedes Sapientiae", Statuta generalia annexa (1956), Art. 3 et 4 (institutionis ordo sequendus); Art. 6, § 2, 2\*.

Valet etiam de aspirantibus provectoris aetatis ("vocations tardives"). Circul. 164 (19-3-1939), p. 46: "Les vocations tardives ne doivent pas être admises au Noviciat, sans avoir fait et complété de bonnes études classiques suivies d'un examen sérieux. Elles devront, en outre, avoir donné au préalable des garanties de leur possibilité d'adaptation à la vie religieuse." (Circul. adm., IV, p. 364.)

Quaedam rectitudo naturalis mentis. Ab initio, et usque ad editionem 4am (1910), expresse postulabatur "ut sint sensati" (qu'ils aient du bon sens). Est qualitas intellectualis valde pretiosa et indispensabilis omnibus et maxime illis quibus competit munus alios dirigendi, etsi non suppleat scientiam necessariam. V.Fundator, ep. ad P. Courtès 23-3-1832: "Le bon sens est une qualité trop indispensable pour que nous puissions nous passer de l'exiger des sujets qui se présentent. Que deviennent toutes les bonnes qualités, quand le cerveau est blessé? Le doute serait suffisant pour nous détourner d'acquiescer à la demande du bon M. Poët..." (Yenveux, VIII, 11). Omittitur in ed. 5a (1928), quia implicite continetur in rectitudine iudicii (sint "recto iudicio pollentes") sive tamquam praesuppositum sive tamquam elementum constitutivum.

Unde arcendi sunt qui laborant nimia simplicitate, spiritu pravo (esprit faux) vel in proprio sensu immodice obdurato, atque illi qui sunt proclivi ad indiscretas devotiones et illusiones. Mgr de Mazenod scripsit 20-5-1849 ad P. Vincens, Superiorem et Magistrum novitiorum N.D. de l'Osier: "Il en est un autre dont je n'ai pas retenu le nom que l'on ne pourra pas non plus garder. Il est simple comme un petit enfant... Mais c'est Luc qui m'embarrasse. Il n'y a pas moyen de le détromper sur les idées qu'il a préconçues en philosophie et peut-être en théologie. C'est souvent du panthéisme tout pur ou tout impur. Je n'espère pas qu'on puisse le guérir, et très certainement tant qu'il sera comme il est, ce n'est pas moi qui l'admettraï aux ordres. Il péroré toujours dans son sens, et il a nui à quelques séminaristes qui se laissent prendre à son ton décidé et à ses grands mots..." (Cit. apud Yenveux, VIII, 12).

Sint "mente perspicaces". Gallice diceremus: qu'ils soient intelligents, secundum sensum quem Fundator primitus intendebat: "qu'ils aient de l'intelligence". Mens pateat veritati percipiendae et assimilandae: ouverture de l'esprit. Est oppositum spiritui "obtusum" (fermé, bouché). Implicat quamdam facilitatem percipiendi, penetrandi et assimilandi veritatem. Et quidem - cum agatur de viris destinatis ad sacerdotium - requiritur perspicacitas mentis in ordine rerum intellectualium et spiritualium, ut sint idonei ad acquirendas scientias proprias sui status easque postea dispensandi fidelibus.

Sint "memoria praediti", ut mentis perspicacitas convenienter compleatur, et candidati vere apti sint ad scientias ecclesiasticas acquirendas et officia sacerdotalia exercenda, maxime munus praedicationis.

Quod attinet ad dona intellectualia generatim, P. Fundator frequenter insistit in eorum necessitate. Ita in ep. ad P. Honorat 9-5-1828: "Le P. Martin m'a parlé de deux jeunes gens qui fréquentent beaucoup notre Mission

et qu'il me dépeint comme des modèles de vertu. Mais ont-ils des talents? Nous ne pouvons plus recevoir personne qui n'en soit pourvu, parce que notre ministère en exige..." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 11). Similiter in ep. 25-6-1858 ad P. Boisramé: "Ce qui m'étonne, c'est qu'il n'y ait point parmi vos novices de sujets qui aient un peu de talent et qu'il n'y ait pas un de passable. C'est un grand malheur, parce que quoique la vertu soit préférable au talent, il ne faudrait pas que les Missionnaires en fussent dépourvus." (Cit. ibid., 13). Et adhuc in ep. ad P. Richard, Magistram novitiorum 22-6-1852: "Quelque désir que je puisse avoir de savoir votre noviciat se peupler, je ne puis regretter celui dont vous parlez, le 'minus habens'." (Cit. ibid.)

Sint "voluntatis invictissimae", quo redditur formula originaria gallica "une bonne volonté à toute épreuve". Omnes sciunt quam necessaria sit constantia voluntatis imprimis ad longam periodum formationis ecclesiasticae-sacerdotalis et apostolicae, ad perseverantiam in statu nostro non obstantibus tot obstaculis internis et externis, et denique ad opera servitii divine, etiam ardua, suscipienda et proseguenda inter res secundas et adversas, maxime in exteris Missionibus.

Evidens est, quod ista "voluntas invictissima" quam V. Fundator desiderat toto coelo differt a voluntate obstinata. Haec enim sequitur quemdam defectum iudicii, nec jam est illa "bona voluntas: bonne volonté à toute épreuve", quae commendatur in textu primaevo, et quae est viri "sensati" et "iudicio pollentis" (d'un homme de bon sens et de jugement sain). Aptitudo se adaptandi adjunctis et maxime divinae Providentiae (souplesse) et constantia minime se excludunt, sicut nec humilitas et magnanimitas.

Sint "urbanitate et comitate exculti". Optime redditur in traductione gallica 1930: qu'ils soient "polis et avenants". Vera urbanitas est flos charitatis quae attendit, ne in modo agendi proximum gravet, sed ei placeat in quantum possibile. Magis est necessaria quam "regulae" elegantiae, et quidem imprimis ad vitam communem in domibus nostris posteaque ad ministerium sacerdotale-apostolicum majori cum fructu exsequendum. Plus semel defectus urbanitatis neutralizat actionem sacerdotalem-apostolicam, dum e contra comitas ei viam parat.

Sint "sine corporea pravitate..." (in textu originario: "sans difformités corporelles..."). Quatenus hujusmodi defectus corporales constituunt "irregularitatem ex defectu", vide supra ad art. 686.

Et "integrae valetudinis", quin requiratur sanitas robusta. Secundum textum originarium (ms.I) desideratur "une bonne santé" qualis sufficit ad ferenda normaliter onera vitae religiosae communis et Instituti opera.

Singulae dispositiones istae naturales non semper omnes simul adsunt in eodem candidato, saltem sufficienter solidae et apparentes. Certo valde desiderandum ut omnes aspirantes qui se praesentant eas habeant omnes simul et quidem solidas et indubias. Exinde forma optativa qua utitur Fundator: "Il serait à souhaiter que" - "Optabile esset ut", cui succedit in ed.5a (1928): "Optandum est".

Frequenter accidit, ut una vel alia dispositio minus appareat vel aliquantulum desideratur. Attendendum, utrum aliis qualitatibus sufficienter compensetur, ita ut conveniens aequilibrium habeatur. Faveat citare sequentia e "Epitome

Instituti Societatis Jesu", ed. 4a (1949), n.38, § 2: "Qui autem aliquo ex donis requisitis mox enumerandis careat, ut viribus corporis ac similibus, poterit tamen admitti, si id aliis Dei donis compensetur, omnibusque perpensis, ad Dei obsequium fore videatur dispensatione uti."

Mgr de Mazenod non aliter agebat secundum diversa adjuncta. Apparet in ejus epistola ad P. Vandenberghe, Magistrum novitiatu N.D. de l'Osier, die 24 aug. 1854: "Il n'y avait pas non plus à mettre en doute s'il fallait garder le frère dont le nom ne me revient pas, celui que vous m'avez aussi envoyé pour que je décide de sa vocation. Mais il ne m'a fallu que le voir et causer avec lui pour reconnaître qu'il fera parfaitement pour nous. Il sait fort bien sa théologie, il raisonne en homme de bon sens, il est plein de zèle et de bonne volonté, il sera éminemment goûté par le peuple. Que veut-on de plus? Qu'il prêche comme un Massillon? Mais il suffit qu'il puisse instruire les ignorants. D'ailleurs, s'il n'a pas réussi dans le discours qu'on l'avait chargé de faire, est-il sûr qu'on lui ait donné assez de temps pour le préparer? J'ai donc confié ce bon frère à un des directeurs de mon séminaire pour qu'il lui fasse étudier les traités, en petit nombre, qu'il n'a pas vus, afin que dans le courant de l'année prochaine je le fasse passer par tous les ordres, et le mette au travail auquel il sera jugé propre." (Cit. apud Yenveux o.c., VIII, 12sq.)

Semper autem summa dispositionum talis esse debet, ut prudenter judicari possit aspirantem esse "ad religionis onera ferenda idoneum" (can. 538), vel, ut habetur in nostro articulo 682, eum posse "auxiliante gratia Dei, labore et bono exemplo Matrem suam refrigerare"; et, si agatur de candidatis destinatis ad sacerdotium, non admittantur nisi "indoles et voluntas spem afferant eos cum fructu ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros" (can. 1363) et propterea ut in studiis sufficienter proficiant "ut spes affulgeat eos sufficientem doctrinam fore assecuturos" (can. 1371). Semper enim prae mente habenda est idoneitas tanquam criterium decisivum vocationis canonicae et signum vocationis divinae. Cf. can. 538; 1363, 1371; Constitutiones O.M.I., art. 682, 683, 685, 688, 692, 696.

Ita sancti fundatores et maxime S. Ignatius, ut legitur in "Constitutiones Societatis Jesu", P. Ia, Cap. III, n.1: "Quamvis caritas et zelus animarum, in quo se Societas haec exercet iuxta Instituti sui finem, omnia hominum genera complectatur, ut eorum serviat spirituali utilitati, ac ad beatitudinem consequendam in Domino iuvet; ut tamen in Societatis ipsius corpus admittat, amplecti non debet (ut dictum est), nisi quos iudicabit ad propositum Societati finem utiles fore". Et consequenter: "Admittendi non sunt homines difficili admodum ingenio, vel inutiles Societati, etiamsi ipsis inutile non foret in eam recipi". (Epitome Instituti Societatis Jesu, ed. 4a, 1949, n.40, § 2.) Item in "Constitutiones S.J.", P. Ia, Cap. II, n.4.)

Appendix: de vocationum promotione vel, ut dicitur gallice, le recrutement de la Congrégation.

A) Necessitas.

Quamvis non sit nostri dare vocationem, sed eam "tentare" sive probare utrum sit a Deo, ex hoc minime dispensamur ab obligatione promovendi numerum operariorum evangelicorum genuinas vocationes quaerendo, suscitando, colendo. Enimvero, multiplicatio operariorum evangelicorum est certo pars eminens applicationis et diffusionis redemptionis divinitus operatae et ad illam quoque Deus dignatur uti cooperatione humana. "Sollicite tamen cooperandum est motioni ac vocationi divinae, ut numerus idoneorum operariorum in Societate augeatur." (Epitome Instituti Societatis Jesu, ed. 4a, 1949, n. 37, § 3.) Atque ipse D.N.J.C. impulit discipulos suos, ut essent solliciti de augendo numero operariorum evangelicorum: "Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam." (Matth. IX, 37sq; Luc, X, 2.)

Revera, pertinet ad suavem ordinationem divinae Providentiae, ut nunquam desint in Ecclesia sufficientes vocationes sacerdotales et apostolicae. Sed tot sunt adolescentes, qui ignorant propriam suam vocationem. Haec generatim non revelatur et quasi suscitatur nisi per concursum amicorum aliorum et praesertim ministrorum Ecclesiae.

Unde summi Pontifices et Episcopi urgent obligationem promovendi vocationes sacerdotales, apostolicas et religiosas. Ita in Codice Juris, can. 1353; Pius XII, motu proprio "Cum supremae", 11 febr. 1955, instituens Pontificium Opus vocationum religiosarum sub tutela S. Familiae: cf Acta A.S., 1955, pp. 266sq; Documentation Cath. 24-7-1955, col. 907sq; Pius XII, Constit. ap. "Sedes Sapientiae", 31 maii 1956, adnexa Statuta generalia, art. 32.

Similiter auctoritates superiores Congregationis nostrae, scil. Capitula generalia, Superiores generales et provinciales. Vide v.g. Acta Capituli gen. 1959, art. 125: "Nihil intentatum relinquunt Sodales nostri ut Congregationi honor accrescantur et numerus. Quapropter, tum viva voce, occasione missionum vel exercitiorum spiritualium, tum scripto, per libellos vel ephemerides, omnem navabunt operam ut optimi et plurimi tirones ad nos adducantur et, simul, ut subsidia colligantur quibus scholastica nostra instituta sustineri possint." Ibid. art. 126, RR.P. Deschâtelets, Litt. circul. ad Provinciales et Vicarios Missionum, die la septembris 1956: cf. "Missions", Sept.-Déc. 1956, pp. 135sq.

Non aliter ipse V. Fundator noster. Frequenter admonuit suos, ut sollicite de vocationibus inquirerent. Vide apud Yenveux, o.c., VIII, 89sq. Plurimes designavit Patres qui percurrerent collegia et seminaria ad Congregationis opera divulganda et candidatos alliciendos. Ita praesertim P. Leonardum BAVEUX, vulgo "Père Léonard", quem e missionibus canadensibus advocaverat ad percurrendam Galliam et Belgium, 1847-1848. Vide apud Yenveux, o.c., VIII, 93 sq. Eandem missionem commisit Patri Vincens cui scripsit die 20 maii 1855: "Cher Père Vincens, allez-vous en donc! Pour peu que vous tardiez, vous trouverez tous les séminaires fermés et nous manquerons alors notre but. Vous comprenez pourtant combien il importe d'essayer ce moyen pour nous ravitailler. Le Père Van den Berghe me mande que son Noviciat va être réduit à 19. C'est



être menacé de mourir de la belle mort. Je reçois de tous côtés des lettres qui crient au secours... je répète en finissant ce que je vous ai dit en commençant: partez! partez! commencez votre course. Vous n'avez pas de temps à perdre. Je crois vous avoir remis quelques notices sur la Congrégation qu'il serait bon que vous répandissiez chemin faisant. Il m'en reste encore quelques-unes que je vous ferais passer, si vous en aviez besoin." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 93).

Imo ipse V. Fundator sibimetipsi imposuit officium inquirendi vocationes, ut habetur in epist. 4 iunii 1855 ad P. Vincens: "Je pars aujourd'hui pour aller battre le rappel et VOCARE OPERARIOS IN MESSEM DOMINI. Ce ministère n'a rien de bien attrayant; je m'attends à y rencontrer bien des épines. Je pars cependant avec plaisir. On est trop heureux en ce monde, quand on peut faire quelque chose pour Dieu et la Congrégation. Cette année plus que les autres, les missionnaires manquent de toutes parts. L'Orégon, la Rivière Rouge, le Texas et l'Angleterre demandent inutilement des ouvriers. Le Supérieur de Brownsville est venu tout exprès pour avoir du secours et risque fort de ne pas obtenir beaucoup.

Priez toujours le Seigneur qu'il nous envoie OPERARIOS SECUNDUM COR SUUM. Mais en attendant, mon bien cher Père, efforçons-nous par notre conduite de nous rendre de plus en plus dignes de notre ste vocation. Pour peu que nous voulions de notre côté y mettre un peu de générosité, il ne dédaigne pas de se servir de nous pour procurer sa gloire." (Cit. ibid., VIII, 90.)

#### B) Varii modi cooperandi operi promotionis vocationum.

Debemus imprimis eas mereri, fervida scil. oratione, vita oblativa genuina, actione vere apostolica. Unusquisque conferre potest ac debet suo gradu et modo, ut familia nostra honorifice innotescat in Ecclesia Christi, ut quasi attrahat optimas vocationes fiatque sinus (milieu vital favorable) quo ipsae recipi, convenienter conservari et excoli valeant. Ita V. Fundator in actu visitationis domus N.D. de l'Osier, 2 aug. 1836, pp. 21-22 (cit. in Commentario, P.Ia, pp 26sq.)

Idem commendat summa auctoritas Ecclesiae, ut habetur in Const. ap. "Sedes Sapientiae" (31 maii 1956), adnexa Statuta generalia, Art. 32, § 1: "Ut opus 'fovendi, tuendi, iuvandique ad perfectionis christianae Status vocationes', uberes afferat fructus, instrumenta imprimis supernaturalia adhibeantur, veluti fervida oratio ad Dominum messis ut mittat operarios in messem suam, sanctitatis religiosae fulgens exemplum, zeli apostolici ardens perpetuaeque exercitatio." Ipse Rom. Pontifex Pius XII composuit peculiarem orationem pro vocationibus religiosis eamque publice recitavit utendo radiophonia die 11 febr. 1957. Cf. Documentation Cath., 17-3-1957, col. 353sq; ibid., 24-11-1957, col. 1501 sqq.

Actio industriosa et multiformis secundum rerum et personarum adjuncta. Legitur in eisdem Statutis generalibus, adnexis Constitutioni "Sedes Sapientiae", Art. 32, § 2: "Ceterum ad omnia media recurratur a 'Pontificio Opere primario religiosarum vocationum' - (a Pio XII instituto: vide supra) - edicta atque per eiusdem 'Statuta' et 'Normas ad Statuta exsequenda' pressius determinata; non exclusis iis mediis peculiaribus quae prudenti sanctaque experientia in singulis institutis comprobata sunt, v.g. officium nominatim

demandatum alicui Sacerdoti, spiritu religioso ac sacerdotali vere animato, vocationes discrete conquirendi."

Apud nos Capitula generalia commendant hujusmodi media particularia, experientia comprobata. Vide in Acta Capitulorum 1959, art. 125 (supra citato). Ibidem, art. 126: "Perutilem sane operam agent Sodales nostri, si eorum quos ad nos advocat Deus numeri augendi causa, seminaria, collegia et juvenum associationes invisent, ibique exercitia spiritualia praestent, cum directoribus et alumnis amicas jungant consuetudines, ac demum ephemerides, quibus Societas nostra undique notior evadat diffundant."

Insuper in Acta Capitulorum 1932, art. 142: "Provincialis sodales nominet quorum cura erit iuvenes inquirendi, qui indicia praebeant vocationis religiosae." Quamvis ista dispositio non legatur in Acta Cap. 1949 nec in ed. 1959, tamen praxis semper viget in multis provinciis, et non absque felici exitu. Caeterum talis modus agendi expresse commemoratur in supra citato articulo 32, § 2, desumpto ex Statutis generalibus adnexis Constitutioni "Sedes Sapientiae".

Discretio conveniens prudentiae christianae. Ipsa Statuta generalia adnexa Constitutioni "Sedes Sapientiae", Art. 32, § 3, inculcant sequens monitum: "Semper tamen et ubique abstinendum est a tali industria quae Statum perfectionis dedecet aut candidatorum libertatem minuere vel **afficere** videatur (c. 542, 1\*; 572, § 1, 4\*; 2352)."

Non aliter V. Fundator noster in suis instructionibus. Ita v.g. in epist. 15 aug. 1847: "... Tout ce qu'il ne faut pas négliger, c'est de bien choisir les sujets. Il ne convient pas de recevoir tout venant. Nous avons encore plus besoin de bons sujets que de sujets". Item ad eundem P. Léonard, die 8 sept. 1847: "... il faut agir avec quelque précaution pour ne pas choquer les susceptibilités et pour ne pas donner prise sur vous... Parlez toujours avec **déférence** et respect de toutes les sociétés afin d'éviter le malentendu qui blessa si fort les M.M. des Missions Etrangères." Item ad eundem, 6 oct. 1847: "Je ne vous recommande qu'une chose, beaucoup de prudence dans vos paroles, sur lesquelles vous réfléchirez toujours avant de vous énoncer en public, et une grande attention dans le choix des sujets. Mettons par-dessus tout notre confiance en Dieu pour lequel nous travaillons." (Yenveux, o.c., VIII, 95sq)

De his omnibus utiliter legi potest Guy Blanchette, O.M.I., La pensée de Mgr de Mazenod sur les moyens de recrutement, in "Etudes Oblates", juillet-septembre 1960, pp. 196-218.

## § II

De secunda probatione per formationem fundamentalem ad vitam Congregationis

id est

"De sacro Novitiorum tirocinio"Notae praeviae.1) Titulus paragraphi.

In ms. I (1818) omnino brevis: "Du noviciat". Et ita in omnibus manuscriptis gallicis.

In ms. V (1825), prima versio latina: "De sacro novigiorum Missionariorum militiae tyrocinio." Et ita quoque in ed. 1a (1827) et in omnibus editionibus sequentibus usque ad 4am (1910) incl.; abhinc ed. 3a (1894) vero mutatur orthographia: ponitur "tirocinio" pro "tyrocinio".

In ed. 5a (1928) omittunt "Missionariorum militiae", ita ut jam legatur "De sacro Novitiorum tirocinio".

2) Objectum paragraphi.

Non complectitur integram legislationem nostram de novitiatu. Revera de auctoritate dirigente novitiatus, scil. de Magistro novitiorum, tractatur ubi de regimine Congregationis (in capite II, § II.).

Hic traditur unice legislatio quae magis immediate tangit ipsos novitios probandos et formandos. Clare apparet jam in titulo authentico latino paragraphi: "De sacro Novitiorum tirocinio".

3) Fontes Patris Fundatoris in componendo praesenti paragrapho.

In Constitutionibus et Regulis S. Alphonsi invenit unam phrasim de hac re: [les postulants] "après avoir fait les exercices spirituels pendant quinze jours, seront admis au Noviciat; où les clercs pendant une année, les Frères servants pendant deux années, et les prêtres d'un âge mûr au moins pendant six mois, si le Recteur Majeur le juge ainsi, sous la direction d'un Maître de novices, s'appliqueront à l'acquisition des vertus les plus propres de leur vocation."

Ista phrasim aliquantulum inspiravit Patrem de Mazenod, ut infra apparebit. Sed illam valde notabiliter ampliavit componendo integrum paragraphum de novitiatu, qui jam in primo manuscripto (1818) complectebatur 31 sectiones (alinéas).

In hoc opere compositionis eum multum adjuvit propria experientia facta in seminariis sulpitianis - seminarium est quasi novitiatus sacerdotii - tum Parisiis, ubi fuit non solum seminarista, sed etiam director (anno 1812), tum Aquis Sextiis (Aix-en-Provence) annis 1813-1815. Articulus 701 editionis 1928 atque articuli 707 et 729 ejusdem editionis non videntur esse nisi transcriptio plus minusve adaptata eorum quae in usu fuerunt in illis Institutis.

Praeterea, P. de Mazenod sufficienter cognovit traditionem monasticam usque vigentes in societatibus clericorum regularium et in congregationibus recentioribus. Illius exemplum habuit particulare in Constitutionibus Societatis Jesu.

4) Historia novitiatus in Congregatione nostra.

Ipsae V.Fundator ejusque primi socii "novitiatum" absolverunt abhinc mense octobri 1815, ut apparet ex primo codice actorum de cujusque ingressu in novitiatum (vide supra ad art. 694). Est nimis evidens illum non fuisse novitiatum proprie dictum et canonicum; fuit "novitiatus" in sensu vulgari et morali: seipsos probaverunt et praeparaverunt ad formam vitae apostolicae ducendae in nova societate cui nomen dederunt.

Imo etiam novitiatus cui nostri vacabant ab anno 1816 ad annum 1826 (usque ad approbationem pontificam) dici nequit novitiatus stricte dictus et canonicus, cum societas nostra nondum erat approbata tamquam institutum religiosum. Unde sat magna latitudo circa durationem novitiatus tunc temporis. In initio sex menses pro sacerdotibus. Superior generalis dispensabat plus semel a duratione normali novitiatus: ita P. Albini, ex dispensatione Superioris generalis, nonnisi 4 menses percurrit. Hunc et similes casus potes observare in primo codice actuum ingressus in novitiatum: cf. "Missions", 1953, pp.5sq.

Imo etiam post approbationem pontificam 17 febr. 1826, praxis secum ferebat non levem latitudinem praecipue circa locum ubi peragitur novitiatus et circa occupationes novitiorum, praesertim in exteris Missionibus. Non debemus mirari de hujusmodi "libertatibus". Legislatio canonica de novitiatu minus praecisa ac hodie. Et praesertim obscuritas circa conditionem canonicam "Congregationum" (i.e. institutorum votorum simplicium); exinde dubium circa extensionem legislationis de novitiatu ad istas. Pro nobis conditio clarificatur per decretum S.C. Episcoporum et Regularium diei 5 jan. 1866. Cf. Circul. 17 (29-6-1866), pp.7sq: circul. adm. I, pp.158sq.

In prioribus decenniis Congregationis novitiatus frequenter mutavit sedem: Aix (1816-1820), N.D. du Laus (1820-1822), iterum Aix (1822-1826), Marseille in domo "Calvaire" (1826-1828), Marseille in domo "Saint-Just" (1828-1830), Billens in Helvetia (1830-1831), N.D. du Laus (1831-1833), iterum Marseille (1833-1834), Aix (1834-1835), N.D. du Laus (1835-1836), Marseille in domo Saint-Just (1836-1841). Abhinc obtinuit sedem fixam in N.D. de l'Osier (1841-1902). Huic adjunxerunt alterum novitiatum in urbe Nancy pro 2a provincia Galliae ("Nord"), abhinc anno 1847; expulsus e Gallia transmigratur in Hollandiam: Neerbeek 1880, St Gerlach 4 april. 1881 fitque primus novitiatus provinciae Germaniae 1895. Novitiatus N.D. de l'Osier expulsus e Gallia transmigratur 1902 in Italiam: S.Pierre d'Aosta.

Congregatione transcendente limites Galliae, V.Fundator statim erexit novitiatus extraneos. Ita in Canada: 1841 in domo St-Hilaire de Beloeil, transfertur in Longueuil 1843, postea in urbem Montréal 1851, exinde Lachine (N.D. des Anges) 1867... In Anglia-Irlandia: primitus, i.e. abhinc anno 1843, habuit sedem valde instabilem (Penzance, Grace Dieu, Everingham); Maryvale 1848-1853; Sicklinghall (Lys Marie) 1853-1860; Glen-Mary (in Irlanda) 1860-1863; denique in Belmont-House prope Dublin 1863...

Cf. Cosentino, Histoire de nos Règles, IV, pp. 74-82.

5) Norma fundamentalis totius formationis oblaticae.

Omnes quibus committitur formatio aspirantium in variis gradibus hoc sancte teneant, ut alumnos forment secundum exemplar et spiritum Fundatoris, ut istis tamquam criterio securo utantur criterio securo utantur potius quam suis ideis et praeferentiis personalibus. Hoc modo alumni haurient spiritum Congregationis e limido fonte, quod certo multo magis importat quam eos subicere disciplinae mere externae. "Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam."

P. de Mazenod frequenter in hoc insistebat, v.g. in epistola ad P. Guibert, N.D. du Laus, 20-7-1830: "... il faut se remplir de notre esprit et ne vivre que par lui. La chose parle de soi, sans qu'il faille l'expliquer. De même qu'on a dans une société un habit commun, des règles communes, il faut qu'il y ait un esprit commun qui vivifie ce corps particulier. L'esprit du Bernardin n'est pas celui du Jésuite. Le nôtre aussi est à nous. Ceux qui ne l'ont pas saisi, faute d'avoir fait un bon noviciat, sont parmi nous comme des membres disloqués; ils font souffrir tout ce corps et ne sont pas eux-mêmes à leur aise. Il est indispensable qu'ils se mettent à leur place." (Cit. apud Yenveux, o.c., I, 23; et Commentarium, P. Ia, p.21.)

Idem, 14 aug. 1844, ad P. Tempier missum visitationis causa ad domum novitiatus N.D. de l'Osier: "... Une autre chose à laquelle vous aurez à remédier, c'est que l'on ne se contente pas de former de bons ecclésiastiques, de bons religieux si vous voulez, mais qu'on se donne la peine d'en faire des membres de notre Congrégation qui en prennent l'esprit et qui s'attachent à elle. Si je suis bien informé, on ne fait rien pour obtenir ce résultat, et il faudrait y revenir sans cesse pour former cette espèce de seconde nature qui doit produire de si bons résultats." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 48)

Liceat citare sequentia e "Constitutiones et Regulae" Redemptoristarum, ed. 1936/1947, nn.1099, 1100: "Congregatio SS. Redemptoris... solemniter profitetur, se S.Alphonsum M. agnoscere ut suum primarium Magistrum et Doctorem... Hinc Magistri Novitiorum et Praefecti Studentium probe meminere, penes se non esse juvenes nostros juxta genium suum erudire et moderari in vita spirituali, verum se teneri eos informare ad sana praecepta S.Alphonsi, ejusque principiis asceticis penitus imbueri..."

Confirmatur auctoritate SS. Pontificis Pii XI, epistola apostolica "Unigenitus Dei Filius", 19 martii 1924: "Ac primum omnium religiosos viros cohortamur, ut suum quisque Conditorum Patremque legiferum in exemplum intueantur, si velint gratiarum, quae e sua ipsorum vocatione proficiscuntur, certo esse copioseque participes. Praestantissimos enim eiusmodi viros, cum sua excitarent Instituta, quid aliud fecisse constat, nisi divino afflatui paruisse? Quam igitur ii notam in sua cuiusque Sodalitate impressam voluerunt, eam quicumque ex suis in se exhibent, ab incepto sane non aberrant." (Acta Ap. Sedis, 1924, p. 135.)

6) Divisio paragraphi.

In ms.I (1818) tota materia proponitur 31 sectionibus (alinéas), secundum ordinem logicum qui servatur usque ad editionem 5am (1928) incl., additis quibusdam dispositionibus secundum evolutionem juris in hac materia. En summa capita, per ordinem disposita, hujus paragraphi complectentis nunc jam 33 articulos:

- I) Duratio probationis novitiorum. Art. 699-700.
- II) Finis sive ratio essendi novitiatus. Art. 701-703.
- III) Probationis ratio externa canonica. Art. 704-706.
- IV) Commendationes ad novitios de modo finem novitiatus concrete exsequendi. Art. 707-729.
- V) Status iuridicus novitiorum. Art. 730-731.

I) Duratio probationis novitiorum. Art. 699-700.

a) Duratio normalis. Art. 699.

Textus.

Secundum Constitutiones S.Alphonsi, duratio variat secundum diversas categorias: unus annus pro clericis, duo anni pro fratribus coadjutoribus, saltem 6 menses pro sacerdotibus "aetatis maturae" ad iudicium Rectoris Majoris. Vide supra notas praevias ad hunc paragraphum.

P. de Mazenod in suo ms.I (1818) secutus est ideam generalem durationis differentis secundum diversam conditionem candidatorum; sed rem aliter ordinavit. "Le noviciat durera deux ans pour les sujets qui ne sont pas dans les Ordres sacrés, un an pour ceux qui ont reçu le sous-diaconat, et six mois pour les prêtres."

Ad meliorem intellectionem istius dispositionis, nota sequentia:  
1\* Tunc temporis non nisi oblatio perpetua, quae emittebatur immediate post novitiatum peractum. 2\* Ista oblatio perpetua ordinarie non permittebatur nisi iis qui erant in Ordinibus sacris, i.e. saltem in subdiaconatu. Propterea dispositum est, ut candidati nondum subdiaconi continuarent novitiatum per duos annos - imo adhuc ulterius usque post receptum subdiaconatum, ut apparebit in art. sequenti - et interim vacarent studiis philosophicis vel theologicis, ut implerent condiciones requisitas ad receptionem subdiaconatus et ad consequentem oblationem perpetuam.

In ms.II (1821-1825) primitus legebatur adhuc supradictus textus originarius. Iste autem postea cancellatur eique substituitur dispositio brevissima et uniformis: "Le noviciat durera un an." Vide editionem ms.I, factam a "Missions", 1951, p. 145, nota 6.

Ita etiam in ms.IV (textus gallicus definitivus: 1825).

Prima versio latina (ms.V: 1825): "Art.I. Unius anni erit probatio novitiorum nostrorum, a die inchoati sacri tyrocini." Ita quoque in ed.Ia (1827) usque ad editionem 4am (1910) incl. Abhinc ed.3a (1894) modificatur orthographia: "sacri tirocini".

In ed. 5a (1928) supprimitur altera pars articuli eique substituitur nova formula ad rectam supputationem temporis secundum canonem 34, § 3, 3\*. Exinde articulus jam sic legitur: "Unius anni erit probatio novitiorum nostrorum, non computato die inchoati tirocinii ad normam can. 34."

#### Commentarium.

Secunda probatio, quae vocatur "novitiatus", est fundamentalis. Tenet utramque partem, scil. candidatum ut seipsum probet intuitu novae vitae formae quae de se est definitiva, et Congregationem ut probet candidatum an sibi conveniat secundum articulos 682sq. Praefata probatio fit per initiationem ipsius vitae oblativae, non solum theoreticam sed etiam, et maxime, practicam. Jamvero ista initiatio, ut sit utilis habeatque vim probativam quam certam possibilem, exigit durationem prolongatam.

Mensura media durationis convenientis novitiatus est unius anni, prout fert experientia saecularis Status religiosi, et nunc universaliter sancitur a Jure communi: Can. 555.

Talis non fuit apud nos usus universalis prioribus decenniis: primitus solum 6 menses pro sacerdotibus; et usque ad annum 1866 Superior generalis plus minusve frequenter dispensavit a parte novitiatus; quaedam latitudo in supputando tempore durationis annualis. Rationes hujus facti vide supra inter notas praevias ad hunc paragraphum, n. 4 (Historia novitiatus in nostra Congregatione.)

Sed post interventum S.Sedis die 5 jan. 1866, statuitur etiam apud nos categorice, universaliter et definitive duratio unius anni integri. Et jam inter Acta Capitulorum 1867 ponitur articulus sequens inserendus in ipsis Constitutionibus: "Integrum novitiatus annum tyrones explere debent in domo novitiatus ab Apostolica Sede approbata..." (Vide infra art. 705.) Exinde solius S.Sedis est dispensare a totalitate anni requisiti ad novitiatum.

Et quidem duratio unius anni requiritur ad validitatem tum ipsius novitiatus tum professionum subsequentium. Cf. Can. 555; 572.

Supputatio durationis unius anni fit secundum principia juris communis de "supputatione temporis", can. 34, § 3, Consequenter annus sumitur prout est in calendario, parum refert utrum habeat dies 365 an 366; atque dies quo novitiatus initiatus est non computatur annusque finitur solum expleto ultimo die ejusdem numeri ac dies inceptionis; quodsi mensis careat die ejusdem numeri, annus novitiatus terminatur expleto ultimo die mensis calendarii (ita qui incepit novitiatum die 29 februarii anni bissextilis 1960, eum finiet die 28 februarii expleto 1961). Unde si quis novitiatum incepit die 14 augusti 1960, annus novitiatus terminatur die 14 expleto 1961, ac prima oblatio fieri potest solum die 15 augusti.

Notum est apud Jesuitas secundam probationem seu novitiatum praescribi per integrum biennium. Cf. "Primum ac generale Examen", cap. I, n. 12; Constitutiones S.J., P. IV, cap. III, nn. 3sq. Sed solus primus annus habetur ut annus "canonicus" ac peragi debet toto rigore ad normam juris communis. Legislatio de altero anno est latior (peragi potest in alia domo quam novitiatu; studia scholastica permitti possunt; circa durationem "Generalis licite dispensare potest nisi de causis non levis momenti"). Cf. Epitome Instituti Societatis Jesu, ed. 4a (1949), nn. 118, 123, 124.

Apud Redemptoristas, secundum Regulas et Constitutiones S.Alphonsi: unus annus pro eis qui sacerdotio destinantur, duo anni pro fratribus coadjutoribus (P.III, Cap.II, n.III: vide supra inter notas praevias, n.3). Attamen secundum "Constitutiones Capitulares" (ed. 1936/1947) n. 1162, Rector Major dispensare valet a biennio, ita ut etiam fratres coadjutores post unum annum integrum admitti valeant ad professionem temporariam. Et talis videtur esse apud eos usus sat communis.

Apud Lazaristas praescribitur "Seminarium probationis" per biennium. Cf. Constitutiones ac Regulae Congregationis Missionis, ed.1954, n.150, 2.

b) Dispositio complementariorum de possibilitate prorogandi probationem. Art.700.

Textus.

Jam in ms.I (1818) legebatur: "Le noviciat pourra être prolongé jusqu'après la réception du sous-diaconat pour ceux qui, en ayant terminé le cours avant l'âge requis pour recevoir cet Ordre, ne seront pas jugés dans le cas de la dispense pour être admis à l'oblation, qui ordinairement ne doit être faite qu'après qu'on s'est engagé dans les Ordres." Vide animadversiones ad textum articuli 699.

Dispositio brevius et clarius formulatur in ms.II (1821-1825): "Art.II. Néanmoins, l'oblation ne devant être faite ordinairement qu'après qu'on s'est engagé dans les Ordres, le noviciat pourra être prolongé jusqu'à la réception du sous-diaconat, pour ceux qui n'ont pas reçu cet Ordre."

Transit in primam versionem latinam (ms.V:1825): "II. Verumtamen, cum ordinarie vota emitti non debeant, nisi ab iis qui sunt 'in sacris', tempus istius probationis prorogari poterit usque ad susceptum subdiaconatum, pro his qui isto ordine nondum sunt insigniti." Ita etiam in ed.1a (1827).

In ed.2a (1853) dispositio non mutatur substantialiter. Conantur tamen ordinare textum ita, ut sit facillioris applicationis. Propterea omittunt phrasim causalem "cum ordinarie vota emitti non debeant...", atque addunt in fine conditionem. Unde jam legitur: "II. Verumtamen, tempus istius probationis prorogari poterit usque ad susceptum subdiaconatum, pro his qui isto ordine nondum sunt insigniti, si magis expedire visum fuerit."

Capitulum generale 1856, canon IX, reddit obligatoriam dilationem professionis pro iis qui nondum sunt "in sacris". "Le Chapitre général statue que désormais, à l'égard des novices qui ne sont pas dans les ordres sacrés, la profession sera différée après l'année du noviciat, ou jusqu'au sous-diaconat, comme y autorise la Règle, ou jusqu'à ce qu'ils aient passé une deuxième année d'épreuve dans la maison d'études." (Cit. apud Cosentino, Nos Chapitres généraux, p.64) Discussionem capitularem de hac re vide apud Cosentino, Histoire de nos Règles, IV, p.85.

In Capitulo generali 1867 plures modificationes: 1\* ille articulus II de prolongatione novitiatus abrogatur. 2\* Novitii subdiaconatu minores emittunt professionem annuam. Cf. Cosentino, Histoire de nos Règles, IV, p.84-87.

Non obstante abrogatione articuli II de prolongatione novitiatus in Capitulo generali 1867, approbatio per decr. S.Sedis 10 jan. 1870, articulus reimprimitur taliter qualiter in ed.3a (1894). Mera oblivio?

Interim jurisprudentia romana favet prorogationi novitiatus per Superiores majores, non ultra tres menses. Ita in "Normae" 1901, n. 75: "... Ex iusta causa, et cum voto deliberativo Consilii generalis, prorogari potest in casibus particularibus, sed non ultra tres menses," Unde in nostra editione 4a (1910), articulus sic mutatur: "739. Verumtamen, tempus istius



probationis prorogari poterit, justa et rationabili de causa, non ultra tamen tres menses, permittente Provinciali seu missionum Vicario, de assensu consilii sui extraordinarii."

In ed. 5a (1928) adaptant dispositionem novo Codici, can. 571, § 2: "non ultra tamen sex menses". Omittunt mentionem explicitam "missionum Vicarii", conformiter ad principium generale art. 511, et loco formulae "permittente Provinciali" ponunt "jubente Provinciali".

#### Commentarium.

Si primitus superior generalis non semel dispensavit ab integritate anni novitiatus eum abbreviando (cujus facti explicationem vide supra inter notas praevias: Historia novitiatus apud nos), hoc amplius fieri nequit nec licite nec valide. Omnis abbreviatio anni novitiatus requirit dispensationem S. Sedis. Revera, agitur de lege universali Ecclesiae: can. 555, § 1. Praeterea Superiores Instituti nequeunt dispensare a Constitutionibus quae determinant organizationem sociale Societatis; jamvero talis est praecise lex de probatione candidatorum per unum annum completum, antequam aggregentur Congregationi per professionem.

E contra, Superioribus expresse conceditur facultas prorogandi durationem novitiatus. Et merito, nam unus annus est mensura media probationis, quae generatim sufficere potest, sed in aliquo casu particulari forsitan non sufficit.

Attamen Superiores nequeunt prorogare novitiatum alicujus ad arbitrium suum, sed solum sub certis conditionibus. Etenim est res magni momenti tum pro Societate tum pro persona aspirantis. Ex contractu bilaterali qui implicatur in admissione canonica ad novitiatum aspirans acquirit jus ad professionem emittendam post unum annum novitiatus, si hunc rite percurrit et se idoneum ostendit, de quo iudicium "ex officio" pertinet evidenter ad Superiores competentes. Prorogatio probationis extra condiciones a lege stabilitas magnum damnum afferre potest aspiranti, tum morale (prolongatur incertitudo vitae futurae...) tum spirituale (dilatio professionis religiosae cum suis gratiis et privilegiis spiritualibus...).

Unde ex jure Ecclesiae (can. 571, § 2) requiruntur tres condiciones ad legitimam prorogationem novitiatus:

1\* ut fiat "justa et rationabili de causa". Talis causa non videtur esse nisi illa quae sola exprimitur in can. citato: "si dubium supersit sitne idoneus".

Agitur evidenter de dubio serio et fundato, sive ex parte Superiorum competentium, sive ex parte ipsius novitii. Etiam in hoc ultimo casu habebitur dubium de idoneitate canonica, cum desit propositum clarum et firmum perpetuo se aggregandi Statui religioso in Instituto nostro. Cf. can. 487; 538; et art. nostros 685 et 690.

Etiam alia Instituta mentionem faciunt solius hujus causae. Ita Constitutiones et Regulae Redemptistarum, ed. 1936/1947, n. 865. Similiter Epitome Instituti Societatis Jesu, ed. 4a (1949), n. 418, § 2: "Si autem ipse - [i.e. novitius] - quidem contentus sit, Societas vero dubitet de eius aptitudine, prorogetur novitiatus, donec utrique parti plene in Domino fuerit satisfactum..." Ita conformiter ad "Examen generale", cap. IV, n. 43.

Utrum liceat differre paucis diebus primam oblationem eo fine ut plures oblationes possint coincidere eodem die, dicetur infra ad art. 732.

2\* Ut probatio non prorogetur indefinite nec longius: "non ultra sex menses".

3\* Ut prorogatio pronuntietur a "Superioribus maioribus" (can. 571, § 2, et quidem apud nos a "Provinciali de assensu Consilii sui extraordinarii" (cf. art. 531, 1\*).

## II) Finis sive ratio essendi novitiatus. Art. 701-703.

Est vere tirocinium spirituale (apprentissage) sive palaestra religiosa-oblativa in qua aspirantes initiantur theoretice et practice vitae religiosae propriae Oblatorum atque in ea probantur, et quidem sub auctoritate formatrice et gubernatrice alicuius magistri. Tota ratio essendi novitiatus est, ut sit formatio fundamentalis - la formation de base - candidatorum et simul eorum probatio formalis, praecipua et de se decisiva idoneitatis ad vitam Congregationis: formatio probativa. Haec duo intime connectuntur.

### 1) Institutio novitiorum de nostra vita spirituali-religiosa generatim. Art. 701.

#### Textus.

In ms.I (1818), alinea 3: "Le temps du noviciat sera employé à se perfectionner dans la pratique des plus saintes vertus du christianisme sous la direction d'un maître des novices qui leur apprendra la loi de Dieu, la manière de méditer, de se confesser, d'entendre la sainte messe et d'avancer dans la perfection."

Versio latina in ms.V (1825) et in ed.la (1827): "Art. III. Tempus de quo hic agitur, impendetur perfectiori excellentiorum Religionis virtutum exercitationi, duce novitiorum magistro, qui legem Dei sui, orationis mentalis methodum, modum rite confitendi peccata, et missae devote audiendae, et perfectionis viam, alumnos religiosae nostrae disciplinae edocebit."

Idem omnino textus servatur per omnes editiones usque ad ed.4am (1910) incl.

In ed.5a (1928), unica modificatio mere materialis: "701. Annus novitiatus impendetur perfectiori excellentiorum religionis virtutum exercitationi...", sicut incipit canon correspondens Codicis Iuris, can. 565, § 1.

Versio gallica anni 1930 non correspondet in omnibus textui latino authentico, etsi substantiam servet.

#### Commentarium.

Finis proprius et principalis novitiatus est formatio spiritualis novitiorum secundum ideale proorium Congregationis nostrae. Cf. can. 565, § 1. De isto fine jam dictum est in art. 614 et 615, quatenus respicit Magistrum novitiorum, qui illum promovere debet informando novitios "spiritu interiore", "vocationis sanctae amore", lege nostra "ut Regulam magni facientes, illi fideles sint". Cf. commentarium in art. 614 sq.

De eodem opere formationis spiritualis nunc jam agitur magis in concreto et potius intuitu novitiorum quam Magistri, ut illis ab initio clare appareat, quid praecipue agendum, quamnam institutionem habeant accipiendam, ut mentem ad eam disponant.

(a) Opus formationis spiritualis imprimis proponitur modo generali. "Annus novitiatus impendetur perfectiori excellentiorum religionis virtutum exercitationi, duce novitiorum Magistro".

Determinatur objectum institutionis spiritualis: "excellentes religionis virtutes", i.e. religionis christianae virtutes (textus originarius gallicus: "des plus saintes vertus du christianisme"); et quidem religionis christianae virtutes "excellentes", quales sunt ante omnia virtutes theologicae, quae secum trahunt iustitiam erga Deum (virtus religionis seu cultus divini) et erga proximum, quaeque praesupponunt, tamquam dispositiones indispensables, prudentiam lucidam (non "carnis", sed "spiritus": Rom. VIII, 6), fortitudinem animi (la générosité et le courage), abnegationem sui ipsius sub omnibus formis (humilitatem, temperantiam).

Et quidem institutio in his virtutibus christianis promovenda est non solum secundum earum gradus inferiores et communes, sed etiam secundum gradus superiores: "perfectiori excellentiorum religionis virtutum exercitationi", quatenus scilicet istae virtutes pertingunt usque ad amplectenda consilia evangelica ac correspondentes virtutes status religiosi.

Et quidem novitii non sint contenti institutione theoretica, in his virtutibus, audiendo plus minusve passive lectiones de hac re, sed eas prosequantur practice: "Annus novitiatus impendetur... virtutum exercitationi". Seipsos exercent et consentiant ut exercentur, potius quam resistent exercitationi. Cf. can. 565, § 1; et commentarium ad art. 614. Faveat citare "Epitome Instituti Societatis Jesu", ed. 4a (1949), n. 150, § 1: "In obedientiae ac paupertatis virtutibus diligenter exercentur Novicii; et Magister huiusmodi exercitii eis aliquando occasionem det, eos tentando, ut specimen virtutis praebeant et in ea crescant; in quo tamen mensura, secundum cuiusque vires, observetur."

Ultima verba insinuant necessariam discretionem sive prudentiam in praedicta "exercitatione", et quidem ex parte tum Magistri tum ipsorum novitiorum. Cf. supra commentarium ad art. 615.

Denique affirmatur institutionem spiritualem peragendam esse non quidem arbitrarie, sed "duce novitiorum Magistro" vel, ut habet Codex Juris, can. 565, § 1: "sub disciplina Magistri". Revera, novitiatus est "tirocinium" - apprentissage - vitae spiritualis-religiosae-oblativae. Congregatio intendit formare alumnos suos ad vitam suam propriam, secundum suum ideale proprium propositum a suo Fundatori; hoc autem praestat mediante Magistro a Superioribus majoribus electo.

(b) Proponitur in particulari modus practice procedendi in opere formationis spiritualis, prout convenit "incipientibus". Magister alumnos religiosae nostrae disciplinae (les disciples de notre forme de vie religieuse) edocet, et quidem theoretice et practice, ut jam dictum est:

- legem Dei sui ("la loi de Dieu"), ita ut tradatur profundior cognitio praeceptorum in ordine praecise ad illas excellentiores religionis virtutes, de quibus statim dictum est. Novitii formandi sunt ad amandam et amplectendam "voluntatem Patris", prout se manifestat tum legibus generalibus tum praeceptis particularibus secundum vitae adjuncta.

- Orationis mentalis methodum ("la manière de méditer"). In oratione mentali praesertim alumni plerumque sunt "novitii" sive tirones, valde inexperti, et magnas difficultates patiuntur in initio. Aliunde ista forma orationis locum privilegiatum habere debet per totam vitam futuram, sicut in omni vita spirituali seria et progressiva. Recole art. 254; 288.

Unde in hac re meliore quo potest modo instruendi et adjuvandi sunt, ut addiscant veram naturam orationis mentalis, ejus relativam facilitatem, modum se gerendi, impedimenta communiter occurrentia, ut paulatim perveniant ad eam valde aestimandam eique fideliter et patienter inhaerendum non obstantibus difficultatibus.

- Modum rite confitendi peccata, ita ut quam cito transcendant conceptionem superficiale[m] confessionis. Eam non habeant ut "formaliter" cui christiani e more subjiciuntur, fere sicut illi qui semel in anno subeunt ritum confessionis; sed, uti vere est, tamquam medium conversionis progressivae ad Deum per paenitentiam christianam elevatam ad dignitatem sacramenti, quo continuatur et completur baptismus atque perficitur opus redemptionis per sanguinem Christi peccatore cooperante per fidem, spem et amorem iterum ac iterum se renovantem.

Hoc modo sacramentum paenitentiae erit facile praecipuum inter illas "exercitationes oportunas ad vitiorum semina radicatus exstirpanda, ad compescendos animi motus, ad virtutes acquirendas" (can. 565, § 1), eritque medium excellens vitae spiritualis progressivae et formationis conscientiae.

- Modum... et Missae devote audiendae, utique active audiendae, quatenus tota anima intendunt iis quae a Christo ejusque Sponsa Ecclesia dicuntur et aguntur in hoc augusto sacrificio, ut ea assimilent ac in seipsis reproducant. Hoc generatim optime fit habendo partem activam in precibus et lectionibus liturgicis.

In novitiatu alumni addiscant habere Missae sacrificium ut centrum totius Liturgiae seu cultus publici Ecclesiae, circa quod ordinantur "Horae canonicae rite persolvendae". Talis enim debet esse eorum pietas in vita futura: art. 144-155; 299-305. Mediante sacra Liturgia excellenter uniuntur Christo Summo ac Aeterno Sacerdoti ad servitium Patris in opere redemptionis. Cf. Praefationem; art. 1 et 287.

- Et perfectionis viam (ms.I: le maître des novices "leur apprendra la loi de Dieu, la manière de méditer, de se confesser, d'entendre la sainte messe et d'avancer dans la perfection"), instruendo novitios de consiliis evangelicis illosque in eis exercendo. Haec est enim "via perfectionis" evangelicae qua ingredi intendunt et prosequi usque ad finem vitae. Etiam si nondum votis ligentur, illa perfectionis via eis jam late patet in novitiatu, et non solum pro forma!

Articulus 701 proinde luculenter ostendit durante novitiatu esse ponendum fundamentum vitae spiritualis seriae et durabilis. Confirmatur e jure communi, can. 565, § 1 ("ad vitiorum semina radicatus exstirpanda, ad compescendos animi motus, ad virtutes acquirendas"). Intenditur renovatio hominis in sensu evangelico. Vide art. 614 et commentarium in h.l.

Liceat addere sequentia e Constitutionibus et Regulis Redemptoristarum, ed. 1936/1947, n.1103: "Novitiatus noster non in forma tantum nuda ac mere externa, verum in integra hominis interioris reformatione consistet, ut Congregati virtutes Jesu Christi Redemptoris nostri ac Magistri induant -

(quod valet quoque pro Oblatis: recole Praefationem, art. 1 et 287sqg)-; et idcirco in illo non invenietur rigor externus et violentus, sed Tirones suaviter ducentur per viam virtutum, operaque danda erit, ut illarum venustatem firmitudinemque, vitiorum autem foeditatem probe intelligant, et ita propria electione media ad illas consequendas, istaque vitanda arripiant. Externa illa virtutis species, vi et coactione expressa, finito novitiatu, cum summo Congregati damno nec minori ipsius Instituti detrimento, mox evanescit, nec ullo modo permanere potest."

V. Fundator noster non aliter concipiebat novitiatum quem nullo modo patiebatur assimilari collegio vel adolescentium hospicio (pensionnat). Vide epistolam 23-7-1844 ad P. Vincens, Magistrum novitiatus N.D. de l'Osier: "Je tiens essentiellement à ce que les Novices se pénètrent d'un véritable esprit de piété pendant leur court Noviciat. C'est un mauvais système que de vouloir les tenir contents en prolongeant leur enfance, je veux dire, la dissipation du jeune âge, les jeux bruyants des collèges etc. Rien n'est opposé au recueillement indispensable à des Novices, comme ces enfantillages. Il faut qu'on en perde l'habitude au Noviciat..." (cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 50).

2) In particulari, institutio novitiorum de Constitutionibus et Regulis nostris. Art. 702.

Textus.

Ista dispositio, sicut et sequens, primo legitur in ms. "Honorat" (circa 1819-1820), ubi inseruntur in eodem incisu cum dispositione praecedente. "... Il leur fera connaître pendant le noviciat les points principaux de la Règle, et les choses les plus difficiles à observer; notamment il les prévendra..."

Abhinc ms. II (1821-1825) habentur totidem articuli distincti. Et praesens dispositio, in versione latina, sic legitur in ed. 1a (1827): "IV. Illos tunc instruet de praecipuis et asperioribus regularum nostrarum observantiis."

Interim jurisprudentia romana tendit ad hoc, ut "singulis novitiis ab ipso probationis exordio integrum exemplar Constitutionum Instituti detur" ("Normae", 1901, n. 87). Unde in ed. 4a (1910) adoptant formulam generaliore: "741. Illos tunc instruet de omnibus, praecipuis praesertim atque asperioribus, Regularum nostrarum observantiis."

In ed. 5a (1928) ordo verborum leviter immutatur: "Illos tunc instruet de omnibus, sed praesertim de praecipuis atque asperioribus Regularum nostrarum observantiis."

Commentarium.

Finis probationis est, ut novitius perveniat ad electionem status religiosi in nostro Instituto, quatenus statuatur apud seipsum, iudicio personali, recte informato ac firmo, ut sese aggreget Congregationi, et quidem in perpetuum, in quantum de se est. Unde necessitas cognoscendi Constitutiones et Regulas Congregationis meliore quo potest modo.

Propterea novitii ad manus habeant nostrum codicem Constitutionum et Regularum, et quidem integrum (art. 286), ut eum legant eique studeant, non quidem titulo curiositatis, nec arrogantia critica, sed ea humilitate et reverentia quae debetur Regulis religiosi, a S. Sede apostolica solemniter approbati, quas etiam viri habebant ut normam sacram tum propriae sanctificationis tum apostolatus fecundi per plus quam 150 annos. Cf. commentarium in art. 614.

Et hoc quoque studium perficiendum est "duce novitiorum Magistro". Ipse enim praeficitur novitiorum institutioni (can. 559, § 1), cujus pars non spernenda est studium Regularum. Ipse "gravi obligatione tenetur omnem adhibendi diligentiam ut sui alumni in religiosa disciplina, secundum constitutiones, sedulo exerceantur" (can. 562). Sub ejus disciplina et responsabilitate, "annus novitiatus debet hoc habere propositum, ut informetur alumni animus studio regulae et constitutionum" (can. 565, § 1).

Hoc autem Magister praestabit imprimis alliciendo novitios ad existimationem et amorem Regularum: "Operam omnem conferet ad novitios informandos... ut Regulam magni facientes, illi fideles sint" (art. 614), vel, ut habet textus originarius gallicus (ms.II): "il mettra toute son application à former les novices... à l'estime et à la fidélité pour les Règles."

Deinde curabit, ut fiat, per seipsum vel per alium Patrem idoneum expositio seria, practica et adaptata Constitutionum. Formula articuli 702 "de omnibus... Regularum nostrarum observantiis" non est sumenda in sensu restricto pro solis "observantiis regularibus" vel "disciplinaribus", sed generalius pro omnibus statutis sive praescriptis vel legibus observandis. Vide supra textum originarium gallicum et can. 565, § 1.

Et quidem de "praecipuis" ordinationibus Regularum fieri debet expositio accuratior et sat completa - quamvis semper adaptata novitiis. Hujusmodi partes "praecipuae" Regularum certo sunt Praefatio, caput I "De fine Congregationis", paragraphi de votis religiosis et virtutibus correspondentibus, de admissione in Congregationem (art. 682 sqq: "Quales esse debeant qui Familiae nostrae nomen sunt daturi"), de novitiatu. Similiter de "asperioribus" (textus originarius gallicus in ms. "Honorat": "les choses les plus difficiles à observer"), quales sunt vota et virtutes se referentes ad praxim consiliorum evangelicorum, plura quae continentur in Parte II, cap. II et III.

Quod attinet ad paragraphum "De mortificatione et corporis afflictionibus", certo novitii instruendi sunt et formandi theoretice et practice de postulatis Regularum nostrarum in hac materia, ut debite praeparentur ad vocationem suam apostolicam, ut scil. sint vere "operarii evangelici", ut praedicent "CHRISTUM JESUM, et hunc crucifixum" (art. 98), ut sint co-operatores CHRISTI in opere redemptionis mundi per mysterium crucis (art. 263; 287). Sed ista instructio et formatio semper fiat vigilanti discretione, ut novitii addiscant aestimare mortificationem internam magis quam externam (cf. art. 263) ut circa mortificationem externam non inconsiderate agatur, ut nihil fiat vel permittatur quod sit extraordinarium, excessivum, nocivum.

V. Fundator frequenter monuit Magistros de hac re. Ita ad P. Boisramé, epistola 30-9-1858: "Ne consentez pas aux mortifications de la table. Les jeunes gens ont besoin de manger, et l'ordinaire n'est pas excessif." Item ad eundem, mense junii 1858: "Le fr. O. a besoin d'être modéré. Vous avez très bien fait de faire justice de cette discipline hors de règle." Ad P. Van den Berghe, Sup. N.D. de l'Osier, 12-10-1852: "Le Père Richard a un peu trop écouté son zèle en introduisant un nouvel usage pour l'exercice de la discipline. Il doit être sonné le vendredi non seulement pour le Noviciat, mais pour toute la Communauté. Si le Maître des novices juge à propos d'accorder quelques jours de plus aux fervents de son Noviciat, il le peut avec prudence; mais c'est en particulier que cela doit avoir lieu et sans avis public. - A ce propos, je vous dirai que s'il vous arrivait de rencontrer de trop fortes répugnances dans les nouveaux venus, vous pourriez, pour ne pas les décourager, les accoutumer peu à peu, petit à petit, c'est-à-dire quand

la répugnance est trop forte et les pousserait peut-être à perdre leur vocation ne leur imposez pas la discipline que pendant un Ave Maria, ou un Pater et Ave Maria..."

Et modo generali, die 30-9-1858 ad P. Boisramé: "J'ai hâte de vous dire que je vous trouve trop sévère pour vos Novices. Sans doute il faut... leur prêcher l'esprit de mortification. Mais il ne faut pourtant pas les mettre à une trop forte épreuve. Vous vous exposez à les décourager et à perdre leur confiance, si, par des actes répétés, ils viennent à se persuader que vous êtes exagéré. Vraiment c'était trop fort de vous opposer à ce que ceux qui étaient pressés par la soif se désaltérassent en buvant un peu d'eau. Evidemment vous êtes beaucoup trop sévère. Vous ne deviez pas refuser la permission de boire à celui qui vous la demandait. Ces sortes de mortification ne se commandent pas; elles doivent venir des sujets quand le Bon Dieu le leur inspire. ... Changez donc de système, mon cher ami. Vous arriverez à vos fins par la condescendance, la douceur, les prévenances, les marques d'intérêt et d'affection. Vous connaissez le proverbe: 'On prend plus de mouches avec le miel qu'avec le fiel'. Il faut que les novices se persuadent qu'ils ont en vous un véritable père qui les aime, qui tient à leur santé et à leur contentement, qui sait même plier la sévérité de la règle à leurs besoins. Une fois que cette persuasion est établie, vous obtiendrez tout d'eux sans avoir l'air d'y toucher." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 37sq.)

Novitii adducantur ad hoc ut magis ac magis cognoscant, aestiment et diligent Congregationem, non solum per lectionem et expositionem Regularum, sed etiam per studium historiae Congregationis, ut Regulae non appareant ut quid abstractum, sed quasi vivide expressae in ipsa Congregationis historia. Mgr de Mazenod scripsit ad P. Vincens, Magistrum novitiatus N.D. de l'Osier, mense nov. 1841: "Ceux qui ne s'attachent pas de coeur à la Congrégation ne font pas pour elle. Il faut la leur montrer telle qu'elle est dans l'Eglise. Elle est la cadette de toutes ses aînées... Grâce à Dieu! elle répond à sa vocation; et personne ne contestera qu'elle ne fasse plus de travail dans le champ du Père de Famille qu'on ne serait en droit d'en attendre. C'est à vous de vous étendre sur tous ces points et sur d'autres qu'il est essentiel que vous expliquiez." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 47).

Abhinc Capitulum generali 1920 omnia Capitula retinuerunt hoc statutum: "Instituatur... in scholasteriis et novitiatibus series lectionum historiae Congregationis." Cf. Acta Cap. 1959, art. 129; Circul. 128 (13-4-1921), p.24 (Circul. adm., III, 381).

### 3) In particulari, Instructio novitiorum de correctione fraterna. Art. 703.

Inter "asperiores Regularum nostrarum observantias" certo invenitur correctio fraterna mediante auctoritate paterna superiorum.

#### Textus.

Dispositio primo apparet in ms. "Honorat" (1819): "Notamment il les préviendra qu'en entrant dans la Société, ils sont censés donner un droit formel à chacun de leurs frères de manifester au Supérieur les imperfections, les défauts ou les vices qu'ils découvriraient en eux hors de la confession, et de lui donner connaissance de toutes leurs fautes, sans être tenus de les prévenir avant de les lui dénoncer."

Transit ad litteram in primam versionem latinam (ms.V: 1825), art. V, cujus textus servatur immutatus per omnes editiones successivas.

Fontes.

P. de Mazenod certo cognovit praxim vigentem in Institutis religiosis. In particulari potuit proximius cognoscere praescripta S. Ignatii de hac re. Inter eas res quas candidati in Societate observare debebunt et quas praecipue scire eos convenit ab initio, ipse enumerat istud: "8. Ad maiorem in spiritu profectum, et praecipue ad maiorem submissionem et humilitatem propriam, interrogetur an contentus sit futurus ut omnes errores et defectus ipsius, et res quaecumque, quae notatae in eo et observatae fuerint, Superioribus per quemvis, qui extra Confessionem eas acceperit, manifestentur." (Examen generale, Cap. IV, 8.)

Unde commendatur Magistro in "Regulae Societatis Jesu - Regulae Magistri Noviciorum" (ed. 1947), Cap. II, n. 14: "... et illa praesertim sunt magis explicanda quae postea aliquam difficultatem afferre possent: ut de animi promptitudine ad serviendum Deo ubique et in re quavis; de manifestatione defectuum tam suorum quam alienorum secundum Constitutiones..."

Similis dispositio habetur in Constitutionibus et Regulis Redemptoristarum, ed. 1936/1947, n. 1091, IV.

Commentarium.

Praesens articulus valde differt ab eo qui olim (usque ad editionem 2am incl.) habebatur in fine paragraphi de Sacramentis et Directione, art. XIII. Revera, in hoc articulo agebatur de obligatione universali qua "non solum tenetur unusquisque se ipsum aperire superiori, sed omnes etiam culpas illi patefacere, defectus et imperfectionem, aliorum de Societate fratrum, quorum notionem extra confessionem habuerit..." Iste articulus, simul cum quatuor articulis praecedentibus de directione tunc vigente, suppressus est anno 1867. Vide in commentario, P. II, p. 187.

E contra, in praesenti articulo 703 affirmatur solummodo jus vel facultas omnis Oblati manifestandi Superiori defectus confratrum debitis conditionibus servatis. Et in hoc nihil quod rationabiliter haberi possit ut quid extraordinarium, obsonum, repugnans justitiae vel charitati et spiritui communi. Tale jus viget in omni communitate et praesertim in communitate religiosa. Nihil aliud est quam jus exercendi correctionem fraternam mediante Superiore, qui non est quasi officialis (fonctionnaire) vel magistratus sive iudex, sed ante omnia pater spiritualis communitatis, cujus est curare non solum de bona administratione domus, sed etiam - et magis adhuc - de bono spirituali familiae domesticae. Cf. art. 584; 585; 587.

Correctio fraterna est actus charitatis erga communitatem et erga personam particularem; imo, secundum S. Thomam, est praecipuus actus externus charitatis. Cf. 2.2, q. 31; q. 32, art. 3; q. 33, art. 1. Toto caelo differt a delatione, susurratione, loquacitate etc quae certo sunt vitia valde nociva bono communitatis et merito eradicanda. Superiorum praesertim est vigilare, ne jus manifestandi defectus confratrum occasionem praebet delationi, susurrationi etc. Abusus tollendus, jus servandum!

V. Fundator noster prae corde habuit illud jus servari in sua familia. Ita v.g. in epistola ad P. Suzanne 5-10-1827: "Quant à moi, je ne me console-rais pas qu'il s'introduisît dans la société un esprit de susceptibilité qui inspirât de l'aigreur contre ceux qui, souvent avec les meilleures intentions, attirent à d'autres quelques avis salutaires qui peuvent, à la vérité, contrarier quelques fois leurs vues ou choquer leur amour-propre, mais qui n'en sont que plus nécessaires et données à propos." Et magis personaliter die 28-2-1825



ad P. Vachon: "Ce serait une grande imperfection, mon cher ami, de trouver mauvais que l'on vous reprît sur quelques méprises que vous auriez pu faire en débutant dans le ministère et une vraie injustice de savoir mauvais gré à ceux qui m'en auraient prévenu. Les uns et les autres nous nous sommes acquittés d'un devoir indispensable, et il me semble que, loin de vous plaindre, vous devriez vous féliciter d'une surveillance toute fraternelle qui assure nos pas et nous préserve contre l'erreur et l'illusion. Vous connaissez nos Règles. Elles sont à cet égard éminemment sages. Ne nous en écartons jamais. - Pourquoi vous plaindre? Je ne comptais pas vous écrire à ce sujet; mais je me proposais à mon premier voyage d'en causer avec vous franchement et en toute amitié, pour rectifier ce que j'aurais trouvé défectueux dans vos idées et approuver ce qui aurait été bien. - Mettez donc votre coeur en paix, et soyez persuadé qu'on n'a jamais d'autres vues, soit lorsqu'on loue, soit lorsqu'on blâme quelqu'un parmi nous, que le plus grand bien du sujet, l'honneur de son ministère et la gloire de Dieu."

Est omnino in linea S. Ignatii, cujus principia enuntiata in sic dicto "Examen generale", praemisso Constitutionibus, Cap. IV, n.8, expresse et fere iisdem verbis retinentur in hodierno jure Societatis Jesu, ut patet ex "Epitome Instituti", ed. 4a (1949), n.217: "§ 1. Ad maiorem in spiritu profectum et praecipue ad maiorem submissionem et humilitatem propriam contentus esse quisque debet ut omnes errores et defectus ipsius et res quaecumque, quae notatae in eo et observatae fuerint, Superioribus per quemvis qui extra Confessionem eas acceperit manifestentur. - § 2. Boni etiam consulant omnes (que tous trouvent bon ou approuvent) ab aliis corrigi et ad aliorum correctionem iuvare, ac manifestare sese invicem sint parati, debito cum amore et caritate; praesertim ubi a Superiore, qui eorum curam gerit, fuerit ita praescriptum aut interrogatum ad maiorem Dei gloriam." Atque in n.218: "... 1\* Licitum est omnibus manifestare Superiori, ut patri, quemcumque alterius defectum sive levem sive gravem; et hic est sensus Regulae, cum ex eius verbis constet Nostros perfectionis assequendae studio cedere quocumque iure famae, quod obstare posset, et facultatem facere omnibus manifestandi Superiori quaecumque de illis notata fuerint;... 4\* Ea vero, quae vergunt in grave detrimentum boni communis, aut damnum imminens tertii, non solum potest, sed etiam debet quisque Superiori, ut patri, manifestare ut secreto et prudenter tum bono subditi quam religionis provideat; - 5\* Siquidem paternae huius manifestationis finis est cum bonum commune, tum profectus spiritualis singulorum, ex solo caritatis affectu proficiscatur oportet et tali modo instituat, qui amorem et caritatem prae se ferat;..."

Similia habentur in "Regulae Societatis Jesu - Summarium Constitutionum" ed. 1947, n. 9 et 10.

Quoad exercitium facultatis manifestandi Superiori defectus confratrum, maxime interest ut serventur debitae conditiones, ut illa manifestatio maneat vere "correctio fraterna" seu actus caritatis, nec corrumpatur vitio delationis vel susurrationis aut loquacitatis. De his conditionibus vide in commentario, P. II, p. 159.

In particulari liceat animadvertere, quod praedicta manifestatio generaliter fieri debet Superiori immediato, i.e. locali. Iuvat citare sequens ex "Epitome Instituti Societatis Jesu", ed. 1949, n. 218, 6\*: "Manifestatio fiat Superiori immediato, nisi graves causae suadeant ut fiat Superiori mediato - (i.e. Provinciali vel Generali) - cui tunc hae causae aperiendae sunt."

Praeterea, excluduntur a manifestatione Superioribus facienda non solum defectus, vitia et culpa ex confessione nota, sed etiam omnia illa quae innotescunt ex directione spirituali, vel generatim ex secreta communicatione consilii petendi causa. Excluduntur jure naturali de secreto commisso. Ita etiam in "Epitome Societatis Jesu", n. 218, 2\*.

De usu scientiae acquisitae ex licita manifestatione defectuum secundum nostrum articulum 703. Superior tali scientia uti potest in foro externo, in ratione gubernii etc; de ea communicare potest cum Superioribus majoribus. Semper tamen servata debita discretione et secreto! Revera agitur de scientia acquisita ad normam Constitutionum in re fori externi.

Semper eximuntur a tali usu quae nota sunt ex confessione vel directione spirituali secundum supra dicta.

Caeterum "Superiores ne facile credant iis qui alicuius culpam deferunt, sed singula perquirant; in primis ipsum, qui defertur, audiant, ut se defendere possit; et si innocens reperiatur, deferens pro ratione culpa aut reprehendatur aut puniatur." Ita in "Epitome Instituti Societatis Jesu", ed. 4a (1949), n. 219. Et additur ibidem: "Qui falsum alteri crimen imponeret, vel graves Nostrorum defectus occultos aliis quam Superioribus aperiret, severe pro delicti qualitate puniatur atque etiam publice in publicis."

### III) Probationis ratio externa canonica. Art. 704-706.

#### a) De auctoritate gubernatrice cui subduntur novitii. Art. 704.

##### Textus.

Substantia dispositionis habetur iam in ms. I (1818): "Le maître des novices exerce sur eux la même autorité que le supérieur exerce sur tous les membres de la maison; mais il exerce cette autorité dans la dépendance du supérieur, auquel il rendra compte, au moins tous les huit jours, de la situation du noviciat. Il ne pourra jamais dispenser les novices des exercices communs à toute la communauté, sans le consentement du supérieur, dont le maître des novices ne doit se regarder que comme le délégué pour ce qui concerne cette portion de la famille, dont le supérieur est le père commun."

Abhinc ms. II (1821-1825) affirmatur dependentia a Superiore generali: "... mais il exerce cette autorité sous la dépendance du Supérieur général auquel il rendra compte au moins tous les huit jours de la situation du noviciat quand le Supérieur général habitera la même maison, tous les mois quand il en habitera une autre; le maître des novices devant se regarder comme le délégué du Supérieur général pour ce qui concerne cette portion de la famille dont le Supérieur général est le Père commun." Ut apparet, supprimitur prohibitio facta Magistro dispensandi novitios ab exercitiis communibus absque consensu Superioris localis, quia de hoc jam in paragrapho de Magistro novitiorum, art. V, hodie art. 610.

Transit in versiones latinas (ms. V: 1825) et sic legitur in ed. la (1827): "VI. Novitiorum magister tantam in eos exercet auctoritatem quantum superior in omnes subditos suos; sed hanc auctoritatem exercebit arbitrio Superioris generalis, cui rerum statum saltem in hebdomade semel exponet, quando Superior generalis habitabit in eadem domo, et quolibet mense si aliam inhabitet; memor se pro Superiore generali legatione fungi, in his quae sunt ad hanc partem familiae, quae Superiorem generalem communem habet patrem. (Vid. art. 4, § VIII, cap. I, part. 3ae)." In ista referentia agitur de re correspondente hodierno art. 609.

In ed.2a (1853) dispositio adaptatur institutioni provinciarum et vicariatum: "VI. Novitiorum magister tantam... sed hanc auctoritatem exercebit arbitrio Provincialis aut Vicarii, cui rerum statum saltem in hebdomade semel exponet, quando habitabit in eadem domo, et quolibet mense, si aliam inhabitet; memor se pro illis, quatenus Superiorem generalem repraesentant, legatione fungi, in his..."

In ed.4a (1910) textus sic immutatur: "743. Novitiorum Magister tantam... sed hanc auctoritatem exercebit sub dependentia a Provinciali seu Vicario, cui rerum statum... et quolibet mense, si aliam inhabitet." Omittitur ultima phrasia "memor se... legationem fungi..."

In ed.5a (1928) omittitur mentio explicita Vicarii, conformiter ad principium generale articuli 511.

#### Commentarium.

Recta institutio novitiorum postulat unitatem auctoritatis, ita ut Magistro competat non solum auctoritas doctrinalis et formatrix, sed etiam gubernatrix, quatenus vestitur potestate dominativa in novitios, sicut Superior in suos subditos. Huic auctoritati non obstat dispositio articuli 610, qui coordinat exercitium utriusque auctoritatis, Superioris localis scil. et Magistri, in materia "mixta".

Novitii habeant Magistrum suum quasi suum superiorem immediatum, cui obedire tenentur. Libere ingressi sunt novitiatum ejusque disciplinam libere susceperunt. Ita praxis saecularis in statu religioso, confirmata jure communi: can. 561; c. 633, § 1.

De potestate Magistri novitiorum explicitius tractatur in art. 607-611. Vide commentarium in h.l.

#### b) Conditiones externae vitae novitiatu a jure impositae. Art. 705.

##### Evolutio historica dispositionum.

In ms.I (1818) duo articuli de occupationibus novitiorum, ut infra dicitur, et nihil amplius de re praesenti. Ita usque ad editionem 2am (1853) incl. Circa novitiatu tempus, locum, occupationes primitus vigeat praxis sat libera, quae nobis hodie valde mira apparet. Sed historice facile explicatur: vide supra introductionem generalem ad hunc paragraphum n. 4.

Ex decreto S.C. Episcoporum et Regularium 5-1-1866 nobis applicatur strictior legislatio de novitiatu religioso. Revera leguntur ibi sequentia praescripta: "1\* ... Novae Novitiatu Domus non constituentur, nisi prius licentia à S.Sede per hanc Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium obtineatur. - 15\* Integrum Novitiatu annum tyrones explere debent in Domo Novitiatu ab Apostolica Sede approbata, ac exercere tantum officia, quae Novitiorum propria sunt sub immediata Magistri Novitiorum directione; quin interim studiis vacare possint." Cf. Circul. 17 diei 29-6-1866, pp. 7sq (Circul. adm. I, 158sq); Cosentino, Histoire de nos Règles, IV, 80.

Exinde in Capitulo gen. 1867, loco primaevi art. VII circa studia novitiorum, statuunt sequentem articulum inserendum in Constitutionibus: "Integrum novitiatu annum tyrones explere debent in domo novitiatu ab Apostolica Sede approbata, ac exercere tantum officia quae novitiorum sunt propria, sub immediata Magistri novitiorum directione, quin interim studiis vacare possint. Licet tamen sacris Scripturis opera dare."

Ista licentia de sacris Scripturis colendis expresse concessa est a S.C. Episc. et Reg. die 21-7-1866. Cf. Circul. 19 diei 29-6-1867, p. 4, n. 6\* (Circul. adm. I, 180). Totus articulus approbatur a S.Sede 1870, non obstante observatione contraria Patris Bianchi, O.O., consultoris, circa studium s. Scripturae, de quo vide Cosentino, o.c., IV, 81. Et sic habetur novus art. VII in ed. 3a (1894).

Interim, S.C. de Religiosis, per decr. "Ad explorandum" 27-8-1910, permittit novitiis studia intra certos limites, de quo infra ad art. 706. Exinde in ed. 4a (1910), art. 744, omittunt totam phrasim finalem circa studia "quin interim studiis vacare possint. Licet tamen sacris Scripturis operam dare."

In ed. 5a (1928) interponunt praecisionem circa continuitatem anni novitiatus, conformiter ad novum Codicem Iuris can. Unde iam legitur: "705. Integrum et continuum, ad normam can. 555 et 556, novitiatus annum tirones explere debent..."

#### Commentarium.

Conditiones externae vitae novitiatus a iure communi et nostro stabilitae sunt sequentes:

1\* Annus integer, et quidem ad validitatem canonicam novitiatus: can. 555, § 1, 2\*.

Annus percurrendus est per totum, de die ad diem, secundum leges supputationis temporis: can. 34, § 1, 1\*, 3\* et 4\*. Vide supra ad art. 699. Non sufficit, ut annus sit "moraliter" integer: periculum ne probatio abbreviatur plus minusve sec. adjuncta occurrentia ad cuiusque aestimationem, in detrimentum institutionis maximi momenti.

Ab ista regula generali admittitur tamen exceptio, pro casu scilicet quo novitius, remanens sub auctoritate Superioris, de Superiorum licentia vel vi coactus extra domus septa permanserit non ultra quindecim dies: annus erit moraliter et canonicè integer, quin dies deficientes supplendi sint, quamvis Superiores possint hoc supplementum praescribere. Cf. can. 556, § 2.

2\* Annus continuus seu non interruptus, et hoc pariter ad validitatem canonicam novitiatus: can. 555, § 1, 2\*.

Etenim continuitas est elementum magni momenti in probatione ad statum qui importat essentialiter continuitatem, scil. perseverantiam usque ad mortem in observantia ejusdem regulae.

Continuitas requisita ad validitatem novitiatus est dijudicanda ad normam canonis 556. Revera, non omnis interruptio physica, vivendo extra novitiatus domus, est interruptio canonica, nocens validitati novitiatus.. Plures res juridice valde diversae sunt distinguendae:

- Vera interruptio canonica qua novitiatus abrumpitur, ita ut in casu reditus denuo incipiendus ac per totum perficiendus sit. Verificatur in sequentibus casibus: si novitius, a Superiore dimissus, e domo exierit, aut domum sine illius licentia non reversurus deseruerit, aut extra domum, etsi reversurus, ultra triginta dies sive continuos sive non continuos permanserit quacumque ex causa, etiam de Superiorum licentia.

Si Superiores censent haberi rationem sufficientem, ut tempus anteriori interruptioni jungatur cum tempore subsequente ad constituendum annum integrum, requiritur recursus ad S.Sedem.

- Talis interruptio physica quae annum novitiatus canonice non interrumpit, sed solum suspendit, ita ut annus novitiatus non currat, et consequenter dies deficientes sint supplendi omnes, ut habeatur annus integer. Verificatur si novitius, remanens sub auctoritate Superioris, ultra quindecim dies, sed non ultra triginta dies etiam non continuos, de Superiorum licentia vel vi coactus extra novitiatus domum permanserit.

- Talis interruptio physica quae annum novitiatus canonice nec interrumpit nec suspendit, ita ut annus novitiatus currat et consequenter dies deficientes non sint supplendi ad validitatem novitiatus, quamvis Superiorès possint hoc supplementum praescribere. Habetur in casu quo novitius, remanens sub auctoritate Superioris, de Superiorum licentia vel vi coactus extra novitiatus domum permanserit non ultra quindecim dies. Talis annus remanet moraliter et iuridice integer et continuus.

- Mera translatio in aliam novitiatus domum nostrae Congregationis, etiam alterius provinciae, auctoritate Superiorum, qua talis canonice nec interrumpit nec suspendit annum novitiatus.

3\* Annus explendus in domo novitiatus, erecta qua tali de licentia S. Sedis (can. 554, § 1; Constit. O.M.I., art. 435, 5\*). Et hoc quidem ad validitatem novitiatus: can. 555, § 1, 3\*.

Novitiatus nequit proinde valide inchoari nec terminari extra novitiatus domum.

Revera, probatio et formatio fundamentalis candidatorum nequit fieri convenienter nisi in domo huic fini maximi momenti expresse addicta et quam optime adaptata sub omni respectu, et in particulari sub respectu nostrae vitae religiosae secundum Constitutiones accurate instituendae. Si hoc jam requiritur pro postulantis, a fortiori pro novitiis. Cf. can. 540, § 1; 554 § 3; 587, § 2; 588, § 3.

Imo requiritur, non quidem ad validitatem novitiatus, ut iste ab ea parte domus, in qua degunt professi, sit, quantum fieri potest, segregatus ita ut, sine speciali causa ac Superioris vel Magistri licentia, novitii nullam habeant communicationem cum professis, neque hi cum novitiis: can. 564, § 1. Quod tamen minime nocere debet libertati novitiorum adeundi sacerdotem professum confessionis causa: can. 566, § 2; 519.

Unde "Superiores licentiam manendi extra septa novitiatus, nisi iusta et gravi de causa, ne impertiant." (can. 556, § 3) A fortiori istud praescriptum urget ad manendum extra novitiatus domum.

4\* Annus peragendus in exercitio eorum tantum officiorum quae novitiarum sunt propria.

Etenim annus novitiatus habet finem particularem ac proprium, eumque maximi momenti tum pro singulis novitiis tum pro tota Societate, scil. probationem vocationis et formationem fundamentalem ac seriam ad vitam spiritualem et religiosam nostram secundum regulas et constitutiones: can. 565, § 1; Constitutiones O.M.I., art. 614, 615. Unde valde interest, ut tota vita novitiatus peragatur talibus exercitationibus, occupationibus, officiis, quibus ille finis convenienter obtineri possit, et excludantur officia extranea quibus mens distrahitur a fine proprio novitiatus. Confirmatur ex traditione religiosa saeculari et jure communi. Cf. Can. 565, § 3; Constitutio "Sedes Sapientiae", 31-5-1956, adnexa "Statuta generalia", Art. 36, § 1.

Quaenam autem sint hujusmodi officia, occupationes et exercitationes quae conveniunt novitiatui, eruitur ex jure communi et instructionibus S.Sedis (v.g. can. 565; Statuta generalia, adnexa Constitutioni "Sedes Sapientiae", 1956, Art. 37; Art. 14, § 2; Art. 47), ex Constitutionibus nostris (v.g. art. 615), ex traditionibus probatis status religiosi et Congregationis nostrae. Huc pertinent proinde instructiones, lectiones et studium de vita spirituali et religiosa; instructiones adaptatae fini novitiatus de Sacra Scriptura; instructiones et exercitationes de S.Liturgia, de lingua latina, de cantu ecclesiastico, de historia Congregationis nostrae (cf. Acta Cap. 1959, art. 129) et maxime de Constitutionibus et Regulis nostris; exercitia moderata compositionis et modi publice legendi et loquendi, cum hoc maxime intersit nostri apostolatus (cf. Statuta generalia, art. 47); instructiones de vera et christiana urbanitate (politesse)... Vide supra commentarium ad art. 615. Inter occupationes convenientes novitiatibus nostris locum honorabilem obtinet quoque labor manualis moderatus.

In particulari quod attinet ad laborem corporalem, debita moderatio obtinetur habendo prae mente duplicem finem hujus exercitationis, ex una parte consulere bonae valetudini novitiorum, ut scilicet servetur conveniens aequilibrium inter vitam mentalem-psychicam et vitam physicam, ex altera parte favere formationi illorum: dando eis occasionem sese exercendo in humilitate et obedientia (cf. art. 294, 229), in charitate se devovendo aliis, serviendo bono communi, addiscendo habere curam de rebus communitatis (les habituer à prendre intérêt aux choses de la maison, à contribuer pour leur part au bien de la maison).

Scimus, quod S.Ignatius inter praecipua experimenta imponenda novitiis enumeravit sequentia: "servire in uno vel pluribus xenodochiis (hospitaux) per mensem... auxilium et ministerium omnibus aegris et sanis impendendo... post ingressum in Domum, omni cum diligentia et sollicitudine in variis officiis abiectis et humilibus se exercere, bonum sui exemplum in omnibus exhibendo". (Examen generale, cap.IV, nn. 11 et 13.)

Circa historiam Congregationis, novitii non solum prae corde habeant eam magis ac magis cognoscere et privatim ei studere, sed fiant etiam lectiones publicae de ea, in quantum possibile (Acta Cap. 1959, art. 129), atque Magister ejusque cooperatores utantur omni occasione ut evocent vitam et activitatem familiae nostrae tum praeteritam tum praesentem. V.Fundator noster valde commendavit Magistris novitiorum, v.g. in epistola ad P. Vincens, Magistrum N.D. de l'Osier, nov. 1841: "Ceux qui ne s'attachent pas de coeur à la Congrégation ne font pas pour elle. Il faut la leur montrer telle qu'elle est dans l'Eglise... Grâce à Dieu! elle répond à sa vocation; et personne ne contestera qu'elle ne fasse plus de travail dans le champ du père de famille qu'on ne serait en droit d'en attendre. C'est à vous de vous étendre sur tous ces points et sur d'autres qu'il est essentiel que vous expliquiez." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 47.)

Confirmatur ex "Statuta generalia" adnexa Constitutioni "Sedes Sapientiae" (1956), Art. 47, § 2: "Ad specialem praeterea apostolatum proprii Instituti gradatim parentur alumni, probe scilicet addiscendo eiusdem finem, spiritum, ministeria; originem et historicam evolutionem, vitam sodalium illustriorum, quibus mediis efficaciter usi sint, ita ut propriam familiam magis diligant iuniores et propriae divinae vocationi melius respondeant."

Quod est praeparationis remotae et moderatae praedicationis evangelicae (exercitia compositionis et modi publice legendi et loquendi) nota quod jam tempore Fundatoris existebat usus praedicationis in refectorio, ut apparet ex epistola ejus ad P. Vandenberghe, Magistrum novitiorum N.D. de l'Osier, 12-10-1852: "Il n'était pas à propos de changer l'usage introduit de faire prêcher les novices au réfectoire sans m'avoir prévenu. J'écrirai, s'il le faut au P. Supérieur local pour le prier de rétablir cet usage. Il n'y a point de critique à faire en plein réfectoire; si on a des observations à faire, elles doivent avoir lieu après ou le lendemain en l'absence des frères convers." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 38.)

Iuvat citare sequentia ex "Epitome Instituti Societatis Jesu", ed. 4a (1949), de Novitiis Scholasticis, n. 152, § 2: "Exerceantur, nisi quis eximatur, in contionibus domesticis ut usum aliquem comparent quod ad vocem et modum et reliqua; et specimen sui talenti praebeant, ac bonos conceptus suos ad propriam ac proximorum aedificationem exprimant."

5\* Annus peragendus sub immediata directione Magistri novitiorum.

Durante probatione novitii non sunt relinquendi sibimetipsis, nec eorum probatio et formatio fundamentalis ad vitam Congregationis sunt committendae cuicumque secundum occurrentiam, nequidem ipsi Superiori locali quali. Revera, illa probatio vocationis et formatio sunt tanti momenti pro ipsis aspirantibus et pro Societate atque tantae difficultatis, ut nequeant convenienter absolvi nisi sub directione immediata Sacerdotis Oblati specialiter ad hoc munus electi debitisque qualitatibus praediti. Ita secundum sapientiam saecularem status religiosi et leges expressas juris communis: can. 559; 561-562; 565, § 1. Vide supra art. 701; 704; 607 sq; 613-615.

Ex hoc autem minime sequitur Magistrum debere omnia facere per seipsum, omnes instructiones ad novitios, omnibus eorum exercitiis praeesse etc. Cf. supra comment. ad art. 611, 613, 615. Nec prohibentur rationabiles et moderatae absentiae Magistri.

c) In particulari de quibusdam occupationibus vitandis vel limitandis.  
Art. 706.

Evolutio historica hujus dispositionis.

In ms. I (1818) legebatur: "Il n'est pas défendu aux novices, pendant le temps du noviciat, de s'occuper de l'étude; celle de la philosophie et de la théologie leur est même prescrite; mais, ils ne s'y livreront pas avec une ardeur démesurée, qui nuirait à leur avancement dans les voies de la spiritualité, à l'acquisition de cet esprit intérieur qui est si nécessaire aux ouvriers évangéliques pour travailler avec fruit au salut des âmes les plus abandonnées."

Et post intersectionem de votis privatim faciendis (de quo infra in N.B.), sic proseguuntur: "Les novices, de quelque Ordre qu'ils soient, ne pourront être employés dans les missions pendant leur noviciat; ils ne seront réputés aptes à ce ministère qu'après leur oblation."

In ms. IV (1825) apparet sequens restrictio: "Art. VII. Il n'est pas défendu aux novices pendant le temps du noviciat de s'occuper à certaines heures de l'étude. Celle de la philosophie..."

Et sic transit in versionem latinam (ms.V: 1825) et approbatur a S.Sede 1826 atque legitur in ed.1a (1827): "VII. Non prohibetur novitiis, tempore probationis suae, studium statutis horis indictum; quinimo philosophiae et theologiae ipsis praescribitur operam dare, non ea tamen mentis aviditate, quae obstet eorum perfectioni, et longe faciat ab illis spiritualem recollectionem, operariis evangelicis admodum necessariam, ut animarum saluti fructuose incumbant. - - - IX. Novitii, cujuscumque sint Ordinis, non valebunt tempore disciplinae regularis addiscendae Missionibus adhiberi: isti muneri idonei habebuntur solummodo post emissa vota."

In 2a editione (1853), uterque articulus aliquantulum temperatur: "VII. Non prohibetur novitiis, tempore probationis suae, studium statutis horis indictum, aliquando etiam philosophiae et theologiae ipsis conceditur operam dare, non ea tamen mentis aviditate... - IX. Novitii cujuscumque sint Ordinis, non valebunt, tempore disciplinae regularis addiscendae, Missionibus adhiberi: attamen qui inter ipsos Sacerdotio sunt insigniti, poterunt Missioni uni interesse, exercitii causa."

Consequenter ad interventum S.Sedis per decr. S.C. Episcoporum et Regularium 5-1-1866 (de quo vide supra ad art. 705, in initio), in Capitulo gen. 1867 adoptantur sequentes modificationes: loco prioris articuli ponitur alius omnino novus (quem legisti supra ad art. 705); in posteriore articulo supprimitur clausula finalis "attamen qui inter ipsos Sacerdotio sunt insigniti..." His modificationibus approbatis a S.Sede, editio 3a (1894) disponitur in sensu praedicto: "VII. Integrum novitiatus annum tirones explere debent... sub immediata Magistri novitiorum directione, quin interim studiis vacare possint. Licet tamen sacris Scripturis operam dare." Vide supra ad art. 705. Art. IX, ut supra, ommissa solum clausula finali "attamen qui inter ipsos Sacerdotio sunt insigniti..."

In Capitulo gen. 1908 supprimitur in art. VII concessio in fine articuli expressa: "Licet tamen sacris Scripturis operam dare." Forsitan propter particulares difficultates quas tunc temporis secum ferebat studium S.Scripturae (reactio contra modernismum biblicum). Pro cetero servabatur art. VII cum sua phrasi finali "quin interim studiis vacare possint".

Nova editio Constitutionum praeparata in Capitulo gen. 1908 impressioni dabatur anno 1910. Currente impressione, S.C. de Religiosis per decretum "Ad explorandum" diei 27-8-1910 notabiliter immutavit praescripta de studiis durante novitiatu, imponendo novitiis studium moderatum: 1\* Novitii, privatim unam horam singulis diebus, festis tantum exceptis, studiis dedicabunt. 2\* Per unam horam instruendi sunt collective, veluti "in schola", non ultra ter in hebdomade. 3\* Commendantur studium linguae patriae, linguae latinae et graecae, lectio SS. Patrum et antiquorum Ecclesiae auctorum, Evangelii S.Lucae et Actuum Apost. in lingua originali, scil. graeca; exercitia scripta et rhetorica. Cf. Acta Apost. Sed. 1910, pp. 730sq; Enchiridion de statibus perfectionis, I, pp.283sq. Administratio generalis, volens adaptare Constitutiones nostras praefato decreto, obtenta debita licentia S.Sedis, suppressit in nova editione (1910) clausulam finalem pristini articuli VII: "quin interim studiis vacare possint." Unde jam legitur: "744: Integrum novitiatus annum tirones explere debent in domo novitiatus... sub immediata Magistri novitiorum directione." Cf. Cosentino, Histoire de nos Règles, V, p. 211.

Novus Codex Juris can. (1917) totam rem de occupationibus vitandis vel limitandis durante novitiatu (ministerium externum, studia etc.) ordinavit in



can. 565, § 3, silens de obligatione studii imposita per decretum "Ad explorandum", 1910. Editio nostra 1928 refert praefatum paragraphum per totum, et quidem ad litteram (paucis mutatis in secunda parte articuli de novitiis "famulantibus").

Ex consequenti omittit, tamquam inutilem, pristinam prohibitionem de non adhibendis novitiis in missionibus praedicandis.

### Commentarium.

Cum noster articulus 706 mere referat praescriptum juris communis de hac re (can. 565, § 3), vide commentaria canonistarum de isto canone.

"Ne destinentur concionibus habendis": intelligendum non est de exercitationibus eloquentiae quae fiunt a novitiis titulo formationis. Vide supra ad art. 705.

"neve debita opera studiis vacent", i.e. studiis non vacent quasi ex professo, sibi proponendo studia tamquam finem prosequendum in novitiatu, prout fit in domibus studiorum ("dedita opera" = proposito deliberato, consulto, ex industria: à dessein, exprès, de propos délibéré, se livrer à une tâche avec application, d'une manière suivie).

Unde novitiis non prohibentur moderatae repetitiones vel exercitationes studiorum peractorum, ne eorum obliviscantur, dummodo habeantur ut quid secundarium et subordinatum nec noceant scopo principali novitiatus, scil. formationi spirituali-religiosae. Idem dicendum de artibus exercendis, v.g. de musica (organa - "harmonium" - pulsare).

Confirmatur e "Statuta generalia" annexa Constitutioni "Sedes Sapientiae" (1956), Art. 36, § 1, 2\*: Novitiatus "religiosae institutioni totus inservire debet, ita ut nullo modo liceat novitios ministeriis aut exterioribus Religionis muniis, vel, dedita opera, studiis vacare (c. 565, § 3); non tamen inde prohibentur repetitiones seu practicae exercitationes, breves, etiam quotidianae, scholae domesticae, quae tamen computandae non sunt in annum scholarem, iuxta Sacrae Congregationis normas."

Nostra "Ratio studiorum generalis", 1960, n.15, refert illud statutum: "Domus novitiatus non sunt sedes ordinariae institutionis intellectualis et novitios non licet, dedita opera, studiis vacare; non tamen prohibentur repetitiones..." (ut supra).

Caeterum, si serio et sedulo vacant operibus quae sunt novitiorum propria (art. 705; 701; 614 sq; can. 565, § 1), et quidem in tota eorum amplitudine (vide commentarium ad art. 705), tunc vix tempus supererit aliis studiis. Unde non mirum quod scripsit S. Pontifex Pius XI in Epistola apost. "Unigenitus Dei Filius" 19-3-1924: "Quamobrem, remotis quarumvis disciplinarum studiis atque oblectamentis, huc tantum modo novitii animos intendant, ut, sapienti magistri sui ductu, interioris vitae exercitationibus virtutumque adeptioni vacent, earum praesertim quae cum religionis votis, idest paupertatis, obedientiae et castitatis, cohaerent et coniunguntur." (Acta Apost. Sedis, 1924, p.142.)

Nec hoc praetermittendum est, quod studia peracta litterarum optime recoli et excoli possunt exercendo praecise opera propria novitiorum, ita v.g. lingua latina studendo psalmis, hymnis liturgicis, lectionibus SS. Patrum, legendo Constitutiones et Regulas nostras eisque studendo in earum textu authentico, i.e. latino. Summi Pontifices praesentis temporis (Pius XI,

Pius XII et Joannes XXIII) non semel commendaverunt aspirantibus ad sacerdotium linguam latinam tamquam propriam Ecclesiae Latinae excolendam.

Quoad occupationes Fratrum coadjutorum, nova dispositio Codicis, quam sequitur noster articulus 706, scripto confirmat praxim existentem apud nos et alias. Attendendum praesertim ad debitam institutionem in christiana doctrina: can. 565, § 2; art. 701; 768 sq.

N.B. In prioribus editionibus interponebatur articulus VIII de votis religiosis privatim emittendis a novitiis. Ita in ed. 1a (1827): "VIII. Si cui novitiorum votorum emissio ante elapsum annum arrideret, desiderio suo posset fieri satis, sed superiore - (abhinc editione 2a, 1853: "Magistro") - expresse annuente, privatim, et ad tempus; tunc revoveret ea saltem bis in anno."

Ista dispositio legebatur jam in ms.I (1818), in eodem contextu: "Si quelque novice se sentait porté à faire les voeux de religion, on pourrait le lui permettre, mais du consentement exprès du supérieur et 'privatim'; il les renouvellerait alors au moins deux fois l'année."

Consequenter ad Capitulum generale 1908, approbante S.Sede, articulus suppressus est in ed.4a (1910). Revera, est res fori interni de qua quis agit cum confessario vel direttore spirituali. Evidens est, quod hujusmodi vota privata, etsi positis ponendis obligationem coram Deo inducant, nullum gignunt effectum canonicum seu in foro Ecclesiae nec pro Congregatione.

V.Fundator noster de his votis privatim emittendis legerat forsitan in Constitutionibus S.J., P.V, cap.IV, n.6, vel de tali usu in Societate Jesu et alias audiverat. De istis "votis devotionis" habet adhuc hodie "Epitome Instituti Societatis Jesu", ed.4a (1949), n.160 sq.

IV) Commendationes ad novitios de modo finem novitiatus concrete exsequendi.  
Art. 707-729.

V.Fundator noster non solum tradit principia generalia et theoretica de fine et natura novitiatus ejusque organizatione (Art. 699-706), sed etiam regulas et "directivas" valde practicas quae tendunt ad ordinandos et adjuvandos conatus concretos novitiorum ad finem novitiatus obtinendum. Ad hoc eum praeparaverat non solum cognitio statutorum et praxis in pluribus Institutis, sed etiam et quam maxime propria experientia facta tum in Seminario S.Sulpitii Parisiis, tum in suo ministerio pastoralis in urbe Aquensi abhinc anno 1813 (tamquam confessarius in Seminario Aquensi, tamquam director Congregationis juventutis christianae Aquensis), tum in munere formatoris primorum aspirantium Societatis Missionariorum abhinc anno 1816.

1) Causa exemplaris contemplanda et imitanda. Art. 707-708.

Pater de Mazenod, in sua directione spirituali ad novitios, feliciter initium sumit a proponendo eis D.N.JESUM CHRISTUM tamquam causam exemplarem. Nihil efficacius! Iterum apparet character "christologicus" ejus operis nostraeque vitae spiritualis et missionariae. Cf. Praefationem, Art. 1; 287 etc.

a) Vita abscondita CHRISTI a novitiis habenda et veneranda ut exemplar.  
Art. 707.

Textus.

Textus jam habetur in ms.I (1818): "Les novices doivent se proposer d'honorer, d'une manière particulière, la vie cachée de Jésus-Christ. Ils s'estimeront heureux d'avoir ce trait de ressemblance avec notre Sauveur, qui, depuis l'âge de douze ans jusqu'à celui de trente, a demeuré inconnu presque à tout le monde."

Textus latinus semper idem abhinc prima versione in ms.V (1825).

Commentarium.

Omnes status vitae terrestres D.N.J.C. magni habendi sunt. Ejus autem vita abscondita per fere triginta annos specialem amorem et cultum meretur ex parte juniorum. Revera, CHRISTUS-Homo dignatus est percurrere statum incrementi humani per omnes phases, infantiae scil., adolescentiae, juventutis ad plenam usque maturitatem, absque praecipitatione. Fecit non ratione sui, sed nostri, ut et hunc statum sanctificaret et exemplum daret junioribus, ut et ipsi magni habeant hanc praeparationem ad vitae maturitatem illaque sedulo utantur nec inconsiderate praecipitent (vouloir brûler les étapes).

Vita abscondita Filii Dei peculiarem venerationem meretur ex parte aspirantium ad statum religiosum vel ecclesiasticum et ad ministerium apostolicum. Ipse, qui est "Primus Religiosus Patris", jam tunc perfectissime coluit vitam religiosam: consilia evangelica clarissime exercebat antequam ea docuit. Vitam suam publicam praeparabat oratione, humilitate, obedientia, labore et addiscendo humano modo utilia ad futuram evangelizationem. Contemplatio vitae absconditae Illius est schola virorum apostolicorum. La solitude = le berceau des hommes d'action.

Novitii coadjutores feliciores adhuc sese existiment, quod eorum vita magis referat vitam absconditam et laboriosam sanctissimi Salvatoris nostri.

b) Studium imitandi CHRISTUM in ejus vita abscondita. Art. 708.

Textus.

Textus originarius gallicus in ms.I (1818): "Jaloux de suivre les traces de ce divin modèle, leur unique application sera de l'imiter dans la conduite qu'il a tenue durant sa vie privée; ainsi, ils vivront dans une parfaite obéissance aux ordres du supérieur et dans la pratique exacte de toutes les Règles de l'Institut."

Versio latina in ms.V (1825) et in ed.1a (1827): "XI. Divini hujus Exemplaris vestigiis accuratissime insistentium, summum eorum studium erit privatam Christi vitam imitari, quamobrem erunt perfecte subditi superiorum mandatis, et omnibus Instituti Regulis diligentissime obtemperantes."

In ed.2a (1853), constructio latina clarior et elegantior fit: "XI. Divini hujus Exemplaris vestigiis accuratissime insistentes, privatam Christi vitam summopere studebunt imitari; quamobrem..."

Commentarium.

Amor et cultus Christi, si sunt sinceri, disponunt ac impellunt ad Christum imitandum. Est semper illud "Veni sequere me!" Cf. Rom. VIII, 29: "conformer fieri imaginis Filii sui"; et I Corinth. IV, 16: "imitatores mei estote, sicut et ego Christi"; et item I Cor. XI, 1.

Et quidem imitari Christum in eo quod in ejus vita insignius apparet, scil. ejus obedientiam voluntarem et supererogatoriam. Cf. Philip. II, 1-8. Sciant novitii obedientiam apud nos non esse mere rem disciplinae, ac ordinis socialis, et minus adhuc exercitium artis domandi et instituendi juniores, sed eam habere potissimum characterem et valorem eminentem imitationis CHRISTI.

Vita abscondita Christi dicitur "privata" secundum quod differt ab ejus vita publica, in qua activitates ordinis publici locum privilegiatum obtinebant: instruere populum, praeparare apostolos, testificari coram omnibus et maxime auctoritatibus, passionem et mortem subire pro sua missione. Illa vita "privata" Christi exterius quidem continebatur inter limites restrictos activitatis domesticae et professionalis, interius vero et in ordine finalitatis erat tota quanta ordinata ad redemptionem mundi et gloriam Patris eratque pro tanto eminenter publica, nec erat minus efficax ad illos fines excellentes obtinendos quam postea ejus activitates publicae. Certissime illa vita "privata" nil commune habet cum vita tranquilla, tota dedita proprio commodo ('individualiste').

2) De modo se gerendi erga sacerdotes Christi. Art. 709-711.

a) Colere sensum christianum erga sacerdotes. Art. 709

Textus.

Textus jam incms. I (1818): "Ils professeront, pour tous les prêtres de la Société, le plus profond respect, honorant en eux la personne même du Fils de Dieu qu'ils représentent sur la terre."

Textus latinus semper idem abhinc prima versione latina (ms. V: 1825) usque ad editionem 5am (1928).

Commentarium.

Est expressio fidei et sensus religiosi erga sacerdotium catholicum qui tam clare resplendebant in ipso Fundatore. Expertus est magnitudinem gratiae qua "ad catholici sacerdotii fastigium" evector fuit, cogitando frequenter de illo S. Pauli: "Sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei", (I Cor. IV, 1) vel de illo "Sacerdos - alter Christus". Cf. S. Bonaventura, Sent. IV, d. 25, a. 2, q. 1: "In hoc sacramento [i. e. ordinis] persona, quae ordinatur, significat Christum mediatorem."

Narrant fratrem coadjutorem Jos. KEARNEY e vicariatu apost. Mackenzie, fidem et venerationem erga sacerdotium ita coluisse, ut nollet sedere in praesentia sacerdotis. Emisit vota perpetua anno 1857. Mortuus est 1 oct. 1918 in Good-Hope, aetatis 84, vitae religiosae 62. Cf. Duchaussois, Apôtres inconnus, 1924, pp. 227-236.

Valde interest, ut novitii clerici cito et practice formentur ad altam conceptionem, fide nutritam, sacerdotii quo postea ipsi insignientur. Jamvero nil efficacius quam testificatio reverentiae erga sacerdotes in vita quotidiana, non obstante infirmitate humana quae variis modis exterius apparere potest.

Quo fit, ut etiam in futuro, quando jam ipsi sacerdotes facti sunt, honorent semper sacrum Christi sacerdotium in seipsis et in aliis. Cf. art. 60. Et hoc valde interest ad praecavenda mala, ad promovendum ad bonum!

Reverentia debita sacerdotio nullo modo impedire debet, ut pro parte sua novitii sacerdotes serio probentur et formentur ad vitam nostram. V. Fundator noster frequenter in hoc insistebat. Ita v.g. in epist. diei 17-4-1845 ad P. Vincent (N.D. de l'Osier): "Pour les prêtres qui entrent chez nous, il faut leur faire un noviciat plus sévère encore qu'aux jeunes étudiants, parce qu'il est plus difficile de les façonner. Et pourtant il est indispensable qu'au sortir de leur noviciat ils soient tout à fait ce que nous devons être. S'il en était autrement, je préférerais avoir point de prêtres au noviciat. Il est d'autant plus important d'insister sur ce point que notre noviciat ne durant qu'un an, nous avons peu de temps pour opérer cette transformation. Les Jésuites l'obtiennent, les Lazaristes aussi: mais ils ont deux ans pour cela..." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 59.) Alii textus de eadem materia, ibidem pp. 13; 59-61.

Attamen, data particulari conditione novitiorum sacerdotum, isti facilius eximi possunt a quibusdam instructionibus quae caeteris dantur novitiis; similiter a certis usibus vel exercitationibus propriis novitiorum. Mgr de Mazenod die 22-6-1852: "En général, tout en tenant strictement à la règle du Noviciat, il faut avoir beaucoup d'égards pour les prêtres." Itemque die 10-3-1853: "Les prêtres novices peuvent bien être un peu ménagés, mais ils doivent se soumettre comme les autres novices à toutes les règles du Noviciat, même aux petits travaux." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 60-61.)

b) Manifestationes particulares hujus reverentiae erga sacerdotes.  
Art. 710-711.

1\* Abstinendum a familiaritate incongrua. Art. 710.

Textus originarius gallicus in ms.I (1818): "Ils s'abstiendront de toute espèce de familiarité avec eux, soit par leur propos, soit par leur manière."

Vertitur latine abhinc ms.V (1825): "XIII. Ab omni erga ipsos nimia familiaritate, sive verbis, sive moribus, sibi omnino temerabunt." In ed. 5a (1928): "omnino abstinebunt", quamvis locutio primitiva sit latinitatis omnino classicae: sibi temperare = se contenir, se retenir.

Valet respectu tum sacerdotum co-novitiorum (art. 729), tum aliorum sacerdotum. Novitii non habeant sacerdotes quasi commilitones suos (camarades, camaraderie).

2\* Benevolentiae officia praestanda. Art. 711.

Textus primitivus gallicus in ms.I (1818): "Ils saisiront avec joie les occasions de leur être utiles, de les soulager dans leurs travaux, d'adoucir leurs peines et de les prévenir en tout ce qui dépendra d'eux."

Versio latina in ms.V (1825) et in ed. 1a (1827): "XIV. Eorum utilitati, laborantium sublevationi, moerentium solatio, omnibus denique benevolentiae officiis ipsis impendendis, proposito sibi gaudio occurrent." Abhinc ed. 2a (1853) legitur forma simplicior, clarior et magis concreta, prout habetur adhuc hodie in ed. 1928.

Primitus, quando omnes simul convivebant in una vel duabus domibus, deficiente novitiatu separato, haec omnia erant frequentioris applicationis.

3) Inclinatio vitiosa independentiae et amoris proprii impugnanda. Art.712-713.

Nullatenus agitur hic de exercitationibus artificialibus (dressage) quibus intellectus et voluntas libera omni motu proprio spoliatur, ut quasi automaticè alterius nutum sequantur. V.Fundator attendit hic unice ad manifestationes inclinationum vitiosarum ad superbiam, arrogantiam, independentiam et generatim amoris proprii deordinati. Coercitio (redressement) naturae vitiosae omnino necessaria est durante novitiatu, quatenus aspirantes, expediti ab illis inclinationibus, formentur ad veram libertatem atque dignitatem personae eminentis, qualis esse debet baptizatus, religiosus, sacerdos. Talis coercitio insuper requiritur, ut novitii formentur serio ad finem nostrum proprium, ut scil. fiant apti cooperandi utiliter et permanenter apostolatui Christi cum suis confratribus, sub directione Superiorum.

Haec omnia sunt in linea nostri baptismi, cujus effectus et obligationes professio religiosa valde longe prosequitur. Recole doctrinam et commendationes S.Pauli de "expoliatione veteris hominis cum actibus suis" et de necessitate "induendi novum hominem": Col. III, 9; Ephes. IV, 22, 24; etc.

a) Actus Superiorum non reprehendendi (critiquer). Art. 712.

Jam legitur in ms.I (1818): "Ils ne se permettront jamais de censurer les observations ou les avis de leur supérieur."

Priores versiones latinae in ms.V (1825) et la ed. (1827) referunt dispositionem forma ampliore et severiore: "XV. Ab omni non solum scrutatione, sed etiam levissima interpretatione abstinere, de superiorum suorum mandatis, vel consiliis."

In ed.2a (1853) textus convenienter temperatur, ut praecaveatur interpretatio exaggerata: "XV. Ab omni non solum reprehensione, sed etiam vana scrutatione, et liberiori interpretatione abstinere de Superiorum suorum actibus, monitis aut jussis."

Et ita adhuc in ed. 1928.

Novitii certo non prohibentur, ut convenienter perscrutentur vel interpretentur ordinationes Superiorum. E contra, de eis recogitent cum humilitate et dispositione benevola, ut eas meliore quo possunt modo intelligant ac perfectius adimpleant. Maxime autem vitent omnem reprehensionem (critique) caveantque, ne examinent actus Superiorum corde alto vel arroganter. Etsi omnes ab hoc abstinere debeant, magis premit novitios, qui, utpote tirones (apprentis), omnia addiscere habent circa viam perfectionis nostrae.

Valde interest, ut novitii radicitus evellant illas dispositiones vitiosas superbiae et arrogantiae: quodsi illa retineant, nunquam pervenient ad veram et perfectam obedientiam, tam necessariam viro religioso et apostolico, ac novitiatus frustra teritur. Cf. art. 222.

b) In casu repulsarum et objurgationum recte se gerere. Art. 713.

En textus originarius gallicus ms.I (1818): "Ce ne sera point assez pour eux d'étouffer des plaintes et des murmures, lorsqu'on leur refusera quelque permission ou qu'on leur fera quelque réprimande; mais ils s'habitueront à recevoir de bon coeur les refus et les corrections, et à remercier ceux qui les leur auront faites, persuadés qu'on leur rend un service essentiel en les aidant à pratiquer le renoncement à eux-mêmes, en les corrigeant de leur défaut, et qu'ils ont toujours un avantage précieux à retirer de tout ce qui contribue à humilier leur amour-propre."

Versio latina semper eadem abhinc anno 1825 (ms.V), uno verbo mutato in ed.2a (1853): antea legebatur "rati egregiam operam illis praestari".

Gratia Dei adjuvante, novitii incipiunt tendere ad perfectionem evangelicam, finem communem et dominantem sui status. Omnino autem necesse est, ut imprimis excavent sive fodiant fundamentum colendo humilitatem, abnegationem suiipsius. Secus in vanum superstruent! Cogita de illo S. Augustini: "Magnus esse vis? a minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis... quanto erit majus aedificium, tanto altius fodit fundamentum, Et fabrica quidem cum construitur, in superna consurgit; qui autem fodit fundamentum, ad ima deprimitur. Ergo et fabrica ante celsitudinem humiliatur, et fastigium post humiliationem erigitur." (Sermo 10 de verbis Domini: cit. in Breviario Romano, Commune Abbatum, Homilia II, lectio VII.)

De obligatione Magistri probandi sive "tentandi" novitios atque de modo hoc faciendi, vide supra commentarium ad art. 615 (p. 74). Vita currens novitiorum cum variis suis occupationibus, ad frequentem campanae sonitum, cum suis eventibus inexpectatis, generatim secum fert occasiones sufficientes se humiliandi, deprimendi amorem proprium, seipsum abnegandi. Nullatenus necessarium est, ut quis artificiose quaerat hujusmodi occasiones imperando res plane inutiles ridiculas...

4) Caritas fraterna delicate, practice et viriliter colenda. Art. 714-717.

Unio fraterna est, simul cum obedientia, virtus unitiva, qua coalescit Societas, perdurat et utiliter operatur in Ecclesia Christi. Unde valde necessarium, ut novitii se forment serio et practice in hoc sensu. Id quod modo generali commendatur omnibus Oblatis in art. 291, hic proponitur novitiis magis concrete et quasi per partes, ut facilius exerceri valeant.

Omnia ista indigent ante omnia meditatione personali, ut vitaliter assimilentur ac fiant paulatim dispositio quasi naturalis et permanens.

a) Primum necessarium ad omnem convictum humanum. Art. 714.

Id quod primo requiritur, ut homines possint convivere, est ut se invicem sufferant (se supporter) et sese mutuo adjuvent. Fundatur in ipsa natura sociali hominis.

Textus.

Textus originarius gallicus in ms.I (1818): "Ils se supporteront les uns les autres avec beaucoup de douceur et de patience, et ils se feront un plaisir et un devoir de se servir et de s'obliger réciproquement."

In versione latina, pars prior ad litteram redditur, posterior vero valde libere et minus concrete, etsi eleganter et imitando stylum S. Pauli.

In ms.V (1825) et in ed.la (1827): "XVII. In multa patientia et lenitate sese invicem sufferent, mutuam in semetipsis cum gaudio charitatem habentes."

In ed.2a (1853) redeunt proximius ad textum primaevum gallicum, explicitate exprimendo ideam mutui servitii: "XVII. In multa patientia et lenitate sese invicem sufferent, inter se officiis certantes, et cum gaudio charitatem habentes." Et ita deinceps usque ad editionem 1928.

Commentarium.

Actus externos primarios vitae communis - se invicem sufferere et mutuo se adjuvare - inspirare et vivificare debet vera caritas cum gaudio: une charité joyeuse. Cf. orationes in fine nostri Examinis particularis.

"inter se officiis certantes" (se rendre mutuellement service). Novitiis committuntur quaedam officia sive munera: sacristae, lintearii custodis, valetudinario vel bibliothecae praepositi etc. Jam tunc intelligant omnia officia sive munera in Congregatione esse servitia caritatis, ordinata in utilitatem fratrum suorum, in bonum totius communitatis.

Hoc valet in primis de officio sic dicti "admonitoris". Juvat citare sequentia e litteris Fundatoris diei 22-6-1852: "Les sottises manières de l'admoniteur qui ont mis à une très forte épreuve ce bon frère belge m'ont beaucoup déplu. Ce n'est point à lui de mettre qui que ce soit à l'épreuve. Je vous en prie, réduisez dans les plus étroites limites les attributions des frères admoniteurs, auxquels je n'ai jamais entendu accorder aucune autorité si ce n'est celle de l'exemple. Je n'entends pas qu'on donne aux admoniteurs assez d'autorité pour qu'il leur soit loisible de fatiguer leurs frères. Je ne comprends pas comment cela peut avoir lieu. En aurait-on fait une espèce de supérieurs? Mais jamais cela n'a dû être. Ils ne sont là que pour remplacer le Maître des novices dans les permissions qu'il faut demander, et pour donner l'exemple de la fidélité aux règles et aux saintes traditions du noviciat. Comment avec cela un frère admoniteur se donne-t-il les airs, s'arrogé-t-il le droit de fatiguer les autres de sa mauvaise humeur ou de ses antipathies? Réformez au plutôt cet abus." (Cit. apud Yenveux, o.c., VII, 246sq.)

b) Caritas delicata ulterius progreditur. Art. 715.

Primo habetur in ms.I (1818): "Ils éviteront avec soin tout ce qui pourrait contrister leurs frères, et ils condescendront volontiers à leur désir, pour entretenir parmi eux l'esprit d'union et de charité."

In versione latina reddunt phrasim finalem sat libere utendo formula apostolica. In ms.V (1825) et in ed.la (1827): "XVIII. Unusquisque ab omni re quae sit fratribus in moeroris causa alienus sit, et libenter caeterorum voluntati indulgens, ut pax Dei, et caritas Christi sint cum omnibus nobis."

Abhinc ed. 2a (1853) supprimunt praepositionem "in moeroris causa", atque modificant ultima verba ut sequitur: "et caritas Christi sint semper in eis". Et ita usque ad editionem 1928.

Valde interest, ut novitii incipiant assuefieri his duabus regulis, quas inspirat caritas delicata: evitare ea quae sunt fratribus moeroris causa - condescendere opinioni vel desiderio caeterorum. Haec utique sunt "charitatis Christi", quae est caritas perfecta; et si unusquisque conatur ea generose servare, possibile erit, ut conservetur "pax Dei", tum interna, tum externa seu unio fraterna (l'esprit d'union). Quodsi unusquisque quaerit quae sua sunt vel semper obstinate persistit in propriis opinionibus, absque sympathia pro aliorum sententiis, tunc jam attribuitur valor praecipuus iis



quae dividunt seu in quibus sumus differentes: et unio sive pax evadunt impossibiles. Recole exemplum S. Pauli: "Sine offensione estote Iudaeis, et Gentibus, et Ecclesiae Dei: sicut et ego per omnia omnibus placeo, non quaerens quod mihi utile est, sed quod multis: ut salvi fiant. Imitatores mei estote, sicut et ego Christi." (I Cor. X, 32sq.) Vide etiam I Cor. XIII, 5; Philip. II, 21.

Hoc certo non vult dicere, ut omnia vitemus, etiam illa quae proximum irrationabiliter contristantur; ut omnes aliorum opiniones amplectemur. Habebis statim applicationem in art. 717.

c) Animi dispositiones internae dilectionis et reverentiae. Art. 716.

Textus originarius gallicus: "Ils s'aimeront, ils se respecteront même, en se donnant habituellement des marques d'une déférence mutuelle." Ita in ms. I (1818).

In ms. IV (textus gallicus definitivus, 1825): "XIX. Ils s'aimeront et ils se respecteront en se donnant habituellement des marques d'une estime mutuelle."

Textus latinus semper idem abhinc prima versione in ms. V (1825).

Omnes illi modi se gerendi exterius, de quibus in art. 714 et 715, non sunt sinceri nec durare possunt, nisi procedant ex internis animi dispositionibus, quatenus novitii sunt bene animati unus versus alterum, mutuo se diligendo (dilectio, quae est affectio interna voluntatis, est actus proprius et primarius charitatis) et mutuo se existimantes vel reverentes.

Isti affectus interni, ut sint solidi ac stabiles, fundari nequeunt in conditionibus externis originis, fortunae, corporis, nec in qualitatibus unice naturalibus, sed praesertim in donis divinis gratiae et vocationis.

Mutua existimatio se exterius manifestare debet: "honore invicem praevenientes" (Rom. XIII, 10). Ad hoc pertinet imprimis urbanitas conveniens (la politesse) et mundities (la propreté) corporis, vestium etc. De omnibus novitiis valet id quod commendatur speciatim in formatione aspirantium coadjutorum in decreto S. C. de Religiosis "Sacrosancta Dei Ecclesia" diei 1-11-1911: "Inurbanitas in agendi modis, in responsionibus dandis, in incessu, in ipsa corporis sumenda refectio, erit paulatim evellenda. Sordidi habitus, quos sibi non amor humilitatis et ~~potestatis~~ mundi sollicite elegit, sed rudis negligentia foedavit, non olent spiritum Christi, ideoque non semper de iis, quorum corpora tegunt, annuntiant. Corporis habitusque mundities, comete semper per modestia et simplicitate, erit summopere curanda. Quas item in mundo civilis educatio moderatas regulas constituit humani consortii, eas caritas quoque fraterna adhibendas suadet etiam in Coenobiis, quum caritatis sit, quidquid proximum perturbare potest, attente defugere. Inurbanitas autem, quae ex studio sui commodi procedit cum aliorum neglectu, non potest quin molestiam aliis inferat detque occasionem patientiae.

Externe haec se habendi compositio viam sternit animo plenius educando, iis scilicet nobilibus sensibus infundendis, quibus mens trahitur ad aliorum levem quamque offensionem vitandam, desideria praevenianda, gratum animum facile demonstrandum, alios sibi praefereudos.

Haec tamen singula informet oportet, regat ac nobilitet caritas Christi, ita ut quidquid verbis, operibus, omissionibus nostris laudabile est ac proximo gratum, procedat ex corde pleno caritatis." (Cf. Acta Apost. Sedis, 1911, pp. 32sq; Enchiridion de Statibus perfectionis, n. 272, pp. 312sq, 314.)

d) Correctio fraterna in casu scandali. Art. 717.

Textus primitivus gallicus in ms.I (1818): "Si quelqu'un avait le malheur de s'oublier en commettant une faute capable de scandaliser, celui qui s'en sera aperçu n'attendra pas le jour de la conférence pour la relever, mais il en avisera aussitôt le maître des novices, qui par quelque remontrance charitable aidera le délinquant à réparer sa faute et à s'en préserver à l'avenir."

Textus latinus abhinc prima versione (Ms.V: 1825) semper idem excepto unico vocabulo: in ed.5a (1928) ponunt "illam publice arguendam remittet", loco termini primaevi "referet".

Est applicatio articuli 703 ad casum magis urgentem, scil. scandali. Supponit proinde culpam quae, attentis adjunctis, gravior apparet. Nota verba Fundatoris, qui vult hanc correctionem fraternam esse vere talem, scil. actum caritatis, et quidem tum ex parte Magistri corrigentis, tum ex parte denuntiantis. Magister generatim privatim interveniet, nisi culpa fuerit talis ut exigat publicam animadversionem. Hoc modo Magister securius malo medebitur, potius quam illud aggravet irritando animos.

5) Formatio ad observantias religiosas, et quidem imprimis ad obedientiam Regulis universalem et promptam. Art. 718-719.

Ista formatio ad "disciplinam regularem" seu ad vitam quotidianam convenientem communitati religiosae, ordinatam per varias observantias et exercitia, est necessaria imprimis ad servandum ordinem externum domus religiosae. Haec enim habet suum ordinem et aspectum externum proprium: non est quasi hospitium quoddam quo viri caelibes convivunt (pension de famille, foyer d'étudiants, hôtellerie). Est adhuc magis necessaria ad formandam propriam voluntatem, ut discamus disciplinari nosmetipsos imperando nostris passionibus, instinctis omnibusque illis motibus qui nos trahunt in varias partes atque plus semel impediunt veram libertatem. Fidelitas in adimplendis illis observantiis et exercitiis - non utique mechanica vel gregaria, sed voluntate personali volita, ut satisfiat conscientiae nobilisque intentionibus vocationis superioris, amoris Dei etc - habet valorem formatricem eminentem. Revera, per illam juvenes contrahunt habitus bonos qui sunt quasi altera natura et possessio cui fidere possunt in vita (un capital vital), et praesertim habitum quo bene disponuntur, ut sint constanter fideles officio (au devoir), et maxime officio fundamentalis diligendi Deum ejusque voluntatem plus quam voluntatem propriam propriaque commoda.

Id quod commendavit Pius XI seminaristis Seminarii gallici in Urbe valet a fortiori pro novitiis: "Le règlement, surtout quand il est approuvé par l'Eglise, comme l'est celui des Séminaires, contient une vertu formatrice par lui-même, il habitue à l'obéissance, si importante pour le prêtre, il plie la volonté, il fait pratiquer le renoncement de l'esprit, il est la synthèse de tous les devoirs, et, en s'y conformant, on est toujours sûr d'accomplir la volonté de Dieu..."

Il faut exiger de tous l'obéissance exacte au règlement: sans l'observation du règlement, il ne saurait y avoir de formation ecclésiastique sérieuse...

La raison profonde pour laquelle l'Eglise a fixé des règlements pour les Séminaires et en exige l'observation est facile à comprendre: le règlement du Séminaire doit donner les habitudes qui permettent au prêtre d'être toujours fidèle à son devoir. La vie entière se compose d'habitudes, et il importe de s'être accoutumé de bonne heure à être exact en tout, à observer une règle, à

donner à la piété et à l'étude la part qui leur revient, à savoir briser à tout instant sa volonté propre... Le règlement peut paraître quelque chose de peu important en lui-même, car il ne se compose guère que de petits points. Mais sa grande importance lui vient de la formation qu'il donne, des habitudes qu'il fait contracter. Ce serait faire preuve d'une grande légèreté, de peu de réflexion, que de ne pas estimer le règlement." (Cit. apud J.-B. Frey, *Conseils sur la formation ecclésiastique*, 2e éd., Rome, 1937, pp.31sq.)  
Vide etiam Litteras S.C. de Seminariis et Universitatibus diei 27 sept. 1960 ad Episcopos, occasione III. Centenarii S. Vincentii a Paulo, § II, nn.4-6.

In particulari de sensu et necessitate eorum qui dicuntur "exercitia spiritualia" sive "exercitia pietatis" vide in Commentario, P.II, pp.123-125, inter notas praevias ad art. 254 sqq.

Pleraque observantiae et exercitia quae hic et alibi novitiis commendantur sunt, quoad substantiam, pro tota nostra vita oblativa, etsi postea, periodo formationis absoluta, facilius permissiones ac dispensationes concedantur modo generali et implicito, atque singuli magis relinquuntur propriae conscientiae. Etsi sint quaedam exercitationes propriae novitiatui, quaeque postea in scolasticatu et ultra relinquuntur, novitii sciant hujusmodi exercitationes non esse nisi media utilia tempore primae formationis ad acquirendas illas "excellentes religionis virtutes" et ad ingrediendam "perfectionis vitam" quae valent pro omni tempore et pro omnibus Oblatis.

a) Commendatur obedientia universalis, diligens et prompta. Art. 718.

Textus originarius gallicus in ms.I (1818): "Ils seront d'une scrupuleuse exactitude pour observer soit le règlement général soit celui qui est propre aux novices; ils se rendront avec ponctualité aux divers exercices, partant au premier son de la cloche comme à la voix de Dieu qui les appelle."

Abhinc ms.III textus gallicus leviter mutatur in sensu subsequentis traductionis Latinae.

Prima versio latina in ms.V (1825) et in ed.1a (1827) differt a textu hodierno solum in fine: "XXI. Non modo regulas..., sed etiam varia exercitia sedulo adhibent ad primam aeris sonantis pulsationem, veluti ad divinam vocem". Recipit suam formam definitivam in ed.2a (1853).

Promptitudo est modus obedientiae exquisitae (cf. art. 230), estque necessaria praesertim sacerdoti, sicut generatim viro rebus publicis addicto. Clericus incipit ascensionem ad sacerdotium per receptionem ostiariatus, cujus virtus propria est praecise promptitudo (la ponctualité).

Valde interest, ut quisque paulatim superior sit rebus, occupationibus et sibimetipsi. Ad hoc perveniet addiscendo finem imponere operi ut prompte accedat ad aliud, interrumpere deliberate motum cogitationum ut intentionem dirigat versus aliud objectum.

b) Etiam morae (retards) sub regimine obedientiae. Art. 719.

Dispositio habetur, et quidem ad litteram, jam in ms.I (1818). Versio latina in ms.V (1825) et in ed.1a (1827): "XXII. Quando advenerint inchoatis jam exercitiis, morationis suae causam illi qui praeest in aurem submissa voce, notificant, et pariter novitiorum magistro, sed completo jam exercitio."

In ed.2a (1853) duae vel tres modificationes verbales: "morae suae causam ei qui praeest, in aurem submissa voce dicent..."

In ed.5a (1928) supprimunt illud "in aurem" tamquam inutilem.

In nostra vita frequenter accidit, ut unus vel alter ab exercitiis totius communitatis communibus absit vel ex toto vel ex parte, et hoc omnino legitime, scilicet propter necessitates apostolatus aliorumque officiorum nobis commissorum. Hoc unum requiritur, ut haec omnia fiant non ad arbitrium cujusque et totali independentia, sed semper sub regimine obedientiae, quatenus vel jam antea permissiones aut dispensationes petantur a Superiore, vel saltem postea eidem indicatur causa absentiae aut morae.

Praescriptum articuli 719 intendit praecise formare novitios ad hanc exigentiam obedientiae, quae valde importat tum ad perfectionem religiosam tum ad activitatem apostolicam et sacerdotalem bene ordinatam.

6) Formatio ad observantias religiosas: ad silentium. Art. 720-721.

De lege generali silentii in nostra Congregatione vide art. 249-253, et commentarium in h.l. Merito illa lex generalis speciatim applicatur novitiis, ut isti cito et serio formentur in hac re, et imprimis intelligant sensum et necessitatem silentii religiosi.

a) Inculcatur principium regiminis silentii. Art. 720.

Textus originarius gallicus ms.I (1818): "Le silence sera toujours observé dans le noviciat, excepté aux heures de la récréation."

Textus latinus semper idem abhinc prima versione in ms.V (1825).

Quamvis recreationes frequentiores sint in novitiatu, sicut generatim in domibus formationis, et merito, tamen novitii assuescant paulatim iideae sibi jam vivendum esse sub regimine silentii religiosi.

b) Praecisiones particulares. Art. 721.

Jam leguntur in ms.I (1818), quamvis ordine leviter inverso: "Les novices ne l'interrompent jamais dans les dortoirs, escaliers, corridors, nulle part en un mot dans la maison, hors quand ils seront appelés dans les chambres du supérieur ou du maître des novices. Lorsqu'ils seront dans une véritable nécessité de parler dans les lieux précités, ce sera toujours à voix basse et le plus brièvement possible. Ils observeront un plus rigoureux silence encore dans la sacristie, lorsque le service de l'église exigera qu'ils s'y trouvent..."

Abhinc ms.II (1821-1825) adoptatur fere ordo definitivus: "Les novices ne l'interrompent jamais non plus dans les dortoirs, escaliers, corridors; moins encore dans la sacristie, lorsque le service...; nulle part, en un mot, dans la maison, si ce n'est pour parler au supérieur ou au maître des novices. Lorsqu'ils seront dans la nécessité de parler dans les lieux précités, ce sera toujours..."

Versio latina in ms.V (1825) et in ed.1a (1827) fere ac hodie, paucis discrepantibus: "XXIV. Diligentissime etiam...; uno verbo ubicumque per domum silentio indulgebunt - (abhinc ed.2a, 1853: studebunt) -, nisi...; si quando necessitas illos cogeret - (abhinc ed.2a, 1853: cogat) - in locis supradictis aliquem affari..."

Est silentium in sic dictis "locis regularibus" (lieux réguliers), qui sunt quasi reservati silentio, in quibus silentium quam exacte (diligentissime) servandum est. Cf. commentarium ad art. 252. Necessitate data, si scilicet desunt alii loco apti, quaedam atria (corridors, vestibules) a Superiore adici possunt recreationi, praesertim tempore pluviae vel hiemis.

7) Formatio ad observantias religiosas: relationes personales cum proximo.  
Art. 722-729.

Non agitur hic de relationibus epistolaribus cum proximo. Dispositiones communes de hac re (art. 320-323) valent quoque pro novitiis. Est hic unice quaestio de relationibus personalibus: visitationes, colloquutiones, ludi aliaque commercia cum intraneis vel extraneis.

Quaedam restrictio relationum personalium cum proximo seu "clausura" sive separatio, saltem moralis, est de lege universali pro statu religioso. Favet vitae interiori, et non minus activitati apostolicae et sacerdotali profundae et fecundae. Imprimit domui religiosae suum characterem particularem ordinis, silentii, recollectionis et pacis. Cf. art. 297-298; 324 sqq. Unde necesse est, ut novitii formentur ad hanc disciplinam relationum personalium cum aliis.

a) Frequentationes mutuae in propriis cellis. Art. 722-723.

Principium tenendum. Art. 722.

Jam habetur in ms.I (1818): "Ils n'introduiront personne dans leur cellule et ils n'entreront jamais dans celles de leurs confrères."

Versio latina in ms.V (1825) et in ed.la (1827): "XXV. Neminem in cellam suam introducent, nunquam ipsi fratrum cellam ingressuri."

Abhinc ed.2a (1853) fit "nunquam ipsi aliorum cellam ingressuri."

Est applicatio principii communis articuli 324. Vide commentarium in h.l.

Modus practice se gerendi. Art. 723.

In ms. I (1818): "Si quelqu'un est dans la nécessité de leur parler, ce ne sera jamais que sur le seuil de leur porte et après en avoir obtenu la permission du maître des novices."

Quod vertitur latine in ms.V (1825): "XXVI. Si quem necessitas coegerit ipsos alloqui, sistat in limine, data prius a magistro novitiorum licentia." Abhinc ed.2a (1853) habetur "obtenta prius a Magistro..."

Ut apparet, praescriptum commune articuli 324 strictius applicatur tempore novitiatus formationis causa. Vide commentarium in art. 324. Sed etiam pro novitiis, si agitur de re parvi momenti (necessitas petendi aliquid a vicino), licentia Magistri rationabiliter praesumi potest, servato semper illud "submissa et quam brevissima voce utentes" (art. 721). Quoad caetera expectent generatim tempus recreationis.

Dispositio supponit novitios habere cellas particulares. Quodsi in aulis communibus vivunt (dormitoria, aulae studiis addictae), longiores conversationes vel communicationes adhuc minus conveniunt et ad tempus recreationis remittendae sunt; ad breve autem verbum necessarium licentia rationabiliter praesumi potest vel, in aula studiis addicta, ab "admonitore" quasi a delegato Magistri petatur.

b) Recreationes peragenda in communi. Art. 724-725.

Non quidem cum extraneis. Art. 724.

Textus originarius gallicus ms.I (1818): "Pendant leurs récréations, outre ce qui est prescrit par le règlement général, ils observeront encore de n'y attirer aucun laïque; et si quelqu'un s'introduit parmi eux, ils ne s'amuseront avec lui qu'autant qu'ils en auraient reçu la permission expresse du supérieur."

Versio latina prout exstat in ed.la (1827): "XXVII. Inter recreationis tempus (praeter ea quae a communibus regulis praecipuntur), cavebunt ab omni laicorum societate, et si quis eorum consuetudini sese admisceret, cum isto non versarentur familiariter, nisi expresse annuerit superior."

In ed.2a (1853) correctiones verbales: "XXVII. Dum recreationi vacatur ... cavebunt ab omni laicorum consortio..."

In ed.5a (1928) una modificatio in fine: "nisi expresse annuerit Magister." In translatione gallica anni 1930 ex distractione retinuerunt illud "Superior" editionum praecedentium.

Praescriptum valet de omni familiari consortio cum extraneis, etiam cum adolescentibus et infantibus. Prohibitione hujus articuli minime excluditur urbanitas erga extraneos.

Sed cum propria communitate. Art. 725.

Primitus duo articuli de hac re. Legebatur in ms.I (1818): "Ils ne s'absenteront du lieu destiné à la récréation que pour quelque motif légitime et après que le maître des novices et le supérieur le leur auront permis. - Cette permission leur sera nécessaire, comme à tous les autres membres de l'Institut, chaque fois qu'ils manqueront à quelques exercices pour vaquer à d'autres occupations."

Versio latina originaria in ms.V (1825) et in ed.la (1827): "XXVIII. De loco recreationi addicto nisi ob causam legitimam, et data a magistro suo, et etiam a superiore licentia, non ipsis discedendum. - XXIX. Haec licentia ipsis, sicut et aliis Societatis nostrae membris, erit necessaria quotiescumque, alias impediti, ab aliquo exercitio abesse voluerint."

In ed.2a (1853) apte completur vel corrigitur: "XXVIII. De loco recreationi... et etiam a superiore, si praesens sit, licentia, non ipsis discedendum. - XXIX. Haec licentia ipsis, sicut et aliis Societatis alumnis, erit necessaria quotiescumque alias impediti, alicui exercitio interesse nequibunt."

In ed.5a (1928) ambo articuli in unum colliguntur, omittitur allusio ad alios Societatis alumnos (revera, agitur in hoc paragrapho unice de novitiis), pariter omittitur mentio licentiae Superioris, et inducuntur duae aliae modificationes: "725. De loco recreationi... non ipsis discedendum; quam licentiam pariter postulabunt quotiescumque, alias impediti, alicui exercitio novitiis proprio interesse nequibunt."

Oportet proinde omnes praesentes esse recreationi communi, et quidem corpore et animo, quatenus omnes habeant partem activam in recreatione communi. Pertinet ad nostram vitam communem sicut alia exercitia. In communi laboramus, oramus et recreamur. Recreatio, in qua omnes interveniunt bono animo, multum favet vitae communi et formationi personali uniuscuiusque, nec est sine merito! D. Innocens Le Masson, Prior Majoris Carthusiae: facilius dispensarem ab assistentia Officio Divino quam a communi recreatione et deambulatione.

Praescriptum extenditur ad omnia exercitia communia. Novitii assuescant, ne seipsos proprio arbitrio dispensent, sed licentiam petant. Si agitur de exercitiis communibus toti communitati, observandum praescriptum articuli 610, quod pertinet ad Magistrum.

c) Mundi fuga. Art. 726-728.

Status religiosus importat quandam separationem a mundo secundum varios gradus, attentis finibus propriis singulorum Institutorum. Est aliqua separatio a mundo quae convenit religiosis missionariis, et talis est nostra. Novitii eam recte intelligant, diligant ac paulatim ei assuefiant, ut in vita futura rite observent articulos 297-298. Vide commentarium in h.l.

1\* Ad quid se disponere debent religionem ingressuri. Art. 726.

Ms.I (1818): "Ils ne feront un devoir de fuir le monde, d'éviter les conversations des laïques et d'avoir un grand éloignement pour les nouveautés, les plaisirs et les maximes du siècle; ils réprimeront la curiosité qui les porterait à s'informer de ce qui se passe dans le monde; ils ne se trouveront jamais dans les assemblées tumultueuses; ils s'interdiront toutes sortes de spectacles ou jeux publics, et ils prendront garde de ne pas s'arrêter dans les rues pour regarder les événements imprévus qui y fixent ordinairement l'attention des futiles mondains."

Prima versio latina in ms.V (1825) et in ed.la (1827): "XXX. Primam sibi legem statuent mundum fugere..." (sicut adhuc hodie). In ed.5a (1928) suppresserunt illud "Primam", quod ex oblivione reliquerunt in traductione gallica anni 1930: "Ils adopteront comme règle primordiale de fuir le monde..."

Relinquimus saeculum, ut nos totaliter servitio divino devoveamur: "Dominus pars hereditatis meae." Unde non debemus continuare implere mentem nostram rebus saecularibus quae aliis incumbunt vel permittuntur. "Nemo mittens manum suam ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei." (Luc. IX, 59-62; XII, 13sq.; Matth. XIX, 21; 27-30; I Cor. VII, 25-36.)

Novitii Oblati debebunt esse in futuro, secundum eorum vocationem particularem, praesentes mundo atque laborare in mundo, ut salvent mundum ("lux mundi - sal terrae"), quatenus inter fratres suos, qui in mundo vivunt ac incumbunt laboribus saecularibus, sint testes rerum superiorum, spiritualium, divinarum, promoveant "sensum Dei" ac illis proponant "mysterium salutis" atque suscitent in mundo inquietudinem vitae spiritualis et aeternae. Propterea se ipsos magis ac magis exuere debent "mentalitate mundana". Ad hoc pervenient paulatim abnegando seipsos, quatenus non quaerant inordinate omnes illas curiositates, futilitates, occupationes mundanas, ut in istis delectentur ac sibi satisfaciant.

Nequit pro nobis esse quaestio, ut adoptemus mores saeculares, ut vivamus sicut quicumque alius. Oportet ut simus valde proximi mundo, scil. per caritatem, per verum zelum apostolicum desinteressatum, sed et simul valde remoti a mundo, scil. per puritatem intentionis et vitae, per resecationem superfluitatum saecularium; quaerentes mundum, ut eum salvemus; fugientes mundum, ut non pereamus cum ipso. Cf. commentarium in art. 297-298; 348.

Ut notat P.Leyendecker, Commentarium in h.l.: "Quae utique iuvenibus nondum plene maturis e saeculo venientibus, saepe sat magnam abnegationem imponunt, ut iuvenes ipsi experti sumus." Propterea iuvandi sunt omni modo, ut paulatim sese elevent ad hanc altam conceptionem vocationis nostrae ejusque exigentias amplectantur corde magno.

N.B. Quoad relationes epistolares, ut jam dictum, novitiis applicanda sunt praescripta articulorum 320-323, cum hac differentia quod competentia Superioris localis in hac materia jam attribuitur Magistro novitiorum secundum art. 608.

Epitome Instituti Societatis Jesu, ed.4a (1949) haec habent: "146. Multum confert ut Novitii omnem communicationem per verba et scripta abiciant cum iis qui in proposito sibi instituto tepescendi causa esse possent; et cum iis dumtaxat personis iisque de rebus agant, quae iuvent ad consequendum id, quod in ingressu Societatis sibi ut scopum praefigebant." Similiter in "Constitutiones S.J.", P.III, cap.I, n.2; Examen generale, cap. IV, n.6.

2\* Vigilantia Superiorum in hac materia acceptanda. Art. 727-728.

Jam habetur in ms.I (1818): "Quand par quelque nécessité ils seront obligés de sortir de la maison, ils ne se contenteront pas d'en demander la permission au supérieur; mais ils obtiendront aussi celle du maître des novices. - Ils s'adresseront à lui pour être autorisés à aller au parloir, quand on les y appellera, et ils ne manqueront pas de se présenter encore au maître des novices, dès qu'ils auront fini leur conversation au parloir ou qu'ils rentreront dans la maison."

Textus originarius latinus (ed.1a, 1827): "XXXI. Si quando illos necessitas coegerit domo egredi, non solum a superiore petent licentiam sed et adhuc a magistro suo." Abhinc ed.2a (1853) constructio simplificatur, prout hodie habetur in ed.5a (1928), art. 727. "XXXII. Istum etiam adibunt ut sibi liceat in confabulatorio exteros invisere, et post absolutum colloquium, vel ab urbe regressum, iterum magistro suo videndos sese offerent." In ed.2a mittunt "videndos"; in ed.5a "confabulatorio" substituunt "collocutorio" atque in fine dicunt simpliciter "se sistent".

Pro deambulationibus et egressibus ordinariis, Superior delegare potest Magistro suam auctoritatem in hac materia, ita ut sufficiat licentia Magistri. Pro egressu autem longiore et extraordinario omnino convenit, ut Superior informetur, ne ignoret locum et tempus absentiae membrorum suae communitatis.

Sunt praescripta salutaria quae valent pro tota vita. Non est sine periculo, si religiosus velit se subtrahere vigilantiae legitimae Superiorum deliberate vel ex levitate.

d) Vitandae inter novitios omnes relationes privatae nocivae communi caritati.  
Art. 729.

In ms.I (1818) jam habetur: "Lorsqu'ils seront à la promenade, ils ne s'écarteront jamais du corps de la communauté; ils s'y amuseront tous ensemble ainsi qu'à la récréation, évitant avec soin de paraître former parmi eux de petites coteries et de se donner la moindre marque de prédilection, ce qui serait contraire à l'esprit de charité qui doit les unir tous ensemble en Jésus-Christ."

In ms."Honorat" (1819 vel 1820) additur in fine: "Moins encore se permettront-ils de s'embrasser ni même de se toucher fut-ce même par jeu; toutes ces manières trop libres étant peu conformes à la décence et à la modestie ecclésiastique."

Textus latinus, prout exstat in ed.1a (1827): "XXXIII. Cum deambulatum ibunt, nunquam sese ab universa communitate segregabunt, recreationi communi una sese objectabunt, omnia inter se sodalitia et privatae benevolentiae signa vitantes, tanquam communi caritati, quae debet illos omnes in Christo



coadunare, adversantia, multo magis ab amplexibus vel etiam ab attrectationibus, licet per jocos admissis, prorsus abstinentes, quia haec omnia clericorum condeceniae et modestiae non congruunt."

In ed.2a (1853) omittunt illud ab "universa" communitate; verbis "recreationi communi una sese oblectabunt" substituunt ista "relaxationi communi una sese dabunt"; supprimunt "sodalitia" (coteries, petits comités, cabales) et dicunt simpliciter: "omnia inter se privatae benevolentiae signa vitantes".

In ed.5a (1928) formulae praecedenti "nunquam sese a communitate segregabunt" sufficiunt hanc novam "nunquam se ab invicem segregabunt". Et in fine loco formulae primaevae "clericorum condeceniae" jam legitur "religiosorum condeceniae".

Relaxationes certo sunt necessariae, praesertim junioribus, et habentur in omnibus Institutis etiam strictissimae observantiae, ut apud Carthusianos, sub una vel alia forma. Etiam deambulationes longiores novitiis aliquando concedi possunt, ita ut ruri refectioes sumant et etiam quaedam exercitia pietatis peragant.

Etsi deambulationes sint longiores, omnis excessus vitandus! Non tolerantur illi cursus insani (courses folles). De his scripsit Mgr de Mazenod Patri Richard, Magistro novitiorum 21-10-1852: "Qu'il ne vous arrive plus de faire des excès de courses, que d'ailleurs je n'ai jamais approuvées. Une fatigue excessive fait plus de mal que de bien aux jeunes gens." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 39.)

Sed super omnia relaxationes faveant communi caritati. Unde omnino vitandae variae formae "particularismi" quo duo vel plures privatim oblectantur in detrimentum communis caritatis. Est semper forma aliqua "egoismi".

De sic dictis "amicitiis particularibus" V.Fundator pluries scripsit Magistris novitiorum, ita mense junii 1858 Patri Boisramé, Magistro in Sicklinghall: "Que le fr. M. veille sur son coeur. Il ne faut pas lui passer cette tendance aux affections particulières; qu'il s'endétourne. L'inclination portât-elle sur un frère vertueux, il faut la combattre." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 46.)

## V) Status juridicus novitiorum. Art. 730-731.

### A) Limitatio jurium circa bona temporalia. Art. 730.

#### Textus.

In manuscriptis et in duabus prioribus editionibus paragraphus finem habuit cum articulo XXXIII supra citato (hodiernus art. 729), et nihil de praesenti materia.

S.Sedes, per decretum S.C. Episcoporum et Regularium diei 5 jan. 1866 nobis imposuit eandem obligationem quae abhinc anno 1862 viguit pro Ordinibus: candidati debebant cedere ad arbitrium suum administrationem et usumfructum bonorum suorum ante emissionem votorum simplicium, quae praecedunt vota sollemnia. Cf. RR.P. Fabre, Circul. 17 (29 junii 1866), p.8, VIII (Circul. adm. I, p. 160). Capitulum gen. 1867 componit articulum inserendum in Constitutionibus, referens dispositionem decreti 1866 iisdem fere verbis. Cf. Cosentino, Histoire de nos Règles, IV, pp.82sq.

Praefatus articulus primo legitur in ed.3a (1894): "XXXiv. Firmum semper sit postulantes, ante professionem perpetuam, teneri cedere usumfructum ac administrationem bonorum suorum: ita tamen ut cessio hujusmodi fieri possit

ad eorum libitum, semper favore vel parentum, vel extraneorum, aut etiam favore societatis." Vocabulum "perpetuam" indebite irrepsit in textum, cum secundum decretum romanum cessio ususfructus et administrationis facienda erat simpliciter ante "professionem". Tunc temporis novitii in ordinibus sacris constituti emisissent vota perpetua immediate post novitiatum, ceteri novitii scholastici professionem temporariam pro uno anno, quo elapso professionem perpetuam. Possibile est multos habuisse scholasticos nondum perpetuo professos tamquam novitios, prout res se habebat in initio Congregationis per plura decennia. Effectus canonici professionis temporariae in Congregationibus tunc temporis minus clare apparebant.

In ed.4a (1910) dispositio de cessione ususfructus et administrationis remittitur ad paragraphum de paupertate tamquam articulus 196; exactius et plenius formulatur, prout habetur in art. 183 editionis 1928.

In ed.5a (1928), sequentes ordinem Codicis Juris can. (cc.568sq), dispositio iterum reponitur hic, et quidem modo generali, cum referentia ad dispositiones particulares paragraphi de paupertate. Insuper praemittunt dispositionem de prohibita abdicatione vel obligatione bonorum priorum, secundum can. 568.

#### Commentarium.

Dispositiones hujus articuli obligant novitios non ex voto paupertatis, sed e lege ecclesiastica (can. 568 et 569.).

1\* Pro praesenti, novitii tenentur servare proprietatem bonorum suorum seu patrimonii sui, imo declarantur incapaces ei renunciare vel illud obligare, ita ut in novitiatu decursu non valeant, nec licite nec valide, bonis suis quocumque modo renunciare eademve obligare. Ita ex can. 568. Ecclesia nostris temporibus intendit conciliare ex una parte observationem consilii evangelici de paupertate voluntaria et ex altera parte existentiam patrimonii personalis, et hoc pro ipsis professis votorum simplicium (art. 178), a fortiori pro novitiis, qui nondum firmiter in statu religioso stabiliuntur. Cf. Commentarium, P.II, pp.16 et 18.

Prohibitio facta hic novitiis non attingit eorum facultatem testandi, cum per testamentum non renuntiant bonis suis actu, sed solum pro tempore post mortem suam. Imo novitii tenentur condere testamentum ante primam votorum emissionem (art. 179).

Nec novitii prohibentur cedere usum et ususfructum bonorum suorum cum hujusmodi dispositio non attingat ipsa bona quorum proprietates servatur intacta. Item cedere possunt administrationem pro tempore novitiatu,

Nec prohibentur alienare bono suo titulo oneroso (vendendo, commutando), cum hoc non sit "renunciare" bonis suis nec ea "obligare" absque aequivalente compensatione et securitate. Est potius res bonae administrationis. Sed cave venditiones dissimulatas, pretio notabiliter inferiore valori reali rerum!

Quid de renuntiatione hereditatis futurae in favorem v.g. fratrum vel sororum? Etsi non sit contra litteram legis Ecclesiae (can.568), videtur saltem contra mentem legislatoris. Attende insuper ad leges civiles, quae generatim prohibent pactiones de futura hereditate quae nondum patet heredibus per mortem testatoris vel personae coniunctae. Cf. Commentarium, P.II, p.18 (art. 178).

2\* Ante professionem novitii debent conficere actus quibus disponunt de bonis suis in futuro, i.e. pro tempore quo votis adstringuntur, secundum dicta in paragrapho de voto paupertatis, art. 179sq; 183sq; 186. Cf. can. 569. Unde tenentur:

- conficere testamentum ad normam art. 179. Vide commentarium in h.l.;
- cedere usum, usumfructum et administrationem bonorum suorum ad normam art. 183, 184, 186. Vide commentarium in h.l.

N.B. 1. Nec ex iure communi nec ex nostro iure particulari novitii tenentur cedere administrationem et usumfructum bonorum suorum tempore ipsius novitiatus, ita ut fructus proprio eorum capitali accrescere possint. Exercitium autem iuris administrandi bona fructusque percipiendi accomodari debet conditioni novitiorum secundum disciplinam novitiatus.

In Societate Jesu, ex iure particulari, novitii debent unde a primo ingressu ad tempus novitiatus cedere administrationem bonorum suorum et de eorum usu et usufructu disponere. Cf. Epitome Institutii Societatis Jesu, ed. 4a (1949), n.136.

N.B. 2. "Quae adspirans attulerit et usu consumpta non fuerint, si e religione, non emissa professione, egrediantur, ei restituantur!" (Can. 570, § 2.) Unde pecuniae a novitio allatae sedulo notandae sunt eique restituendae, si ante professionem egreditur. Similiter ei restituendi libri aliaque quae usu non sunt consumpti.

#### B) Ius egrediendi e Societate et ius dimittendi. Art. 731.

##### Textus.

Articulus primo insertus est in ed. 5a (1928) ad tenorem can. 571, § 1. De dimissione novitiorum fuit olim quaestio unice in ultimo capite Constitutionum ("de causis electionis a Societate, quinam possint eicere et quomodo"), in articulo qui correspondet hodierno art. 786. Et ita jam in ms. I (1818).

Traductio gallica anni 1930 sat libera est et non videtur plene reddere sensum articuli 731 et canonis respectivi.

##### Commentarium.

Inter Congregationem et novitium nullum vinculum iuridicum obligans e iustitia vel religione ad continuandam unionem in eadem societate. Novitiatus est essentialiter tempus probationis, quo ambae partes mutuo sese probant, servata omnimoda libertate sese separandi. Liceat citare sequentia e "Regulae Societatis Jesu - Regulae Magistri Noviciorum", ed. 1947, n.84: "Nemo ad prima vota admittatur, nisi ipse et Societas contenti fuerint..."

Attamen ut separatio fiat rationabiliter sive prudenter, servatis exigentis caritatis vel aequitatis, requiruntur evidenter rationes seriae et fundatae, proportionatae gravitati decisionis.

Unde novitius potest novitiatum et Congregationem libere relinquere, libertate utique iuridica et in foro externo. In foro autem interno et coram Deo, cavendum ne agat imprudenter vel inconstanter, nec pravo affectu ducatur. Magister informet Provincialem de egressu quamprimum.

Pariter Superiores competentes liberi sunt ad dimittendum novitium. Ad liceitatem autem dimissionis requiritur et sufficit quaevis iusta causa, ne Superiores laedant caritatem vel aequitatem erga novitium, nec infideles sint in proprio officio erga Congregationem. Iudicium de sufficientia causae pertinet ad Superiores competentes.

Superior competens est normaliter Provincialis et etiam Superior generalis (art. 786); extraordinarie et in casu urgente etiam Magister, qui valde utiliter consulat secundum possibilitates, ut agat prudenter, et Provinciale informet quamprimum.

Superiores non tenentur dimissionis causam dimisso patefacere. Attamen communiter expedit, ut hoc faciant, ut dimissus facilius acquiescat decisioni et rite informatus possit suae vitae futurae prudenter providere.

Dispositiones oeconomicae in casu egressus vel dimissionis: vide can. 570 et supra ad art. 730, N.B. 1.

N.B. 1\* Novitii gaudent omnibus privilegiis ac spiritualibus gratiis Congregationi concessis, et in particulari sic dictis privilegiis clericalibus de quibus in can. 119-123; et si morte praeviantur, ad eadem suffragia ius habent, quae pro professis praescripta sunt. Cf. can. 567, 614; Constitutiones O.M.I., art. 363.

N.B. 2\* Vota privata facta a novitiis ante novitiatum: Superior vel Magister possunt ea suspendere, quamdiu eorum impletio conciliari nequit cum observatione regularum, cum ordine novitiatum vel recta institutione novitiorum (cf. can. 1312, § 2). Post professionem religiosam omnia vota privata antea facta suspenduntur ipso iure, quamdiu vovens in Congregatione permanserit (can. 1315).

Vota religiosa privatim emissa a novitiis devotionis causa sunt mere res fori interni et erga solum Deum, nullo modo mutant conditionem iuridicam novitii in foro externo nec eum constituunt religiosum. Cf. supra N.B. post art. 706.

Professio religiosa in articulo mortis. Novitius graviter aegrotans ita ut medici iudicio in mortis articulo seu periculo existimetur, admitti potest ad oblationem, etsi annum novitiatum nondum expleverit, et quidem sequentibus conditionibus:

1\* ut novitiatum canonice iam inceperit;

2\* ut admittatur ad oblationem a Superiore maiore competente vel a Superiore quidam novitiatum actu regit vel ab eorum delegato;

3\* ut adhibeatur formula oblationis apud nos praescripta, ommissa autem determinatione temporis.

4\* Novitius sic professus particeps redditur omnium indulgentiarum, suffragiorum et gratiarum quas religiosi rite professi decedentes consequuntur, vel quae annectuntur emissioni votorum.

5\* Ista professio nullum alium effectum canonicum gignit. Unde si aegrotus convalescit, libere ad saeculum redire potest, et a Superioribus dimitti ad normam art. 731, etsi in vocatione perseverat annum novitiatum rite absolvere debet, eoque expleto ad professionem regulariter admitti eamque emittere secundum Constitutiones, art. 732sq.

Caeterum huiusmodi professio in articulo mortis habet evidenter totum suum valorem moralem et coram Deo.

Cf. S.C. de Religiosis, decr. "Spirituali consolatione" 10-9-1912 (Acta A.Sedis, 1912, 589sq); Instruct. 30-12-1922 (Acta A.S., 1923, pp.156sq; Documentation Cath. 9-6-1923, col.1439sq).

## § III

Aggregatio Congregationi per professionem

seu

de OBLATIONENotae praeviae.1) Titulus paragraphi.

Est semper idem abhinc ms.I (1818), ubi gallice habetur "De l'oblation", quod vertitur in prima versione latina (ms.V: 1825): "De Oblatione".

P. de Mazenod ita legerat in Constitutionibus et Regulis S.Alphonsi, P.III, Cap.II, n.III et IV ("Oblazione"). Tempore foundationis Congregationis SS.Redemptoris (1732, approbatio pontificia 1749), expressio "professio religiosa" adhuc reservabatur emissioni votorum sollemnum in Ordine religioso. Jamvero societas SS.Redemptoris non solum longe aberat ab hoc, ut esset ordo religiosus cum votis sollemnibus, sed et nullatenus apparere voluit ut talis propter oppositionem gubernii regalis Regni Neapolitani, quod erat vehementer oppositum omni foundationi cuiusvis novi ordinis religiosi. In praeambulo ad Constitutiones et Regulas, institutum Redemptoristarum praesentatur tamquam "Congregatio sacerdotum saecularium". Cf. De Meulemeester, C.SS.R., Histoire sommaire de la Congrégation du T.S.Rédempteur. Louvain, 1950, pp.40; 45; 50; 62-67; 69sqq; Joseph Löw, C.SS.R., Ordo faciendi professionem C.SS.R., in "Spicilegium historicum Congregationis SS.R.", V (1957), p. 38.

Eadem fere erat conditio societatis nostrae quo tempore P. de Mazenod primo composuit Constitutiones et Regulas nostras (1818).

Unde P. de Mazenod merito elegit terminum latiore ad designandam emissionem votorum apud nos, scil. vocem "Oblatio". Aliunde vocabulum "oblatio" optime exprimit aspectum particularem quem V.Fundator ejusque socii maxime intendebant anno 1818 in emissione votorum castitatis, obedientiae et perseverantiae in societate. Potius quam "professionem" status religiosi seu praxis publicae consiliorum evangelicorum, videbant in illa actum quo se totaliter consecrabant sive offerebant servitio Dei et Ecclesiae mediante societate.

Praetermissa significatione biblica verbi "oblatio", significat sive actum quo quid Deo offertur vel consecratur sive rem ipsam Deo oblatam. In liturgia romana abhinc saeculo IV designabat materias oblatas a fidelibus ad sacrificium eucharisticum, scil. panem et vinum. Ulterius extendebatur ad designandas omnes praestations fidelium, voluntarias vel debitas, ad Dei cultum, cleri sustentationem, pia opera, occasione functionum sacrarum. Cf. Can. 736; 1507.

Vocabulum "oblatus" significat personam Deo consecratam. Jam in prioribus saeculis monachismi parentes offerebant infantes ad Dei servitium in monasteriis, ad exemplar Samuelis servientis in Tabernaculo. Isti infantes vocabantur "oblato". Saeculis posterioribus, maxime abhinc saeculo XIo, etiam adulti se devovebant, Dei gratia, servitio in monasteriis absque professione monachali, cum titulo "oblato".

Imo non raro ipsae feminae, virgines aut viduae, Deo sacratae vel Deo dicatae, sive in saeculo remanentes sive in communi viventes, nomen ferebant

"oblatarum". Ita S. Francisca Romana et mulieres conviventes in domo ab ipsa fundata Romae, via "Tor de' Specchi", erant "oblatae" Congregationis benedictinae olivetanae. Cf. H. Leclercq in "Dictionnaire d'Archéologie chrétienne et de Liturgie (Paris, Letouzey), T. XII, 2e partie, art. "Oblat", col. 1857sqq.

Progrediente evolutione notionis canonicae status religiosi, praesertim abhinc medio saeculo XIX, etiam emissio votorum simplicium in Congregationibus habetur ut vera et proprie dicta professio religiosa. Luculenter constat e Novo Codice Juris Canonici (1917), Can. 572sqq. Unde terminus noster "oblatio" reapse idem sonat ac "professio" votorum religiosorum in Congregatione nostra.

## 2) Fontes legislationis nostrae primaevae de oblatione.

In Constitutionibus et Regulis S. Alphonsi, quas prae manibus habuit P. de Mazenod anno 1818, non habetur paragraphus particularis de oblatione. De ea brevissime legifertur in P. III, cap. 2 "De qualitatibus quae in admittendis subiectis requiruntur". Ibidem in uno eodemque n. III legifertur simul de novitiatu et de consequente oblatione. Post unam phrasim de probatione novitiatus, continuatur: "S'ils se sont bien comportés en cette année de probation, avec la permission du Recteur Majeur, après quinze autres jours d'exercices spirituels plus rigoureux, ils seront admis à l'oblation, en émettant les vœux simples de Chasteté, de Pauvreté et d'Obéissance, avec le vœu et serment de Persévérance au bénéfice de la Congrégation acceptante: desquels vœux et serment ils ne pourront être relevés ni dispensés que par le Souverain Pontife ou le Recteur Majeur, et ils sont toujours entendus faits avec cette condition."

Istae dispositiones inspiraverunt Patrem de Mazenod; imo phrasim praecipua numeri III de sensu et effectu iuridico oblationis transivit fere ad litteram in nostrum textum primaevum. De caetero Fundator noster valde libere processit in componenda legislatione de oblatione eamque notabiliter ampliavit.

Constitutiones S. J. forsitan inspiraverunt nostras dispositiones de ritu et annotatione oblationis. De quo infra ad art. 741 sqq.

## 3) Summarium evolutionis historicae paragraphi.

- Jam in ms. I (1818) 14 sectiones (alinéas); et in ms. II: 22 articuli. Et quidem legifertur non solum de ipsa oblatione, sed etiam breviter de ulteriore formatione usque ad finem studiorum theologorum et receptionem sacerdotii. Revera, tunc temporis deerat paragraphus specialis de scholasteriis. Ita etiam in Constitutionibus et Regulis S. Alphonsi, l. c., n. IV.

- Nostra legislatio primaeva agit de "oblatione" sine addito, quae tamen reapse erat perpetua, ut patet ex ipsa formula oblationis in textu Constitutionum apposita. Tunc temporis nondum mittebantur vota temporaria. Ita etiam in Constitutionibus et Regulis S. Alphonsi.

- Ab initio usque ad editionem 2am (1853) auctoritas admittendi ad oblationem erat apud Superiorem generalem; abhinc ed. 2a attribuitur Provinciali, addita confirmatione per Superiorem generalem positam.

- Abhinc Capitulo generali 1867, novitii scholastici nondum ad subdiaconatum promoti admittuntur ad vota annua, et elapso anno ad vota perpetua. Pro Fratribus coadjutoribus vero, jam ms. "Honorat" (1819) disposuit, ut emitterent vota imprimis ad annum, quo elapso ad quinquennium, et denique oblationem perpetuam.

Abhinc ed. 4a (1910), fiunt vota annua per periodum trium annorum, et quidem ab omnibus; qua periodo elapsa, oblato presbyteri vel scholastici

admittuntur ad vota perpetua, Fratres coadjutores vero ad oblationem triennalem et denique ad perpetuam.

- Abhinc editione 4a (1910) supprimuntur in fine omnes dispositiones circa ulteriorem formationem, cum tunc jam apponatur novus paragraphus "De Scholasteriis".

#### 4) Divisio paragraphi.

- I. Oblationum diversitas et successio. Art. 732-734.
- II. Admissio ad oblationem. Art. 735-737.
- III. Oblatio rite praeparanda et celebranda. Art. 738-744.
- IV. Ea quae oblationem consequuntur. Art. 745-746.

N.B. Sicut Codex Juris Communis, ita etiam Constitutiones nostrae praetermittunt casum particularem professionis religiosae eorum qui subiiciuntur legi civili de servitio militari. Pauca de hoc infra ad art. 771, N.B.

\* \* \*

#### I) Oblationum diversitas et successio. Art. 732-734.

Tres isti articuli deerant in initio usque ad editionem 2am (1853) incl. Diversitas oblationum, scil. annuae et perpetuae, primo apparet in dispositione Capituli generalis 1867, seposito casu particulari Fratrum coadjutorum. Pro istis distinguebant statim ab initio, i.e. a tempore ms. "Honorat" (1819), ubi primo de eis legifertur, vota annua, quinquennalia, perpetua.

Vota temporaria praeparatoria ad professionem perpetuam vix in usu erant ante medium saeculum XIX. In Ordinibus novitiatu peracto emittebant immediate vota sollemnia eaque perpetua. Casus particularis Fratrum Scholarum Christianarum: vide statim infra. Societas Jesu media via incedebat et sic praeparabat suo modo legislationem modernam: peracto novitiatus biennio emittebant vota simplicia, perpetua quidem ex parte voventis, condicionata ex parte Societatis, ita ut vovens etiam tunc censeretur pro Societate manere in statu probationis et dimitti posset defectu aptitudinis. Ita adhuc hodie. Cf. Constitutiones S.J., Pars V, cap. IV, nn. 3 et 4; Epitome Instituti, ed. 4a (1949), n. 405.

Quantae novitatis erat institutio professionis temporariae ante professionem perpetuam, patet ex animadversione Cardinalis Pallotta examinantis articulum nostrum de successivis oblationibus Fratrum coadjutorum, scil. ad annum, ad quinquennium, ad mortem usque: "Pourquoi une telle pratique, à la manière de soldats qui s'engagent et puis se réengagent?" P. de Mazenod respondebat Cardinali Pedicini allegando praxim vigentem apud Fratres Scholarum Christianarum emittendi vota ad tempus limitatum et postea, tempore elapso, vota perpetua. Et Commissio cardinalitia approbavit praefatum articulum cum caeteris Constitutionibus die 15 febr. 1826. Cf. "Missions", 1952, pp. 511, 513, 514, 515; Cosentino, Histoire de nos Règles, IV, p. 84 et notas 269 et 270.

Pius IX, encycl. "Neminem latet" diei 19-3-1857, imponebat vota simplicia saltem per tres annos ante vota sollemnia; et quidem ad validitatem professionis sollemnis, ex Constitutione "Ad universalis" diei 7-2-1862. Cf. Enchiridion de Statibus Perfectionis, Romae, T. I, n. 201; n. 211. Documentum romanum "Normae" diei 28-6-1901 exigebat vota temporaria per tres aut sex annos ante vota perpetua in Congregationibus mulierum. Denique Novus Codex Juris canonici (1917)

sancivit legem universalem de votis temporariis per triennium emittendis ante professionem perpetuam: Can. 574.

Ut jam dictum est, apud nos primitus non habetur nisi oblatio perpetua pro candidatis destinatis sacerdotio. Attamen ad hanc oblationem perpetuam ordinarie admittendi sunt solum illi qui saltem subdiaconatus sunt insigniti, nisi Superior generalis aliter iudicet. Pro caeteris novitiatus prolongatur usque ad receptionem subdiaconatus; quo tempore autem philosophiae et theologiae operam dant. Ita jam in ms.I (1818) et in ed.1a (1827): vide ibidem in paragrapho de novitiatu et in paragr. de oblatione.

In ed.2a (1853) dispositio temperatur, ita ut oblatio, eaque perpetua, sequatur ordinarie novitiatus annum expletum. Revera, legitur in paragr. de novitiatu iste art. II: "Verumtamen, tempus istius probationis prorogari poterit usque ad susceptum subdiaconatum, pro his qui isto ordine nondum sunt insigniti, si magis expedire visum fuerit." Et in paragrapho de oblatione supprimitur articulus primaevus VII: "Ordinarie ad oblationem non admittentur nisi novitii subdiaconatu insigniti. Superior generalis ea de re dicet." Cf. Cosentino, o.c., III, pp.148sq; 157.

Difficultas practica, quae apparuerat statim ab initio, admittendi scil. ad vota perpetua post unum tantum annum probationis candidatos aetatis junioris vel vocationis minus clarae, magis ac magis urget. Unde in Capitulo gen. 1856 redeunt ex parte ad dispositiones anteriores adoptando canonem sequentem (IX): "Le Chapitre général statue que désormais, à l'égard des novices qui ne sont pas encore dans les Ordres sacrés, la profession sera différée après l'année du noviciat, ou jusqu'au sous-diaconat, comme autorise la Règle, ou jusqu'à ce qu'ils aient passé une seconde année d'épreuve dans la maison d'études." Habetur proinde quasi status intermedius inter conditionem novitii et conditionem professi, vix concordans cum traditione et legislatione religiosa.

Progrediente interim iure communi versus introductionem votorum temporariorum ante professionem perpetuam (vide supra), vera solutio apparet in Cap. gen. 1867, in quo adoptant sequentem articulum: "V. Novitii in sacris Ordinibus constituti, post expletum sacrum tirocinii annum, vota perpetua emittent. Novitii vero ad sacrum Subdiaconatus ordinem non promoti, annua tantum vota proferent, et ad perpetua non admittentur nisi post elapsam primae professionis tempus." Cf. Circul. 22 (1-8-1870), pp.12sq (Circul. adm., I, 210sq); Cosentino, o.c., IV, pp.85-87.

Praefatus articulus, approbatus a S.Sede, transit in editionem 3am (1894) et complebitur in ed.4a (1910). Exinde consecratio religiosa et aggregatio Congregationi fit progressive per oblationes successivas diversi gradus.

a) Prima vota seu vota annua per periodum trium annorum. Art. 732-733.

1) Dispositio generalis. Art. 732.

#### Textus.

Praetermissa dispositione de votis annuis emittendis ab eis qui nondum erant insigniti saltem subdiaconatu, ex Capitulo gen. 1867 et editione 3a (1894) de qua statim dictum est, in articulus 770 editionis 4ae (1910): "Expleto sacri tirocinii tempore Oblatio (sic enim nuncupatur apud nos votorum emissio) fit ad annum, per periodum trium annorum."



In ed. 5a (1928) duae modificationes mere materiales: "Expleto sacri tirocinii tempore ad normam art. 699 et 700, Oblatio, sive votorum emissio, fit ad annum..."

Commentarium.

Abhinc editione 4a (1910) lex de emittenda professione annua per periodum trium annorum est omnino universalis, attingens omnes novitios, sive coadjutores sive scholasticos, sive sint constituti in sacris sive non, non exceptis ipsis sacerdotibus.

Concordat cum iure commune: Can. 574, § 1. In isto Canone disponitur quidem, ut novitius post expletum novitiatum emittat professionem ad triennium valituram; sed simul admittit, ut constitutiones particulares exigant professiones annuales tribus vicibus successive emittendis. Et hoc praecise apud nos praescribitur. Attamen ultima emissio professionis annuae fieri potest ad annum et amplius (v.g. ad 13 menses), si oblatio perpetua per aliquod tempus differenda est (v.g. ob defectum aetatis requisitae ad professionem perpetuam: Can. 574, § 1; vel ob necessitatem supplendi aliquos dies vel hebdomadas ratione servitii militaris peracti; vel ad maiorem commoditatem, ut scil. omnes oblationes perpetuae simul celebrentur eodem die festo). Cf. Commentarium pro Religiosis, XV, Fasc. II, p. 119; et indultum nostrum diei 14 oct. 1954, n. 1241/54.

Nomen proprium quo designatur apud nos emissio votorum religiosorum, scil. "Oblatio", et formalitas particularis quam suggerit illud nomen: vide supra notas praevias ad hunc paragraphum, n. 1). Ibi vides quoque formalitatem particularem quae latet sub nomine proprio "Oblatus", scil. persona Deo consecrata sive Deo dedita. "Oblatus Mariae Immaculatae" est persona Deo consecrata per Mariam Immaculatam, vel adhuc persona Deo consecrata in honorem peculiarem B.V.M.I. vel sub titulo et patrocinio peculiari B.V.M.I. Caeterum varii isti aspectus minime se excludunt, imo mutuo se appellant.

Materialiter autem "Oblatio" idem est ac emissio votorum religiosorum seu professio religiosa in Congregatione Miss. Obl. M.I.; et "Oblatus" idem est ac professus in eadem Congregatione. Primitus vero appropriabant nomen commune "Oblati" illis qui oblatione emissa adhuc studiis vacabant usque ad receptionem sacerdotii, i.e. illis qui hodie vocantur "Scholastici"; presbyteri vero designabantur nomine "Missionarii" vel "Patres". Paulatim, praesertim abhinc Capitulo 1867, nomen "scholastici" frequentius occurrit. Attamen adhuc in ed. 3a (1894) scholastici ferunt nomen primaevum "Oblati": ita in paragrapho "De Oblatione" et in paragrapho "De Oblatorum scholasticorum Moderatore".

Oblationis temporariae valor et effectus moralis seu in conscientia et coram Deo. Non secus ac Oblatio perpetua importat emissionem veri nominis votorum religiosorum. Est autem votum religiosum actus virtutis religionis, scil. "promissio deliberata ac libera Deo facta de bono possibili et meliore" (Can. 1307, § 1), cuius objectum est observantia consiliorum evangelicorum (Can. 487). Secum trahit proinde obligationem in conscientia seu coram Deo, et quidem obligationem propriam illius iustitiae supereminens quam vocant virtutem "religionis". Est autem ista obligatio ex genere suo gravis et sequitur condiciones et limites determinatos in Constitutionibus, ad quas vovens saltem implicite se refert. Cf. commentarium in P. II, Cap. I "De votis et virtutibus paupertatis..."

Oblatio temporaria differt ab oblatione perpetua solum quoad durationem temporis pro qua obligatio suscipitur.

Haec omnia valent quoque de voto temporario perseverantiae, cuius obiectum proprium et formale est perseverantia in Congregatione, sive ad mortem usque (in Oblatione perpetua), sive ad determinatum tempus (in Oblatione temporaria). Cf. commentarium in P.II, Cap.II, pp.103sqq.

N.B. In quibusdam Congregationibus quae praescribunt emissionem quarti voti, scil. perseverantiae in Instituto, tale votum non emittitur nisi in professione perpetua. Ita apud Redemptoristas. Cf. commentarium, in P.II, p.101.

Oblationis temporariae valor et effectus iuridicus seu in foro Ecclesiae. Est vere professio religiosa seu emissio votorum publicorum quo quis iuridice aggregatur statui religioso cum omnibus privilegiis et officiis. Cf. Can. 488, 1\*; 578sqq.

Aggregatur autem statui religioso mediante Congregatione, quatenus huic imprimis incorporatur, ut sit verum membrum eius, non quidem definitive et pro semper, sed ad tempus determinatum, cum intentione vero ulterius profitendi si nihil obstat. Ex oblatione, etiam temporaria, resultant pro utraque parte, Congregatione scil. et professo, iura et obligationes. Can. 578; 637 (noster art. 788); 647 (noster art. 789). Mutuae obligationes explicantur secundum plerosque ex hoc, quod in professione religiosa latet implicite contractus bilateralis inter Congregationem et professum; vel secundum alios ex hoc quod quod professio habetur ut libera susceptio institutionis quae imponit ex sua natura vel ex lege mutuas obligationes.

N.B. Ius particulare vigen in Societate Jesu, etiam post novum Codicem Iuris canonici, vide infra ad art. 734.

Prima oblatio minime terminat mutuam probationem. Sic professus censetur adhuc in statu probationis, quamvis ista induat novam formam. Cf. Statuta generalia annexa Constitutioni "Sedes Sapientiae" (1956), Art. 38, § 1: a prima professione "nova incipit periodus institutionis spiritualis, progredientis quidem et sodalibus iam votis ligatis accomodate, simulque mutuae probationis." Ibidem, art. 7, § 1, 2\*.

## 2) Praecisio particularis de successione ininterrupta Oblationum. Art. 733.

### Textus.

In documento romano dicto "Normae" (1901) habentur sequentes articuli: "106. Statim ut vota ad certum tempus emissa expirant, sine interposita mora renoventur a singulis et publice. - 107. Non admittitur renovatio secreta votorum; nam de ea constare debet in foro externo..."

Unde apud nos, consequenter ad Capitulum generale 1908, inserunt in ed.4a (1910) novum articulum: "776. Expleto tempore pro quo emissa sunt vota, eorum renovatio publice et sine mora fiat." Antea non raro accidebat, ut unus vel alter, expleta duratione votorum temporariorum, expectaret per ali- quod tempus emissionem oblationis perpetuae, manens interim sine votis.

Novus Codex Iuris canonici (1917), can. 577, urget continuitatem votorum pro omnibus institutis religiosis. Exinde in nostra ed.5a (1928), art. 733, referunt fere ad litteram canonem 577.

Commentarium.

Continuitas votorum religiosorum, ita ut semel professus nunquam sit absque votis, est magis conformis vitae religiosae, quatenus est status proprie dictus. Unde merito Ius commune praescribit (Can. 577), ut, elapso tempore ad quod vota sunt emissa, fiat nova professio absque interruptione.

Attamen violatio istius praeceptionis non nocet validitati professionis subsequenter. Revera nullibi apponitur expresse vel aequivalenter clausula irritans vel invalidans. (Can. 11)

Continuitas oblationum intelligenda est secundum leges de supputatione temporis, Can. 34, § 3, 5\*, ita ut nova oblatio emitti possit jam ultimo die quo durat adhuc effectus praecedentis oblationis: est quaedam anticipatio ipso iure concessa.

Imo amplior anticipatio, non tamen ultra mensem, concedi potest a Superioribus, si agatur de votis temporariis renovandis. Superiores de quibus hic agitur videntur esse omnes Superiores qui sunt competentes ad recipiendam professionem, ergo etiam Superiores locales. Nullibi, nec in Can. 577, § 2, nec in nostro articulo 733, postulatur interventus Superiorum maiorum. Sufficit quaecumque iusta causa (v.g. festum occurrens, finis exercitiorum spiritualium, commodum coadunandi plures oblationes uno eodemque die), quin requiratur causa gravis.

Anticipatio ita intelligenda est, ut annus professionis temporariae currat ab elapso anno praecedente completo. Ita Vermeersch, Epi. Iuris can., T.I, ed.7, n.728, 3. Quod tamen non admittitur ab omnibus. Quidquid sit, requiritur integrum triennium votorum temporariorum ante oblationem perpetuam: Can. 572, § 2; 574; art. 734.

b) Ultima vota seu vota perpetua. Art. 734.

Textus.

Quoad vota perpetua Fratrum coadjutorum, statim ab initio quo de eis legifertur in Constitutionibus, i.e. a tempore ms. "Honorat" (1819), dispositum est, ut vota perpetua praecedere debeant oblatio annua et postea oblatio ad quinquennium. Vide ibidem, in paragrapho "Des Frères convers", art. 15 et 18. Ambo art. transeunt in ed. lam (1827): "XV. Superior generalis... illum poterit ad oblationem admittere; sed frater famulans ad annum tantum vota vovet, quo quidem anno praeterito, poterit, annuente Superiore generali, ad quinquennium subsequens vovere, et postea pro totius vitae curriculo, more caeterorum oblatorum." Item in ed.2a (1853), interveniente Provinciali cum suo consilio. Similiter in ed.3a (1894).

Insuper in eadem editione 3a, in praesenti paragrapho "De Oblatione" legitur sequens art. VI: "Novitii scholastici ad annuam, laici vero ad annuam vel quinquennalem professionem a Provinciali, consulto Superiore generali, admittentur."

In ed.4a (1910) primo apparet hodierna legislatio in suis lineis essentialibus. "771. Post tres annos votorum annualium, Oblati presbyteri et Oblati scholastici ad Oblationem perpetuam admittuntur; Fratres vero famulantes ad triennale, qui, si digni sunt, tandem ad Oblationem perpetuam."

In ed.5a (1928) additur explicite clausula de prolongatione votorum temporariorum secundum Can. 573 et 574, § 2. Caeterum plures correctiones textus, quae eius substantiam non mutant. "Post triennium votorum temporariorum, oblato presbyteri vel scholastici ad oblationem perpetuam admitti poterunt,

nisi quis vigesimum primum aetatis annum nondum expleverit, aut nisi Superior generalis alicujus vota temporaria proroganda judicaverit, quod tamen non fiet ultra aliud triennium. Fratres vero famulantes, expleto triennio votorum annualium, ad oblationem triennalem admittuntur, et tandem ad oblationem perpetuam."

Commentarium.

Post triennium votorum annualium, presbyteri et scholastici ad oblationem perpetuam admitti poterunt: formula praecisior quam illa quae legebatur in ed.4a ("ad Oblationem perpetuam admittuntur"), quamvis praxis eadem fuerit. Factum trienni votorum temporariorum peracti non secum fert ius absolutum ad professionem perpetuam emittendam. Pertinet semper ad Superiores competentes ultimo et efficaciter iudicare de aptitudine candidati ad professionem definitivam, iique servant ius prorogandi vota temporaria, imo excludendi candidatum ab omni ulteriore professione servatis servandis (Can. 637; noster art. 788).

Attamen Superiores nequeunt excludere candidatum ab oblatione perpetua ob quamcumque rationem, sed tantum "ob iustas ac rationabiles causas" ad tenorem Can. 637 et nostri art. 788. Esset contra voluntatem Dei vocantis, contra leges Ecclesiae et Congregationis et contra bonum legitimum et ius acquisitum ipsius candidati; esset abusus potestatis et infidelitas in munere a Congregatione commissa.

"nisi quis vigesimum primum aetatis annum nondum expleverit". Revera, ius commune exigit ad professionem perpetuam annum vicesimum primum expletum (Can. 573), et quidem ad validitatem (Can. 572, § 1, 1\*). Aetas autem computanda est secundum leges communes supputationis temporis: Can. 34, § 3, 3\*.

In Societate Jesu, ex lege particulari, confirmata post novum Codicem, vota simplicia perpetua emittuntur immediate post biennium novitiatus, dummodo candidatus expleverit aetatis annum decimum septimum, imo decimum sextum ex dispensatione Generalis. (Cf. Epitome Instituti Societatis Jesu, ed.4a, 1949, n.417, § 1.) Attamen ista vota perpetua sunt ex parte voventis, non autem ex parte Societatis. Ibidem, n.405, § 1. Apparet ex hoc, quod illa prima vota dicuntur "non in manibus cuiusquam emitti", i.e. quod in formula votorum nulla fit mentio hominis acceptantis, sed ad Deum solum tota promissio dirigitur. Cf. Constitutiones S.J., P.V, n.3; Epitome Instituti, n.417, § 2.

Si quis aetatem requisitam nondum habet, professio temporaria evidenter proroganda est, sive quod ultima oblatio annua fiat ad annum et ulteriorem durationem usque ad aetatem necessariam ad vota perpetua, sive quod fiat nova oblatio temporaria. Etenim semel professus absque votis manere prohibetur. Cf. supra ad art. 733; Can. 574, § 2.

Ad prorogationem minoris durationis (aliquos dies vel hebdomadas vel paucos menses) sufficit levior ratio, v.g. ut plures religiosi oblationem perpetuam possint simul eodem die emittere.

Superior competens ad proroganda vota temporaria ultra triennium normale est apud nos Superior generalis, sive Provincialis proponat huiusmodi prorogationem, sive Superior generalis agat proprio motu. Et quidem hoc praestare potest Superior generalis, quin recurrat ad Consilium generalitium, ut videtur. Revera, nullibi, nec in iure communi nec in nostro iure particulari requiritur talis recursus.

Sexennium votorum temporariorum Fratrum coadjutorum prorogari nequit, cum nec ius commune nec Constitutiones nostrae potestatem concedant ad renovanda vota temporaria ultra sex annos. Cf. Can. 574, § 2. Mens legislatoris

est, ut probatio praecedens incorporationem definitivam non longius protrahatur propter crescentem difficultatem ingrediendi novum vitae statum.

## II) Admissio canonica ad oblationem. Art. 735-737.

Agitur in praesenti unice de admissione canonica seu in foro externo per legitimam auctoritatem. Consilium vel iudicium confessarii aut directoris spiritualis personalis nullam habet efficacitatem in foro externo; non transcendit forum internum sive conscientiae, et hoc unice secum fert positis ponendis, ut quis possit licite ac tuta conscientia postulare a suis Superioribus admissionem ad vota eamque sequi.

Admissio ad oblationem per legitimum Superiorem est elementum essentielle validitatis professionis. Cf. Can. 572, § 1, 2\*. Revera, nemo nequit vota publica emittere nec iuridice aggregari statui religioso mediante Congregatione nisi ad hoc ab Ecclesia admittatur per auctoritatem competentem.

Jamvero apud nos normaliter intervenit auctoritas triplicis gradus: auctoritas inferior praeparat admissionem - Provincialis formaliter admittit - Superior generalis confirmat admissionem positis ponendis.

### a) Praeparatio canonica admissionis per auctoritates inferiores. Art. 735.

#### Textus.

Pars prior articuli, de admittendis novitiis, iam habetur in ms.I (1818): "Le temps du noviciat étant fini, le maître des novices en avertira le supérieur général, en lui rendant compte des progrès qu'aura faits dans la piété celui qui doit être présenté pour faire son oblation et être ainsi agrégé définitivement au corps des missionnaires."

In ms.IV (1825), formula magis completa et concisa: "en lui rendant compte de tout ce qui a rapport au sujet qui doit être présenté..."

Transit in versiones latinas, prout legitur in ed.1a (1827): "Art.I. Elapso probationis quae novitiorum est tempore, magister novitiorum de candidato ad oblationem Superiorem generalem admonebit, ipsi referens ea omnia, quae attinent ad talem qui mox admitti, et sic in Societatem nostram tandem debet coaptari."

In ed.2a (1853) initium phrasid merito corrigitur et textus adaptatur institutioni provincialium: "Art.I. Labente sacri tyrocini tempore, Magister novitiorum de candidato ad oblationem Provincialem aut Missionum Vicarium, admonebit, ipsis referens ea omnia quae attinent ad eum qui mox admitti..."

In ed.3a (1894) unum vocabulum mutatur in fine: "et sic in Societatem nostram tandem debet cooptari." Nota quod verbum "coaptare" pariter sensum convenientem prae se fert.

In ed.4a (1910) modificatur et completur phrasid initialis et additur pars altera dispositionis: "772. Sub finem probationis et opportuno quidem tempore Magister novitiorum... quae attinent ad eum qui mox in Societatem nostram coaptari debet. Eandem agendi rationem servabunt, consultis assessorebus suis, Superiores locales qui subditos quosdam haberent ad vota admittendos, salvo quod dicitur de Scholasteriis suo loco."

In ed.5a (1928), modificationes mere materiales: omittunt mentionem explicitam "missionum Vicarii", conformiter ad principium generale articuli 511, et circumlocutionem superfluum reducunt ad simplex pronomen "illum": "Sub finem probationis... Provinciali de candidato ad oblationem admonebit, ipsi referens ea omnia quae ad illum attinent. Eandem..."

Commentarium.

Partes Magistri novitiorum relate ad novitios praesentandos ad oblationem singillatim exponuntur in art. 616-618.

Non raro accidit, ut in aliis domibus praeter novitiatum vel scholasterium inveniuntur oblatores votorum temporariorum qui admittendi sunt ad oblationes ulteriores. Pertinet ad Superiores locales praesentare istos candidatos Provinciali intuitu admissionis ad oblationem, secundum normas datas Magistris novitiorum, cum hac differentia quod Superiores locales de hac re consulere debent ex officio suos assessores in consilium convocatos.

Omnibus istis incumbit obligatio informandi Provinciale de candidato admittendo. Valde interest, ut praefata informatio sit completa, objectiva et ponderata, in quantum possibile. Cf. commentarium ad art. 618.

V. Fundator noster frequenter in hoc insistebat. Ita v.g. in epistola 12-1-1842 ad P. Guigues, Superiorem domus N.D. de l'Osier: "Vous ne m'avez pas assez dit sur le P. Burfin, Je sais qu'il est bon prêtre et qu'il n'est pas dépourvu de talent, Mais c'était votre opinion sur son admission que j'attendais. Le P. Vincens m'a mis au courant de son caractère et de ses dispositions. Il m'a parlé aussi du sentiment que vous avez manifesté tout en faveur de son admission. Le P. Vincens penche aussi pour l'affirmative. Mais en m'écrivant, il fallait me donner tous les renseignements qui sont à la connaissance pour ou contre le sujet, indépendamment de ce que le Maître des novices doit m'écrire de son côté, afin que je sois à même de faire délibérer le Conseil avec connaissance de cause..." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 73.)

Illi informatores attendant ad ea quae requiruntur ad validam et licitam professionem apud nos, sive ex natura rei, sive e iure communi (Can. 572; 538), sive e nostro iure particulari (art. 618; 688; 690; 697).

In particulari attendant ad hoc, utrum omnes et singuli candidati, quos praesentant Provinciali ad oblationem, habeant propositum personale, liberum ac firmum sese aggregandi Congregationi et in ea permanendi (art. 690). Ut candidati habeant conscientiam claram istius propositi et de eo constet in foro externo, praescribitur omnibus candidatis ad primam et ad perpetuam oblationem, ut praesentent petitionem scriptam qua postulant admissionem ad professionem; quae petitio transmittenda est Provinciali. Cf. Circul. 180 (15 oct. 1947), pp. 22 et 25; Circul. adm. V, pp. 85 et 88.

Non est inutile, ut eadem petitio fiat quoque ante caeteras oblationes. Secus periculum, ne iuvenes procedant quasi mechanice et motu quodam extrinseco de una professione ad aliam.

Insuper novitii scholastici ante primam oblationem exhibere debent declarationem scriptam de sua vocatione et de suo proposito in futurum, conformiter ad Instructionem S.C. de Religiosis diei 1-12-1931, n.14: "Novitii, ante professionem votorum temporariorum, quae omnino praecedere debet promotionem ad tonsuram et ad ordines minores, Superiori petitionem scripto deferant, in qua expressis verbis testimonium ferant de sua ad statum religiosum et clericalem vocatione, simulque firmum propositum pandant perpetuo militiae clericali, in statu regulari, mancipandi: quae petitio et declaratio in archivo asserventur." (Cf. Acta A.S., XXIV, p.79.) Formulam hujus declarationis potes invenire in Circul. 180 (15 oct. 1947), p.22; Circul. adm., V, p.85.

Particularis cura adhibenda in praesentandis candidatis ad ultimam et perpetuam oblationem. Revera, "Professione perpetua probatio vocationis censetur ex utraque parte absoluta et definitive terminata. Quare ad hanc perpetuam professionem nemo admitti potest qui non demonstratur certe vocatus, solide pleneque instructus, atque undequaque probatus." (Constitutio "Sedes Sapientiae", 1956, Statuta generalia adnexa, art. 39, § 1, 1\*.)

b) Ipsa admissio canonica ad oblationem per auctoritatem provincialem.  
Art. 736.

Textus.

Primitus pertinebat ad Superiorem generalem admittere ad oblationem cum quadam participatione consilii generalitii. Legitur in ms.I (1818): "Le Supérieur général, étant satisfait, assemblera son Conseil, pour le prévenir de sa détermination, si le sujet est dans les Ordres; (pour) recevoir son avis et recueillir son suffrage, si le sujet n'est pas dans les Ordres."

Ut apparet, fit distinctio inter candidatos qui sunt in "Ordinibus" i.e. in Ordinibus sacris sive maioribus, ut habetur e paragr. 2 "Du supérieur général et des quatre assistants", alinéa 12, et illos qui nondum sunt in Ordinibus sacris. In priore casu Superior generalis admittit per se solum, et Consilium coadunatur ut mere "audiat" ex officio decisionem Superioris generalis. In casu posteriore requiritur consensus Consilii.

N.B. Scimus aliunde, quod tunc temporis ordinarie non admittebantur ad oblationem eamque perpetuam (nondum vota temporaria pro novitiis scholasticis!) nisi novitii saltem subdiaconi. Cf. supra ad art. 699 et 700, et in praesenti paragr. de oblatione, ms.I, alinéa 5.

Ista distinctio supprimitur abhinc ms."Honorat" (1819), ubi legitur: "Le Sup. Gén. assemblera son conseil pour le consulter sur la détermination qu'il doit prendre à ce sujet. Quoiqu'il ne soit pas tenu de s'en rapporter à l'avis de son conseil, néanmoins il pèsera devant Dieu avec une scrupuleuse attention le sentiment de chacun des membres qui le composent, pour ne pas s'exposer à agir inconsidérément dans une affaire si importante pour la société."

In ms.II (1821-1825) habetur eadem dispositio distributa in duobus articulis. Art. 2: "Le Supérieur général assemblera son conseil pour le consulter..." - Art. 3: "Quoique le Supérieur général ne soit pas tenu de s'en rapporter à l'avis de son conseil..."

Traducitur fere ad litteram in versiones latinas: ms.V (1825) etc, prout legitur in ed.1a (1827): "II. Superior generalis consilium suum de ista re consulendum convocabit. - III. Quamvis Superior generalis consilii sui sententiae stare non teneatur, verumtamen uniuscujusque opinionem quam maxima attentione pensabit, ne inconsidérate agat, in re quae tanti interest ad Societatem."

In ed.2a (1853) dispositio adaptatur institutioni provinciarum, et duo articuli reducuntur ad unum. "II. Provincialis aut Vicarius, convocato, ut dictum est art. XIII, XV et XVI, § VII, cap.I, part. 3, extraordinario consilio suo, uniuscujusque consultoris opinionem, quam maxima attentione pensabit, ne inconsidérate agatur, in re quae tanti interest ad Congregationis bonum."

Etiam sub hoc regimine interventus consilii est tantum consultivus, quamvis non expresse affirmetur uti in editione praecedente.

In ed.4a (1910) expresse determinatur character interventus consilii extraordinarii, quod scil. est vere deliberativus, conformiter ad recentiora documenta S.Sedis. Caeterum textus simplificatur. Et iam legitur: "773. Provincialis seu Vicarius, una cum extraordinario consilio suo, rationes admissionis hinc et inde maxima cum attentione pensabit, ne inconsiderate agatur in re quae tanti interest ad Congregationis bonum. Post maturam deliberationem, quaestio dirimitur ad majorem suffragiorum numerum."

In ed.5a (1928) omittitur mentio explicita Vicarii, prout vult principium generale art. 511. Insuper articulus completur per dispositionem pro casu sententiae negativae, scil. non-admissionis ad ulteriorem oblationem, iuxta can. 637. Unde legitur: "736. Provincialis, una cum extraordinario Consilio suo... ad majorem suffragiorum numerum. Casu quo sententia esset de candidato dimittendo, servabuntur art. 788 et 789."

#### Commentarium.

Auctoritas admittendi ad oblationem competit apud nos formaliter Provinciali. Ipsi enim competit personaliter regere provinciam, et in particulari aggregare candidatos provinciae, et mediante provincia ipsi Congregationi, per successivas professiones. Ipse Provincialis, ipseque solus, iuridice decidit seu sententiam fert de candidato admittendo ad oblationem. Superior provinciae non est consilium provinciale, in quo Provincialis esset primus inter pares, sed ipse Provincialis personaliter. Cf. Commentarium ad art. 508, pp.140 et 63.

N.B. In Societate Jesu potestas admittendi ad vota Societatis pertinet ad Generalem; qui eam etiam cum aliis de Societate communicare potest. Quod ad prima vota, Provincialis hanc potestatem habet habitualiter communicatam a Generali. Cf. Epitome Instituti, ed. 1949, 410.

Apud Redemptoristas, Superior generalis admittit ad primam professionem temporariam et ad professionem perpetuam, ad caeteras Provincialis. Cf. Constitutiones et Regulae, ed. 1936/1947, n.1153.

Attamen Superior provincialis nequit valide agere in hac re nisi cum voto deliberativo sive consensu sui Consilii extraordinarii. Ex iure communi (can. 575, § 1) suffragium deliberativum Consilii requiritur tantum ad primam professionem temporariam. Ex iure nostro particulari, approbato a S.Sede post Codicis promulgationem, requiritur ad omnem professionem. Hic in art. 736 et art. 531, 2\*.

Unde formula "quaestio dirimitur ad majorem suffragiorum numerum" intelligenda est hoc sensu quod ipse Provincialis dirimit quaestionem, habita ratione majoris numeri suffragiorum, suo proprio suffragio computato, ita ut Provincialis nequeat admittere valide ad professionem contra majorem numerum suffragiorum sui Consilii. Posset tamen abstinere a dirimenda quaestione, et a fortiori ab executione, non obstante majore numero suffragiorum. Secus enim Superior provinciae jam esset ipsum Consilium, seu persona moralis collegialis, et Provincialis non esset nisi executor decisionum Consilii. Cf. Commentarium in art. 531, p. 164, et in art. 430, p. 63.

"Provincialis... rationes admissionis hinc inde maxima cum attentione pensabit, ne inconsiderate agatur... Post maturam deliberationem..." Res patet ex dictis in art. 682, 683, 690, 696 sq. Confirmatur ex poenis ecclesiasticis in iure communi statutis: can. 2411.



Attamen ad rem prudenter dirimendam non requiritur certitudo mathematica; sufficit illa quam postulat prudencia in actibus humanis maioris momenti. P. Yenveux optime recapitulat mentem Fundatoris in hac re: "Quoiqu'il ne faille pas admettre à l'oblation des sujets douteux, il ne faut cependant pas prétendre arriver à une certitude absolue; il faut agir prudemment et laisser le reste à la divine Providence." (o.c. VIII, 70). Ipse P. de Mazenod scripsit ad P. Courtès circa hanc materiam, die 16 aug. 1824: "... quand on a agi prudemment et pour de bonnes raisons, il ne faut jamais avoir de regret; c'est la marche que Dieu semble vouloir dans la suite des événements qu'il dirige par sa Providence." (cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 71).

"Casu quo sententia esset de candidato dimittendo", sive directe sive indirecte non admittendo candidatum ad ulteriorem professionem, hujusmodi sententia pertinet non ad Provinciale, sed ad Superiorem generalem ad normam art. 788 et 789.

c) Confirmatio admissionis per Superiorem generalem in quibusdam casibus.  
Art. 737.

#### Textus.

Dispositio primo apparet in ed.2a (1853), art. III: "Consilii sui iudicium quo pronuntiatur novitii ad oblationem admissio, Provincialis aut Vicarius ad Superiorem generalem quamprimum transmittendum curabit, ut, eo approbante, effectum ultimo valeat obtinere." Recolendum, quod illo tempore mittebantur non nisi vota perpetua ab iis qui sacerdotio destinabantur. Cf. supra Commentarium ad art. 732.

In Capitulo generali 1867 statuerunt, ut novitii in ordinibus sacris constituti emitterent vota perpetua elapso anno novitiatus, ceteri vero nondum subdiaconatu insigniti emitterent vota temporaria per unum annum. Competebat Provinciali admittere novitios scholasticos ad professionem annuam et fratres coadjutores ad annuam et ad quinquennale professionem, "consulto Superiore generali". Ita in "Acta Capituli gen. 1867" et in "Constitutiones et Regulae", ed.3a (1894), art. VI. Unde, sub isto regimine, approbatio Superioris generalis necessaria ad validitatem admissionis, requirebatur solum in casu admissionis ad oblationem perpetuam.

In Capitulo generali 1908 extendunt hanc dispositionem etiam ad primam oblationem; ad ceteras vero oblationes temporarias nullus requiritur recursus ad Superiorem generalem nec ad validitatem nec ad consultationem.

Unde necessitas modificandi textum in nova editione 4a (1910), in qua praeterea adhibent formulam magis iuridicam. "774. Consilii sui iudicium quo pronuntiatur candidati ad primam aut perpetuam Oblationem admissio, Provincialis seu missionum Vicarius ad Superiorem generalem quamprimum mittendum curabit ut, eo confirmante, admissio fiat valida. Nova approbatio Superioris generalis pro renovatione votorum temporaneorum necessaria non erit."

In ed.5a (1928), nihil novi, nisi quod omittatur mentio explicita "missionum Vicarii" conformiter ad art. 511, et loco formulae "votorum temporaneorum" dicitur correctius "votorum temporariorum".

Commentarium.

Provincialis quidem est ferre sententiam de candidato admittendo ad oblationem. Eius autem sententia indiget confirmatione Superioris generalis tamquam conditione validitatis, quoties agitur de admissione ad primam oblationem itemque ad oblationem perpetuam.

DD. de Mazenod die 10 nov. 1852 petivit a S.Sede, ut Superior generalis posset in circumstantiis extraordinariis delegare suam auctoritatem confirmandi sententiam Provincialis. S.Sedes approbavit, ut in Constitutionibus insereretur sequens articulus: "Superior generalis suffragium requiritur ut novitii, quos ad oblationem admittendos Provincialis aut Missionum Vicarius in suo consilio pronuntiaverit, per votorum emissionem Congregationi adscribantur, nisi, attentis extraordinariis circumstantiis, aliquis a Superiore generali delegaretur qui ejus suppleret suffragium." Ita in ed.2a (1853), in paragrapho de Superiore generali, art. XVII. Item in ed.3a (1894).

Quamvis iste articulus sit suppressus abhinc editione 4a, nihilominus facultas Superioris generalis delegandi suam auctoritatem in hac re videtur manere intacta. Cf. can. 199, § 1, qui valet etiam de potestate dominativa Superiorum religiosorum: Pontif. Commissio, resp. 26/3/1952 (Acta A.S., 1952, p.497).

Superior generalis ad confirmandam sententiam Provincialis de admissione ad primam aut ad perpetuam oblationem indiget recurso ad votum deliberativum Consilii generalitii: art. 435, 12\*. Constitutiones nostrae, approbatae anno 1928, exigunt proinde plus quam ius commune: can. 575, § 2.

De modo transmittendi petitionem ad Superiorem generalem intuitu confirmationis necessariae ad validitatem sententiae admissionis: cf. Circul. 180 diei 15 oct. 1947, art. 17 et 18 (Circul. adm., V, 86sqq.).

Occasione admissionis ad ceteras oblationes temporarias, praeter primam, recursus ad Superiorem generalem de se non est necessarius. Attamen, si occurrunt dubia seria (v.g. plura vota discrepantia in Consilio provinciali), prudentia suadet, ut res subjiciatur Superiori generali saltem consilii causa. Imo, si Consilium provinciale unanimiter vel ad maiorem suffragiorum numerum stat pro non-admissione ad ulteriorem oblationem, recursus ad Superiorem generalem est omnino necessarius, cum ipse solus possit ferre sententiam de non-admissione ad ulteriorem oblationem. Cf. art. 788 et commentarium ad art. 736.

N.B. Primitus apponebatur dispositio de intimatione admissionis faciendi candidato. In ms.I et in ms."Honorat" habetur in initio articuli sequentis; abhinc ms.II habetur articulus particularis qui sic legitur in ed.1a (1827): "IV. Si Superior generalis domo absit, iudicium suum novitio, magistro novitiarum mediante, notum faciet." In ed.2a (1853) confunditur cum articulo sequente.

III) Oblatio rite praeparanda et celebranda. Art. 738-744.a) Praeparatio immediata. Art. 738-739.1) Exercitia spiritualia praemittenda. Art. 738.Textus.

In ms.I (1818) legitur: "Il en fera part - (i.e. le supérieur général fera part de l'admission) - au novice en présence du maître des novices; et après lui avoir rappelé l'importance de l'action qu'il va faire, et donné les conseils qu'il jugera utiles, il le renverra au noviciat, pour y faire une retraite au moins de huit jours, après laquelle il sera admis à faire son oblation par les ~~vœux~~ vœux simples de chasteté, d'obéissance et par le vœu et serment de persévérance ou de stabilité dans la Société, au bénéfice de ladite Société acceptante."

Ultima pars est desumpta fere ad litteram e textu italico Constitutionum S.Alphonsi. Vide supra notas praevas ad hunc paragraphum.

In ms.II (1821-1825) additur votum paupertatis et formula initii leviter mutatur et sic transit in versiones latinas, prout legitur in ed.1a (1827): "Si sententia Superioris generalis novitio suffragetur, superior - (i.e. superior localis) - de ea certior ab illo factus, novitium ad se accerset, et post rei magnitudinem in memoriam reductam, post data consilia congruentia, reddet illum novitiorum solitudini, ut saltem per octo dies exercitiis spiritualibus operam det, quibus elapsis, ad oblationem admittetur, per emissa simplicia vota paupertatis, castitatis, et obedientiae, et per emissum votum et juramentum perseverantiae seu stabilitatis in Societate, ipsa Societate beneficium acceptante."

In ed.2a (1853): "Si sententia Superioris generalis novitio suffragetur, Provincialis aut superior localis, novitium ad se accerset, et post rei magnitudinem... et per emissum votum et juramentum perseverantiae seu stabilitatis in Congregatione, ipsa beneficium acceptante."

In ed.3a (1894) articulus abbreviatur: "Si sententia Superioris generalis... ut saltem per octo dies exercitiis spiritualibus operam det, quibus elapsis, ad oblationem admittetur." Et caetera omittuntur.

In ed.4a (1910) articulus reducitur ad formam simplicissimam:

"775. Emissioni votorum praemitti debent exercitia spiritualia per octo dies."

Hucusque nulla facta est differentia inter primam oblationem et subsequentes oblationes, quamvis praxis haberet, ut renovationi votorum temporariorum exercitia minoris durationis praemitterentur.

In ed.5a (1928) distinguunt inter primam oblationem et subsequentes professiones atque pro sola prima oblatione determinant taxative durationem exercitiorum spiritualium, sequentes novum Codicem Iuris canonici, can. 571, § 3. Unde iam legitur: "738. Primae votorum emissioni praemitti debent exercitia spiritualia per octo saltem solidos dies; renovationem vero votorum temporariorum vel professionem perpetuam pariter praecedent aliquot recollectionis dies, a Superioribus majoribus determinati."

### Commentarium.

Exercitia spiritualia praemittenda primae oblationi protrahantur per octo saltem solidos seu integros dies, conformiter ad ius commune: can. 571, § 3. Vide formulam adhibitam in can. 541.

Cursus exercitiorum normaliter praecedit immediate emissionem votorum tamquam eius praeparatio immediata. Sed nihil prohibet, quominus paululum anticipetur ex rationabili causa, v.g. ut candidatus possit simul cum confratribus vel cum communitate exercitiis spiritualibus vacare. In Societate Jesu dispositum est, ut, si intra trimestre exercitia facta iam fuerint, satis sit praemittere emissioni votorum tres dies recollectionis. (Regulae Magistri Noviciorum, n.88; Epitome Instituti, ed.4a (1949), n.420). Analogia cum can. 1001, § 1. Valet quoque de exercitiis ante posteriores professiones.

Ius commune silet de exercitiis spiritualibus habendis ante alias professiones praeter primam. Ius nostrum particulare vero praescribit "aliquot recollectionis dies" ante ceteras oblationes tum temporarias tum perpetuam. Tribuitur Superioribus maioribus, Generali vel Provinciali, determinare durationem horum exercitiorum. Usus sat generalis vult, ut renovationi votorum temporariorum praemittantur tres dies, oblationi vero perpetuae sex integri dies. Statuta Capitularia Redemptoristarum praescribunt decem integros dies ante professionem perpetuam. (ed. 1936/1947, n.1152).

Quod attinet ad praeparationem oblationis perpetuae, recolendae sunt commendationes factae in "Statuta generalia" ad Const. "Sedes Sapientiae" (31 maii 1956), art. 39, § 1: "2\* Ad professionem perpetuam immediate parandi sunt alumni, ad hoc instituta consideratione (= en réfléchissant spécialement sur cet acte), intensiore divinarum rerum scrutatione, peculiaribus instructionibus et exercitiis per Magistrum spiritus vel specialem instructorem seu moderatorem. - 3\* Ubi studia intermitti solent (i.e. inter curriculum philosophiae completum et curriculum theologicum incipiendum) et alibi etiam, eo quo melius fieri potest modo, sine ullo curriculi integritatis et unitatis detrimento, vehementer suadetur ut in proxima praeparatione professionis perpetuae annus vel semestre vel brevior anni pars, si aliter fieri non possit, ad modum renovati novitiatus insumatur."

- 2) Promovenda conscientia clara de vi oblationis perpetuae. Art. 739.  
Avoir une conscience claire de la portée de l'oblation perpétuelle.

### Textus.

P. de Mazenod scripsit iam in ms.I (1818); et quidem hoc loco: "Ces voeux et serments sont toujours faits avec la condition tacite qu'on ne pourra en être relevé ou dispensé que par le Souverain Pontife ou par le supérieur général, et avec l'intention d'y demeurer fidèle lors même que, par quelque événement imprévu, la Société serait obligée de se séparer." Et addidit: "Ordinairement, on n'admettra à faire ces voeux que les novices qui auront reçu le sous-diaconat." Vide supra ad art. 732.

Fundator noster manifeste prae mente habuit e Constitutionibus S. Alphonsi, lingua italica conscriptis, verba sequentia quae leguntur in eodem contextu: "quae vota et iuramentum non possunt relaxari, nec dispensari, nisi a Summo Pontifice vel Rectore Maggiore; et hac sub conditione semper nuncupari censentur." Vide supra, Introductio ad praesentem paragraphum, n.2).

Articulus transit in versiones latinas et sic legitur in ed.1a (1827): "VI. Haec vota et iuramenta semper emittentur cum tácita conditione, ut non possint solvi et irritari nisi a Summo Pontifice, vel Superiore generali, et cum proposito in ipsis perseverandi, etiamsi insperato nec opinato casu Societas in separationem venire cogereetur."

In ed.2a (1853) duae correctiones textus: "V. Haec vota et iuramenta emittentur... etiamsi infelici nec opinato casu, Congregatio in separationem venire cogereetur."

Consequenter ad interventionem S.Sedis, decr. 5 jan. 1866, (cf. Circul. 17, diei 29 junii 1866: Circul. adm. I, p.163), Capitulum gen. 1867 distinguit inter vota temporaria et vota perpetua, atque reservat dispensationem votorum perpetuorum exclusive Summo Pontifici. Unde leguntur in ed.3a (1894) duo articuli sequentes: "VII. Perpetua vota et iuramenta... ut non possint solvi nisi a Summo Pontifice, et cum proposito... - VIII. Vota vero annua vel quinquennialia etiam a Superiore generali solvi et irritari possunt."

In ed.4a (1910) textus prioris dispositionis notabiliter corrigitur, ut melius respondeat conditioni iuridicae votorum nostrorum. Revera, cum vota nostra sint publica, et quidem emissa in religione iuris pontificii, de se et ex natura rei solvi nequeunt nisi auctoritate publica Ecclesiae, et quidem auctoritate suprema, scilicet Summi Pontificis. Ista consequentia resultat proinde praecise et formaliter non ex intentione privata votentis, sed ex natura actus. Unde correctius dicitur: "777. Sciant qui perpetua vota et iuramenta emittunt, ea non nisi a Summo Pontifice solvi posse, ipsoque ad permanendum in Societate teneri, etiamsi infelici ac inopinato casu, Congregatio in separationem venire cogereetur." Quicumque profitetur apud nos, censetur in foro externo se velle emittere vota prout habentur in Ecclesia eique ab Ecclesia praesentantur. Unde, non obstantibus mutatione notabili formulae, dispositio anterior non modificatur substantialiter.

Posterior dispositio de solutione votorum temporariorum per Superiorem generalem supprimitur hic, quia de hac materia ex professo tractatur in capite IV (art. 828 editionis 4ae).

In ed.4a (1928) retinent ad litteram articulum 777 editionis praecedentis.

#### Commentarium.

Articulus non est nisi applicatio particularis articuli 691. Vide commentarium in hunc locum. Valde interest, ut candidati habeant conscientiam claram de vi votorum quae libere emittunt; et in particulari de vi votorum publicorum quae intendunt emittere in societate nostra a S.Sede approbata ut iuris pontificii. Eo ipso eorum interpretatio, dispensatio, irritatio vel declaratio nullitatis subtrahitur iudicio cuiusvis privati, et iam reservatur auctoritati publicae Ecclesiae, et quidem auctoritati supremae, scilicet Summi Pontificis.

In speciali maxime interest, ut candidati sint omnino consciis de vi nostri voti iurati de perseverantia in Societate secundum art. 243-245. Vide commentarium in hunc locum.

Mgr de Mazenod, mense novembri 1841, commendavit Patri Vincens, Magistro novitiorum in N.D. de l'Osier: "Insister beaucoup sur l'importance de l'obligation que l'on contracte par l'oblation. Libre de ne pas avancer jusque là; mais cette consécration est irrévocable, est perpétuelle. Ce n'est pas pour rien qu'on contracte solennellement, en la présence de J.C. cet engagement sacré, que ce divin Maître sanctionne par son Très Saint Corps et son précieux

Sang. Malheur, mille fois malheur à celui qui romprait des liens qui ne doivent jamais être déliés par la volonté de celui qui se les est imposés." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 63.)

In Societate Jesu habetur similis dispositio, scilicet in "Regulae Societatis Jesu - Regulae Magistri Noviciorum" (ed. 1947), n.87: "Intellegant se primis votis emissis iam a Societate recedere non posse, nisi legitime dimissi fuerint, nec, sine debita facultate, ad ullam aliam religionem transire." Recolendum quod in Societate Jesu prima vota, emissa post biennium novitiatus, sunt perpetua ex parte voventis, quamquam condicionata ex parte Societatis. Vide supra ad art. 732.

N.B. Ut candidati habeant conscientiam claram de vi votorum, multum favet ut scripto petant admissionem ad oblationem. Cf. supra commentarium ad art. 735.

b) Ipsa celebratio oblationis. Art. 740-744.

1) Forma substantialis requisita ad validitatem oblationis. Art. 740.

#### Textus.

Dispositio primo legitur in ms.II (1821-1825): "Art. 8. Les voeux seront reçus par le supérieur général ou tel autre missionnaire à ce spécialement délégué par lui."

Transit ad litteram in versiones latinas, prout legitur in ed.1a (1827): "VIII. Vota suscipiuntur a Superiore generali, vel quovis alio Missionario, ab ipso ad hoc specialiter designato."

Instituta divisione Congregationis in provincias (1850/1851, articulus adaptatur novae conditioni in ed.2a (1853): "VI. Vota suscipiuntur a Provinciali aut Missionum Vicario, vel quovis alio Missionario, ab ipsis ad hoc specialiter designato."

Notabilis modificatio in ed.4a (1910): facilitatis causa ampliatur facultas recipiendi vota nomine Congregationis atque adduntur plures praecisiones. "778. Vota suscipiuntur jure quidem a Superiore generali, a Provinciali seu missionum Vicario et, eorum defectu, a Superiore locali vel ab alio Congregationis sacerdote perpetuo Oblato ad hoc ab ipsis specialiter et de scripto designato."

In ed.5a (1928) plures superadduntur praecisiones iuridicae, quin modificetur substantia dispositionis. "Vota suscipiuntur, jure quidem proprio, a Superiore generali; ejus autem nomine, a Provinciali aut a Superiore locali, tanquam ejus delegatis vi Constitutionum. Ex eorum autem speciali delegatione, de qua mentio fiet in instrumento authentico oblationis, vota suscipi poterunt a quocumque Congregationis sacerdote, perpetuo oblato."

#### Commentarium.

Suppositis necessariis ex parte personae voventis (habilitas et libertas) et Congregationis admittentis per legitimam Superiorem secundum constitutiones, requiritur et sufficit ad validam oblationem, ut servetur forma substantialis ipsius actus emissionis votorum, seu professionis religiosae. Jamvero ex iure communi ad formam substantialem requiritur et sufficit 1\* ut professio sit expressa, quin specificetur modus quo exprimi debeat. Unde in casu infirmi graviter decumbentis, qui nec scribere nec loqui possit, sufficere potest ut expresse annuat verbis oblationis sibi prolatis. 2\* Ut professio recipiatur a legitimo Superiore secundum constitutiones per se vel per alium. Cf. Can. 573, § 1.

Ius autem nostrum particulare non exigit plus ad formam substantialem nostrae professionis. Quae sunt prae mente habenda pro illis adiunctis extraordinariis in quibus est impossibile servare omnes ritus praescriptos in art. 741-744.

In Societate Jesu, relate ad ultima vota emittenda, sive sollemnia sive simplicia, hoc disponitur: "In emissione ultimorum votorum" ad validitatem requiritur et sufficit ut votum voce proferat emittens coram legitime excipiente." (Epitome Instituti, ed.4a, 1949, p.453, § 2.)

Qui suscipit vota est testis auctorizabilis, qui ex officio, nomine Congregationis et Ecclesiae, assistit professioni, ut ex hoc sit vere actus publicus. Professio dicitur fieri "in manibus" Superioris vel eius delegati, qui eam acceptant nomine Congregationis.

N.B. In Societate Jesu prima vota Scholasticorum et Coadiutorum approbatorum - quae sunt simplicia et perpetua - dicuntur "non in manibus cuiusquam emitti", quia in formula horum votorum nulla fit mentio hominis acceptantis. Ista vota sunt quidem "publica" (nomine Ecclesiae a legitimo Superiore ecclesiastico acceptantur), sed ex parte Societatis sunt condicionata, ita ut candidatus censeatur et sit etiam tunc in statu probationis, seu nondum simpliciter et vere Societati incorporatus; propterea additur tribus votis religiosis sequens: "et promitto eandem Societatem me ingressurum, ut vitam in ea perpetuo degam". Cf. Constitutiones S.J., P.V, cap.IV, nn.3 et 4; Epitome Instituti S.J., ed.4a (1949), nn.417, § 2; 405, § 1.

Constitutiones nostrae determinant in praesenti articulo 740 legitimum Superiorem qui apud nos gaudet facultate recipiendi professionem nomine Congregationis per se vel per alium ab ipsis delegatum. Jamvero talis Superior est apud nos:

1\* Superior generalis qui recipit vota iure ordinario (ex ipso suo munere) et proprio seu proprio nomine, tamquam Superior proprius et supremus Societatis nostrae. Eius facultas recipiendi vota est universalis, se extendens ad candidatos profitentes cuiusvis provinciae vel vicariatus.

Superior generalis solus recipit vota iure proprio seu proprio nomine. Quamvis hoc expresse habeatur solum in ed. 1928, implicite tenebatur ab initio, ut patet ex formula oblationis, qualis iam legitur in ms.I (1818): "... et devant vous, mon Père N. ..., supérieur général des Missionnaires de Provence (ou bien: devant vous, mon Père N. ..., délégué par le supérieur général) qui tenez la place de Dieu".

Item habetur in Societate Jesu: "Potestas excipiendi, nomine Societatis, tam prima quam ultima vota pertinet ad Generalem, vel ad eum quem sibi substituerit." (Epitome Instituti, ed.4a, n.411, § 1.)

2\* Provincialis, cui assimilatur Vicarius (art. 511) et Superior localis, qui recipiunt vota iure delegato a Superiore generali et eius nomine. Ista autem facultas eis delegatur "vi Constitutionum", ita ut absque speciali actu delegationis, sint habitualiter et generaliter capaces recipiendi vota.

Similiter eorum vices-gerentes ad normam Constitutionum (art. 454, 456, 547, 590, 599) censendi sunt delegati "vi Constitutionum". Talis erat iam interpretatio Fundatoris. Notat in suo "Journal" sub die 6-3-1844: "Lettre au P.Honorat... 4\* Le P. Supérieur pourra déléguer pour recevoir les novices. S'il était absent quand une oblation devra avoir lieu, celui qui tient la place pourra le recevoir." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 75.)

Provinciales et Superiores locales fruuntur delegatione habituali recipiendi vota intra limites suae competentiae, scil. in propria provincia vel respective domo aut districtu. "Locus regit actum." In iure Societatis Iesu **huius fit** expressa mentio: A Generali sibi habitualiter substituuntur ad excipienda vota: Provincialis loci in quo emittuntur, Superior localis... Cf. Epitome Instituti, ed. 4a (1949), n. 411, § 2.

3\* Omnes supradicti Superiores vota recipere valent per alium ab ipsis delegatum, intra limites suae competentiae. Ut huiusmodi substitutio sit valida, requiritur et sufficit (1) ut fiat "speciali delegatione", i.e. actu proprio et distincto quo designatur, explicite vel implicite, persona delegata vel personae delegatae et obiectum ad quod delegantur, scil. una vel plures oblationes determinatae suscipiendae; (2) ut substituendus sit persona habilis, scil. "sacerdos Congregationis perpetuo oblatus".

Quamvis e iure communi non excluditur, ut ad vota suscipienda delegatur extraneus, excluditur tamen e nostro iure particulari, ita ut nequidem Episcopus extraneus delegari possit ad oblationem recipiendam absque speciali indulto. Quid fieri possit practice, vide ad art. 741.

Experientiae factae durante perturbatione universali bellorum 1914-1918 et 1939-1945 ostendunt esse desiderabile, ut ampliatur facultas delegandi ad oblationem recipiendam, ita ut etiam extraneus delegari possit positis ponendis. In Epitome Instituti Societatis Iesu, ed. 4a (1949), n. 412, legitur: "Cum aliquo qui de Societate non sit, ut Episcopo vel persona in dignitate ecclesiastica constituta, potest Generalis, isque solus valide, potestatem communicare quaelibet vota Societatis excipiendi; licite autem id non fit, nisi quando nullus sollemniter Professus eo loco sit ubi vota emittuntur."

Nunc iam non requiritur, ut delegatio fiat scripta, prout requirebatur olim sub regimine editionis 4ae (1910). Vide supra. Mentio scripto facienda in instrumento authentico oblationis evidenter non postulatur ad validitatem actus oblationis praecedentis.

## 2) Liturgia oblationis. Art. 741-744.

Ritus oblationis praescriptus in Constitutionibus nostris sancitur a iure communi: can. 676, § 1. Nemini licet proinde pro arbitrio suo illum modificare. Quodsi occurrant adiuncta extraordinaria, saltem forma substantialis servanda, de qua supra.

Casu quo necesse est renovare vota temporaria ad breve tempus ut expectetur oblatio perpetua, huiusmodi renovatio videtur posse fieri in forma simpliciore, scil. extra missam, coram illo qui legitime recipit vota et duobus testibus. Apud Redemptoristas habetur dispositio expressa de hac re: Constitutiones Capitulares, ed. 1936/1947, n. 1157.

### Fontes nostrae liturgiae oblationis.

In Constitutionibus-Regulis S. Alphonsi P. de Mazenod de hac re nihil invenit. Caeterum ritus traditionalis Redemptoristarum omnino differt a nostro: oblatio fit extra missam, illique admiscuntur dialogus inter recipientem et profitentem, recitatio vel cantus plurimorum psalmorum et orationum; formula oblationis est multo amplior (vide textum apud Cosentino, Histoire de nos Règles, I, p. 126.).



Fundator noster certo cognovit praxim quorundam Institutorum religionum celebrandi professionem intra missam ibique invenit exemplum ad ordinandam caeremoniam oblationis suorum Missionariorum. In particulari eum inspirare potuerunt Constitutiones S.J., P.V, Cap.III: "2. In primis Praepositus Generalis, vel qui, accepta ab eo facultate, ad professionem admittet, postquam publicae Missae Sacrificium obtulerit in ecclesia coram domesticis et aliis externis qui interfuerint; cum Sanctissimo Sacramento Eucharistiae ad eum qui professionem est emissurus se convertat. Ille autem, absoluta generali Confessione et verbis quae ante Communionem dici solent, voce alta votum suum scriptum (quod aliquot ante dies consideraverit oportet) leget; cuius formula haec est: - 3. Ego N. professionem facio... (formula professionis, de qua infra) - 4. Post haec, sumet sanctissimum Eucharistiae Sacramentum. Quibus peractis, in libro, quem ad hoc habebit Societas, eius nomen, qui professionem emisit, et illius in cuius manibus emisit, annotato die, mense et anno, scribetur; et eius vota scripta asservabuntur, ut omnia semper constare possint ad Dei gloriam."

1\* Oblatio emittenda intra Missam. Art. 741.

#### Textus.

Dispositio iisdem fere verbis iam legitur in ms.I (1818): "Le jour fixé pour l'oblation, le supérieur général ou celui désigné par lui offrira le saint sacrifice, auquel assistera toute la communauté; au moment de la communion, il se retournera vers le novice, tenant entre ses mains le très saint Sacrement; le novice, assisté du maître des novices et entouré de la communauté, proférera à haute et intelligible voix la formule de son oblation, qu'il aura écrite et signée de sa propre main, en ces termes: ..."

In ms.II (1820-1825), una correctio verbalis et duae omissiones: "Art. 9. Le jour fixé... le supérieur général ou celui qu'il aura délégué offrira...; au moment de la communion, le novice, assisté du maître des novices et entouré de la communauté, proférera... la formule de son oblation, qu'il aura écrite et signée de sa propre main."

Transit in versiones latinas et sic legitur in ed.1a (1827): "Die oblationi indicto, Superior generalis, vel ejus delegatus sacrosanctum sacrificium offeret, cui aderunt omnes de eadem domo; proxime ante communionem novitius a novitiorum magistro adjutus, tota circumstante communitate, oblationis suae formulam, manu sua scriptam et proprio nomine signatam, clara et aperta voce proferet."

In ed.2a (1853) textus adaptatur institutioni provinciarum: "IX. Die oblationi indicto, Provincialis aut Vicarius, vel eorum delegatus sacrosanctum sacrificium offeret..." Item in ed.3a (1894).

In ed.4a (1910) oblatio temporaria praemittenda oblationi perpetuae imposita est universaliter omnibus candidatis (art. 770-771); facultas recipiendi vota habitualis attributa est quoque Superiori locali (art. 778). Unde praesens dispositio corrigitur ad mentem: "Die oblationis indicto, qui vota suscepturus est sacrosanctum Sacrificium offeret...; proxime ante communionem, admissus ad vota a novitiorum Magistro, seu scholasticorum Moderatore vel alio sacerdote adjutus, tota circumstante communitate, oblationis suae formulam..."

In ed.5a (1928) duae modificationes mere verbales: "vel ab alio sacerdote comitatus" loco formulae pristinae "adjutus"; "et proprio nomine subsignata" loco verbi "signata".

Commentarium.

Apud nos professio religiosa fit proinde normaliter inter s.Missam. Et merito! Traditio religiosa habet emissionem trium votorum religiosorum ut "holocaustum" (cf. 2.2, q.186, art.7). Atque professio nostra habetur ut actus quo oblatus devovetur specialiter vitae et missioni Salvatoris Jesu Christi participandae (Constitutiones, art. 1). Iamvero vita et missio redemptrices Christi Dominio consummatae sunt in sacrificio Crucis, a quo derivatur omnis virtus redemptrix mediante praecipue SS. Eucharistiae sacrificio et sacramento. Unde valde congruit, ut "holocaustum" nostrae oblationis offeratur durante sacrosancto Missae sacrificio, ut sacrificium Oblati uniatur sacrificio Christi Redemptoris non solum interiorius, sed etiam exteriorius et liturgice. Sacrificium Christi est exemplar, forma et quasi anima vivificans et transformans sacrificium Oblati. Quid valeret oblatio nostra, si non esset unita oblationi Christi?

S.C. Rituum disposuit, ut professio religiosa, si fit inter Missae celebrationem, ordinetur secundum decreta S.C.R. 27 aug. 1894 et 5 jun. 1896 (cf. Decr. auth., nn. 3836 et 3912), prout fit apud nos.

Cum munus suscipientis vota sit, ut interveniat tamquam testis autorizabilis seu ex officio, sufficit ad validitatem oblationis, ut qua talis praesens sit, quin ipse Missam celebret, quod tamen apud nos requiritur ad liceitatem secundum Constitutiones. Unde, data causa proportionate gravi (v.g. quia congruum apparet ut episcopus vel alia dignitas ecclesiastica aut sacerdos propinquus candidati profitentis partem habeant in caeremonia), videtur posse feiri exceptionem, ita ut extraneus celebret Missam, et Superior competens vel delegatus sacerdos oblatus assistat ex officio emissioni votorum atque tradat crucem, scapularam etc.

Talem modum agendi sequebantur aliquando tempore Fundatoris. Ipse describit oblationem Patris Durocher in epistola ad P.Vincens, Mag. nov. N.D. de l'Osier, die 10 dec. 1848: "Le P. Durocher a fait sa profession le 15 oct. en présence de deux évêques et d'un si grand nombre de prêtres et d'autres personnes qu'il a fallu faire la cérémonie dans l'église paroissiale. C'est Mgr l'évêque de Juliopolis (i.e. Mgr Provencher, episc. auxil. Québec pro territ. N.-W.) qui a dit la messe et fait l'allocution, Mgr de Montréal était présent. Bien entendu que le Supérieur a reçu les vœux, béni la croix et le scapulaire." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 76.)

"Aderunt omnes de eadem domo... tota circumstante communitate".

S.Missa in qua celebratur oblatio alicuius e nostris est plus unquam sacrificium communitatis: le beau sacrifice du matin de la communauté. Est eventus notabilis nostrae vitae familiaris: quasi baptismus novi membri quod nascitur familiae, vel nuptiae spirituales unius e nostris cum Deo animae suae. Omnino decet, ut omnes confratres adsint, in quantum possibile: "Voveo in praesentia omnium circumstantium Fratrum".

Fratres adstantes sunt solummodo testes maioris sollemnitatis accidentalis, quin eorum praesentia requiratur ad validitatem actus.

"Clara et aperta voce", i.e. "à haute et intelligible voix", ut habet ms.I (1818). Est enim actus publicus et sollemnis in Ecclesia Christi. Vovens loquitur alta voce pro praesenti, ut omnes circumstantes audiant et intelligant electionem suam sintque testes promissionis suae; scribit pro futuro, ut semper constet de sua voluntate: "formulam manu sua scriptam et proprio nomine subsignatam, clara et aperta voce proferet."

Caeterae ceremoniae sunt accessoriae et variant secundum gradum professionis. Describuntur in nostro libro caeremoniali. Cf. editionem 7am, "Vade mecum des Missionnaires O.M.I.", Romae, 1958, pp. 277ss.

Iam in Capitulo generali 1867, in quo primo stabilierunt professionem annuam pro novitiis scholasticis subdiaconatui minoribus, habetur ex sess. 14: "Haec annua scholasticorum sicut et annua ac quinquennalia laicorum vota, intra missam utique, sed minori quam perpetua apparatu celebrabuntur." Cf. "Vade Mecum des Miss. O.M.I., ed. 7a, pp. 288s.

In particulari quod attinet ad allocutionem quae fieri solet durante Missa occasione primae oblationis et oblationis perpetuae, notat R.P. Leyendecker in suocommentario ad hunc art. 741 illam fuisse in usu iam tempore Fundatoris, prolatam vel a sacerdote suscipiente vota vel ab alio ad hoc electo; per plura decennia praxim fuisse illam pronuntiare post communionem celebrantis, postea vero post Evangelii proclamationem in priore parte Missae.

In prima editione nostri ritualis "Manuel de Prières et Cérémonial", Paris, 1865, p. 106, legitur sequens rubrica: "III. Celebrans missam incipit et prosequitur usque ad finem sancti Evangelii, quo lecto, Manipulum deponit, et conversus ad profitentes, illos instruit et admonet de re tanti momenti quam aggreduuntur."

2\* Oblationis formula. Art. 742.

#### Textus.

Paucis mutatis, semper idem abhinc ms.I (1818): "Au nom de Notre-Seigneur Jésus-Christ, en la présence de la très sainte Trinité, de la Sainte Vierge Marie, de tous les anges et de tous les saints, de tous mes frères ici réunis, et devant vous, mon Père N..., supérieur général des Missionnaires de Provence (ou bien: devant vous, mon Père N..., délégué par le supérieur général), qui tenez la place de Dieu, je, N..., fais profession, promets à Dieu et fais voeu de chasteté et d'obéissance perpétuelle; je jure et fais pareillement voeu de persévérer jusqu'à la mort dans le saint Institut et dans la Société des Missionnaires dits de Provence. Ainsi, Dieu me soit en aide."

Hac formula usi sunt P. de Mazenod eiusque socii in prima emissionem generali votorum die prima nov. 1818. Cf. Rambert, Vie de Mgr de Mazenod, T.I, pp. 290s.

In ms.II (1821-1825) additur votum paupertatis (ex Cap. gen. 21 oct. 1821) et formatur distinctus articulus: "Art. 10. La formule de l'oblation sera conçue comme il suit: Au nom de Notre Seigneur Jésus-Christ, en la présence... Je N.N. fais voeu de Pauvreté, de Chasteté..."

Ms.V (1825), prima versio latina: "X. Oblationis formula sequentibus verbis exprimetur: "In nomine Domini nostri Jesu Christi, in praesentia sanctissimae Trinitatis, Beatae Virginis Mariae... et coram te, Pater (N), Superiore generali Missionariorum Gallo-Provinciae dictorum, vel: coram te, Pater (N), Superioris generalis legato, profiteor, Deo meo promitto et voveo... in sancto Instituto et in Societate Missionariorum Gallo-Provinciae dictorum. Sic Deus me adjuvet. Amen."

Non obstante animadversione Cardinalis Pallotta in Commissione pontificia examinante Constitutiones nostras intuitu approbationis papalis anno 1826, inseritur in formula oblationis novus titulus SS. et Immaculatae Virginis Mariae. (cf. "Missions O.M.I.", 1952, pp. 509 et 511.) Atque non obstante

observatione eiusdem Cardinalis Pallotta de jurejurando annexo voto perseverandi ad mortem usque in Instituto, illud servatur in formula oblationis. (Vide "Missions O.M.I.", 1952, pp. 510, 512 et 514.)

Unde legitur in ed.1a (1827): "X. Oblationis formula, subsequentibus verbis exprimitur: IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, IN PRAESENTIA SANCTISSIMAE TRINITATIS, BEATAE VIRGINIS MARIAE, OMNIUM ANGELORUM, ET OMNIUM SANCTORUM, ET OMNIUM CIRCUMSTANTIUM FRATRUM, ET CORAM TE, PATER N. SUPERIORE GENERALI MISSIONARIORUM-OBLATORUM SANCTISSIMAE ET IMMACULATAE VIRGINIS MARIAE; vel CORAM TE, PATER N. SUPERIORIS GENERALIS LEGATO, QUI DEI VICES GERIS, EGO N. PROFITEOR, DEO MEO PROMITTO ET VOVEO PAUPERTATEM, CASTITATEM ET OBEDIENTIAM PERPETUAM; PARITER JUREJURANDO VOVEO AD MORTEM USQUE PERSEVERATURUM IN SANCTO INSTITUTO ET IN SOCIETATE MISSIONARIORUM-OBLATORUM SANCTISSIMAE ET IMMACULATAE VIRGINIS MARIAE. SIC DEUS ME ADJUVET. AMEN."

In ed.2a (1853) tres modificationes mere verbales: "VIII. Oblationis formula, subsequentibus verbis exprimitur: IN NOMINE... ET CORAM TE, RR. PATER N. SUPERIORE GENERALI... vel CORAM TE, R. PATER N...."

In ed.4a (1910) textus adaptatur casibus quibus emittuntur vota temporaria: "780. Oblationis formula, subsequentibus verbis exprimitur: IN NOMINE DOMINI... vel CORAM TE, R. PATER N. , a SUPERIORE GENERALI DELEGATO... OBEDIENTIAM PERPETUAM (vel AD ANNUM, vel AD TRIENNIUM), PARITER JUREJURANDO VOVEO AD MORTEM (vel AD ANNUM, vel AD TRIENNIUM) USQUE PERSEVERATURUM..."

Huiusmodi adaptatio emissioni oblationis temporariae fuit evidenter in usu a quo tempore incipiebant emittere vota temporaria, et quidem primitus fratres coadjutores. Patet ex formula in lingua gallica in "Manuel de prières et Cérémonial O.M.I.", ed. 1865: "Formule d'Oblation. - Pour les Frères convers.

+ Au nom du Père, du Fils et du Saint-Esprit.

Au nom de Notre-Seigneur Jésus-Christ, en présence de la Très-Sainte Trinité, de la bienheureuse Vierge Marie, de tous les Anges, de tous les Saints, de tous mes Frères ici réunis et devant vous,

(Pour le Supérieur Général)

Mon Très-Révérend Père, N...., Supérieur Général, qui me tenez la place de Dieu,

(Pour les autres Pères)

Mon Révérend Père, N...., délégué par le Supérieur Général, et qui me tenez la place de Dieu,

Moi, N...., promets à Dieu et fais voeu de pauvreté, de chasteté et d'obéissance pour (un an, ou cinq ans, ou toute ma vie). Je jure et fais pareillement voeu de persévérer pendant (un an, ou cinq ans, ou toute ma vie) dans le saint Institut et la Société des Missionnaires Oblats de la Très-Sainte et Immaculée Vierge Marie. Ainsi Dieu me soit en aide. Ainsi soit-il."

In ed.5a Constitutionum-Regularum (1928), in introductione articuli, substituunt terminum "sequentibus verbis" termino pristino "subsequentibus verbis".

P. Leyendecker notat in suo commentario ad hunc art. 742: "Reiecta est a. 1938 - (i.e. in Capitulo gen. 1938) - motio, ut etiam S. Joseph fiat mentio."

Commentarium.

Nota simplicitatem et claritatem nostrae formulae professionis, quod magis adhuc apparet ex comparatione cum formulis alibi usitatis. Vide infra.

Evidens est non omnia esse substantialia requisita ad validitatem professionis, sed solum illa quibus enuntiatur quod Deo et Instituto proprie voveatur. In particulari non requiritur ad validitatem oblationis, ut persona recipiens vota designetur in formula, ita ut, si eius nomen ignoretur vel quis de eo decipiatur, validitas actus minime inficiatur. Essentiale est, ut suscipiens vota praesens sit tamquam testis apporizabilis. Cf. supra ad art. 741.

Mgr de Mazenod scripsit die 25 sept. 1849 Patri Dassy, Superiori novitiatus Nancy, ad dissipandos scrupulos P. Dony, qui, faciens oblationem, pronuntiaverat quaedam verba confuse et implicite (inarticulé): "Il n'y a pas l'ombre d'inquiétude à avoir sur le mâchonnement des mots "in Sancto Instituto" etc. Ce qui précède explique suffisamment l'intention et la volonté. Il eut été pourtant plus convenable de lui faire répéter plus distinctement la phrase. Et pour ne pas attendre le premier renouvellement solennel qui n'aura lieu qu'à la Toussaint et par lequel, dans notre Institut, on rectifie tout ce qu'il y a pu avoir de défectueux dans la profession, vous pouvez faire prononcer de nouveau au frère, en votre présence, la formule telle qu'elle est imprimée. Je ne le regarde pas comme nécessaire, mais c'est pour le tranquilliser davantage." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 77.)

Quod autem attinet ad reparationem defectuum oblationis hodie praesente habendae sunt dispositiones can. 586. Vide infra NB 1\* ad art. 746.

Apud nos votum iuratum perseverantiae in Societate additur omni oblationi, tum perpetuae tum temporariae: "voveo ad mortem (vel ad annum vel ad triennium) perseveraturum..." Theologice nihil obstat huic modo agendi, caeterum approbato a S.Sede. Cf. commentarium in art. 244.

In aliis Institutis aliter dispositum est. Ita apud Redemptoristas votum iuratum perseverantiae additur solum oblationi perpetuae: Constitutiones et Regulae, ed. 1922, P.III, Cap.II, n.III; Constitutiones Capitulares, ed. 1936/1947, nn. 1158 et 1159. Item in "Société de Marie" (P. Chaminade): cf. Constitutions, éd. 1925, art. 14, 20, 53-57. Apud "Presbyteros Societatis Mariae" (vulgo "Maristes", fundatore Claude Colin) sacerdotes vocantur ad "secundum novitiatum" elapsis decem annis a prima professione et trigesimo quinto saltem aetatis anno completo; qua probatione expleta (per unum annum aut sex menses), renovant vota religiosa et addunt votum stabilitatis in Societate adusque mortem, si admittuntur a Superiore generali. Idem stabilitatis votum emittere possunt Fratres Coadjutores temporales, post decem aut sex saltem annos a prima professione, et modo quadragesimum aetatis annum attigerint. Cf. Constitutiones, ed. 1923, art. 153-156.

Formula nostrae oblationis est iptimum nutrimentum meditationis frequenter renovandae, ut percipiamus sensum et fructum spiritualem professionis. Quamvis ista sit certo actus publicus in foro Ecclesiae, gignens effectus canonicos, attamen est etiam ante omnia actus excellens vitae spiritualis completus in foro interno, in quo res agitur inter Deum et animam credentem et amantem: "In nomine D.N.J.-C., in praesentia SS.Trinitatis, M.V...."

V.Fundator noster, loquens de voto obedientiae facto privatim a semetipso et P. Tempier in nocte Feriae V in Coena Domini 1816, notat in suis "Mémoires": "Le jeudi saint (11 avril 1816), nous étant placés tous les deux sous l'échafaudage du beau reposoir que nous avons élevé sur le maître-autel

de l'église de la Mission, dans la nuit de ce saint jour, nous fîmes nos vœux avec une indicible joie. Nous savourâmes notre bonheur pendant toute cette belle nuit en la présence de Notre-Seigneur, au pied du trône magnifique où nous l'avions déposé pour la messe des présanctifiés du lendemain, et nous priâmes ce divin Maître, si sa volonté était de bénir notre oeuvre, d'amener nos compagnons présents et ceux qui, dans l'avenir, s'associeraient à nous, de comprendre tout ce que valait cette oblation de tout soi-même, faite à Dieu, quand on voulait le servir sans partage et consacrer sa vie à la propagation de son saint Evangile et à la conversion des âmes." (Cit. apud Rambert, Vie de Mgr de Mazenod, I, pp.187s; Leflon, Eugène de M., II, pp.49s.)

Et circa finem vitae suae, occasione oblationis P. Bovis, huic neo-oblato scripsit die 29 oct. 1859: "Je vous félicite du bonheur que vous avez eu de vous consacrer pour la vie à servir Dieu et à travailler à la sanctification des âmes dans la Congrégation qui milite sous les étendards de Marie Immaculée. En faisant votre bienheureuse profession, vous avez signé le contrat de votre prédestination. Soyez fidèle de votre côté, Dieu ne vous manquera pas de parole. Il a accepté votre consécration, et il vous a promis la vie éternelle - Cette promesse se vérifie à la mort de chacun des nôtres, j'entends de ceux qui meurent dans le sein de leur mère, la sainte Congrégation des Oblats de Marie Immaculée. Ils sont tous morts en vrais prédestinés. - C'est donc une grâce inappréciable que celle de votre vocation. Sachons-le comprendre et ne cessons pas d'en remercier la bonté de Dieu qui nous a choisis parmi tant d'autres par un pur effet de sa miséricorde infinie. Sera-ce trop de sacrifier notre vie au service d'un si bon Maître? Oh! non. Ne craignons pas d'en trop faire." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 77s.)

Nostra formula oblationis etiam sufficienter innuit, cuiusnam naturae sit aggregatio Congregationi et ea mediante statui religioso, qualis habetur in omni professione religiosa. Illa aggregatio certo non est adscriptio mere iuridica alicui corpori sociali, sed insertio intima et vitalis in familia religiosa et ea mediante in Ecclesia, Corpore Christi mystico, Civitate sancta, parata Sponso.

Iuvat citare epistolam V. Fundatoris diei 18 aug. 1843 ad fr. Carolum Baret: "Vous n'étiez que novice, mon cher fils, quand vous m'avez écrit le 5 août. Vous voilà aujourd'hui l'enfant de la Congrégation qui se glorifie à juste titre d'avoir la T. Sainte Vierge Marie Immaculée pour mère. Vous voilà consacré à Dieu pour la vie et au-delà par votre oblation. Je dois ajouter en toute humilité, mais avec grande consolation, que je suis aussi devenu par là votre père. Je ne vous connais pas personnellement, mais comme l'affection qui m'unit à mes enfants est essentiellement d'un ordre surnaturel, il me suffit de savoir que Notre Seigneur J.-C., notre commun Maître, a reçu vos serments, qu'il vous a adopté et marqué du sceau qui nous constitue ce que nous sommes, pour que des liens de la plus intime charité nous unissent et que je sois à vous pour toujours, comme vous êtes à moi..." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 78.)

#### Origo nostrae formulae oblationis.

Non est mirum inveniri inter varias formulas professionis religiosae similitudines plus minusve notabiles. Revera, objectum essentielle est semper idem, scil. promissio Deo facta observandi tria consilia evangelica in determinato Instituto ab Ecclesia approbato.

Formula Redemptoristarum: vide eam in "Constitutiones Capitulares" ed. 1936/1947, nn. 1158sq; Cosentino, Histoire de nos Règles, I, p.126. Valde differt a nostra formula estque multo amplior; vovens perpetuo addit votum iuratum perseverantiae in Congregatione tangendo librum Evangeliorum; et in omni professione additur: "renuntians omnibus dignitatibus, beneficiis et officiis ecclesiasticis extra Congregationem forte offerendis... meque his votis et iuramento obstrictum declaro, modo in Regulis et Constitutionibus a Benedicto XIV approbatis, et in Privilegiis hujus Instituti expresso..."

Vix probabile est Patrem de Mazenod cognovisse hanc formulam anno 1818. Revera, non invenitur in libro Constitutionum et Regularum, quem ipse prae manibus habuit componens nostras Regulas mense septembri 1818.

Formula nostra maiorem similitudinem habet cum illa, quae in usu est in Societate Jesu: "Ego N. professionem facio, et promitto omnipotenti Deo coram eius Virgine Matre, et universa caelesti Curia, ac omnibus circumstantibus, et tibi Patri Reverendo N., Praeposito Generali Societatis Jesu, locum Dei tenenti, et Successoribus tuis (vel...) perpetuam paupertatem, castitatem et obedientiam, et, secundum eam, peculiarem curam circa puerorum eruditionem, iuxta formam vivendi in Litteris apostolicis Societatis Jesu et in eius Constitutionibus contentam.

Insuper promitto specialem obedientiam Summo Pontifici circa missiones, prout in eisdem Litteris apostolicis et Constitutionibus continetur.

Romae (vel alibi, tali die, mense et anno, et in tali ecclesia."  
(Cf. Constitutiones S.J., P.V, Cap.3, n.3.)

Praedicta formula est eorum qui emittunt 4 vota sollemnia. Qui emittunt solum tria vota sollemnia omittunt incisum de promissione speciali obedientiae Summo Pontifici circa missiones.

Omnes Professi votorum sollemnium addunt quinque vota simplicia de variis obiectis (de non immutandis eis quae in Constitutionibus ordinata sunt circa paupertatem, nisi sit magis restringenda; de non praetendendo et nihil agendo intuitu promotionis ad aliquam praelationem vel dignitatem in Societate.. nec extra Societatem, etc.).

Formula votorum Coadiutorum spiritualium et Coadiutorum temporarium formatorum paululum differt a formula votorum sollemnium.

Habetur insuper formula "primorum votorum", quae scil. emittuntur finito biennio novitiatus a Scholasticis et a Coadiutoribus approbatis. Est valde diversa a nostra formula oblationis: non fit mentio personae excipientis vota (vide supra ad art. 741, NB), inseritur promissio ingrediendi Societatem Jesu... Variarum formularum emissionis votorum in usu in Societate Jesu inveniuntur in "Regulae Societatis Jesu", Appendix (ed. 1947, pp.302sq).

3\* Communio eucharistica vel Missae celebratio. Art. 743.

#### Textus.

Iam in ms.I (1818) legitur: "il recevra ensuite le corps de Jésus-Christ, s'il n'est pas prêtre; s'il est prêtre, il ne dira la messe qu'après avoir fait ses vœux, qu'il renouvellera avant de communier"

In ms.II (1821-1825): "XI. Le nouvel Oblat recevra ensuite le corps de Jésus-Christ..." Transit in versiones latinas taliter qualiter.

Non obstante observatione Cardinalis Pallotta, occasione examinis commissionis pontificiae mense febr. 1826, retinetur in Constitutionibus et approbatur cum caeteris. Cf. "Missions O.M.I.", 1952, pp.510/512. Et sic

legitur in ed.1a (1827): "XI. Post haec, recens oblatus sacrum Christi corpus accipiet, si non sit sacerdos; si sacerdotio sit insignitus, nonnisi post emissa vota, missam celebrabit, et ista ante communionem revovebit."

In ed.2a (1853) additur unum verbum in fine: "et ista ante communionem mentaliter revovebit." Caeterum talis fuit mens et usus statim ab initio, ut patet explicatione facta a Patre de Mazenod Card. Pedicini die 14 febr. 1826 relate ad objectionem Card. Pallotta, de qua supra. Cf. "Missions", 1952, pp.515/516.

In ed.5a (1928) legitur in fine "mentaliter renovabit" loco termini anterioris "revovebit".

#### Commentarium.

Communio qua partem habemus in victima immolata, merito interpretatur ut signum Deum acceptum habere sacrificium, ut signum quoque unionis intimioris cum Ipso. Cf. Praefationem SS. Sacramenti propriam quibusdam locis: "Et nos, unam secum hostiam effectos, ad sacrum invitat convivium, in quo ipse cibus noster sumitur, recolitur memoria Passionis eius, mens impletur gratia, et futurae gloriae pignus datur."

Professio religiosa inaugurat plenioram vitam communem cum fratribus eiusdem familiae religiosae; sed magis adhuc sigillat vitam communem intimam cum Filio unigenito ad servitium Patris. Et hoc optime exprimitur et mire efficitur per communionem eucharisticam: elle est le point de départ d'une vie commune avec le CHRIST.

P. Leyendecker, in suo commentario ad hunc art. 743, suggerit aliam considerationem: "Antiquus erat usus in iure, ut quis post iuramentum veritatis recipiat Corpus Christi, in confirmationem vel in vindictam, si mentitus erat."

#### 4\* Complementum caeremoniae: crucis et scapularis traditio. Art. 744.

#### Textus.

In ms.I (1818): "Quand le supérieur aura fini la messe, il donnera la croix au nouvel Oblat, comme il est marqué dans le cérémonial."

In ms.II (1821-1825): "Art. XII. Quand le Supérieur général ou son délégué aura fini la Messe, il donnera la croix..."

Transit ad litteram in versiones latinas, prout legitur in ed.1a (1827): "XII. Quando Superior generalis, vel ejus legatus, missam finierit, oblatum cruce induet, juxta modum in caeremoniali nostro praefixum."

In .ed.2a (1853) textus adaptatur institutioni provinciarum et additur remissio scapularis, quod postulaverat Capitulum gen. 1837. "X. Quando Provincialis, Vicarius aut eorum legatus, missam finierit, oblatum cruce induet et scapulari vestiet Congregationis, juxta modum..."

Capitulum gen. 1867 imponit vota annua novitiis scholasticis subdiacognatu minoribus atque in sua sessione 12 crucem et scapulare expresse reservat perpetuo voventibus. Attamen in ipsis Constitutionibus 1894 servatur adhuc textus editionis 1853, quamvis praxis certo habuisset, ut crux et scapulare traderentur solum perpetuo voventibus.

Tandem aliquando in ed.4a (1910) modificatur et simplificatur textus Constitutionum: "782. Quando qui vota suscipit missam finierit, Oblatum, si est perpetuo professus, cruce induet et scapulari vestiet Congregationis." Reliqua omittuntur. Et ita in ed.5a (1928).



Commentarium.

Usus ferendi crucem tanquam signum distinctivum sat cito introductus est apud nos, ut patet ex ms.I (1818), 2e partie, chap.I, in sectione "Des autres principales observances" (post paragr. de voto perseverantiae): "Ils n'auront d'autre signe distinctif que celui qui est propre de leur ministère, c'est-à-dire un crucifix, qu'ils porteront toujours suspendu à leur cou, pendant sur la poitrine, fixé par la ceinture et le cordon auquel il sera attaché." (éd. "Missions" 1951, p. 57.)

De significatione et cultu nostrae crucis oblaticae, vide supra art. 309-311 et commentarium in h.l.

Benedictio crucis (cf. "Vade mecum des Miss. O.M.I.", éd. 1958, pp. 279ss) non est nobis propria; idem ritus eademque formulae inveniuntur etiam in ritualibus approbatis aliorum Institutorum.

Quod attinet ad scapulare album Immaculatae Conceptionis, scimus illud fuisse decretum in Capitulo gen. 1837. Cf. Régistre des Chapitres gén. Rome, Archives générales, t. I; Etudes Oblates, 1943, p. 79; P. Cosentino, Nos Chapitres généraux, Ottawa, 1957, p. 44; Idem, Histoire de nos Règles, III, pp.160s.

V.Fundator, ad obtinendas indulgentias Oblatis gestantibus praedictum scapulare, Gregorio XVI misit libellum supplicem sequentis tenoris: "Congregatio Missionariorum O.M.I.... humiliter exponit, decretum esse a Capitulo generali ejusdem Congregationis, justa Regulas coacto anno 1837, ut in die professionis aut renovationis votorum, singula familiae membra parvum Scapulare albi coloris cum impressa imagine SS. Virginis Mariae Immaculatae acciperent, secreto gestandum velut signum speciale ipsisque proprium devotionis erga illud venerabile mysterium, postulatque suppliciter, ut gestantibus praedictum Scapulare, a Superiore prius benedictum et impositum, indulgentias omnes Scapulari Carmelitano adnexas, ac insuper Indulgentiam plenariam in die decima septima februarii quae est erectae Congregationis anniversaria, S.V. velit benigne concedere.

Mens Missionariorum amplissimam illam gratiam expostulantium ea est, ut hunc favorem velut suae Societatis membris personalem obtineant, solisque Religiosis professis limitatum, et sic jura confraternitatum quibus hujus generis indulgentiae concessae fuerunt integra serventur." (Cit. in Constitutionibus et Regulis, ed. 2 et 3, pp. 207sq; Etudes Oblates, 1943, pp.79s.)

P.Guibert, Superior Seminarii Maj. Ajaccio, libellum personaliter remisit Gregorio XVI in audientia 16 aprilis 1838. S.S. obiecit quidem difficultatem, sed rem benigne remisit S.C. Indulg., quae, ex audientia Sanctissimi, concessit omnes et singulas Indulgentias adnexas Scapularibus B.M.V. de Monte-Carmelo, die 30 aprilis 1838. Cf. Paguella de Follenay, Vie du Cardinal Guibert, t.I, pp.494s; Etudes Oblates, 1946, pp.238s; 1943, p.80. Conspectum indulgentiarum praedictarum vide in "Vade mecum Miss. O.M.I.", éd. 1958, p.383; P. Sackett, Privilegia..., ed. "Missions", 1955, nn. 5, 14.

Mgr de Mazenod primo benedixit scapularia Immaculatae Conceptionis die 5 sept. 1843 in crypta ecclesiae nostrae N.D. de Lumières; P. Tempier ei primo scapulare imposuit, et postea Fundator illud imposuit omnibus Oblatis praesentibus. Cf. Rey, II, 166s; Baffie, Esprit et Vertus, p.204; Etudes Oblates, 1946 p.238.

Capitulum generale 1867, sess. 12, decrevit: "Pro debita reverentia mysterio Immaculatae B.V.M. Conceptionis, perpetuo vovens album scapulare B.V.M. Immaculatae facie decoratum semper deferendum, simul ac crucem vocationis suae vexillum, accipiet." Cf. Acta Cap. 1959, art. 128.

Perpetuo Oblati defuncti tumulantur vestiti illo scapulari. Mgr de Mazenod, Journal, 20-8-1843: "...Quand quelqu'un de nous sera mort, on placera le scapulaire extérieurement sur la soutane comme le jour qu'il le reçut et on l'entertera avec..." (Cit. in Etudes Oblates, 1943, p.81.)

Scapulare album Immaculatae Conceptionis est scapulare speciale, proprium nostrae Congregationi solisque Oblatis imponi potest (cf. libellum supplicem supra citatum), distinctum a scapulari caeruleo ejusdem Immaculatae Conceptionis (Clericorum reg. Theatinorum), distinctum quoque a scapulari B.V.M. de Monte-Carmelo, quamvis indulgentiae huic impertitae etiam nostro scapulari sint adnexae. Pro Oblatis illa aliena scapularia nequeunt proinde locum tenere proprii scapularis albi I.C. Huic autem videtur posse suffici numisma (médaille scapulaire) specialiter ad hoc benedictum, ad normam concessionis S.Officii 16-12-1910 (Acta Ap. Sedis, III, pp. 22sq.) Cf. Circul. 181 (1 nov. 1947), p. 28 (Circul. adm., V, p. 155).

Scapulare nostrum gaudet quidem indulgentiis omnibus adnexis scapulari Carmelitano, non autem "privilegiis" huic impertitis ("la grande promesse", le "privilège sabbatin"). Cf. Etudes Oblates, 1946, pp.240s.

Formulae benedictionis et impositionis pro nostro scapulari (vide "Vade mecum", 1958, pp.288ss) sunt eadem ac pro scapulari caeruleo (scapulaire bleu de l'Immaculée Conception) in Rituali romano, Appendix.

IV) Ea quae oblationem consequuntur. Art. 745-746.

a) Documenta scripta de oblatione peracta eorumque conservatio. Art. 745.

Textus.

In ms.I (1818): "Le secrétaire de la Société inscrira, dans le registre à ce destiné, le nom de celui qui a fait les vœux, ainsi que celui du supérieur qui les a reçus, ayant soin de marquer le jour, le mois et l'an; il gardera aussi la formule de ces vœux, écrite de la propre main de l'Oblat qui les a émis."

In ms.II (1821-1825): "Art.XIII. L'acte de l'oblation, écrit et signé par celui qui vient de prononcer ses vœux, sera signé par celui qui les aura reçus; il sera remis ensuite au secrétaire général, qui le fera signer au supérieur général et le contresignera lui-même en y apposant le sceau de l'Institut."

Prima versio latina (ms.V; 1825) inaugurat textum definitivum:

"XIII. Oblationis formula, scripta manu et signata nomine illius qui vota emisit, induetur chirographo susceptoris votorum; deinde dabitur Secretario Societatis, qui curabit ut Superior generalis huic chirographum suum apponat, quod chirographum ipse proprio apposito, et sigillo Societatis impresso, firmabit." Et ita quoque in ed.1a (1827).

In ed.2a (1853) interponitur in medio articuli nova dispositio de conficiendo instrumento authentico in speciali codice: "Oblationis formula... induetur chirographo susceptoris votorum. Deinde instrumentum authenticum hujus oblationis, in speciali codice conficietur cum subscriptione vota emitentis, duorumque testium. Formula autem mittetur ad Congregationis secretarium, qui hanc Superioris generalis chirographo, et suo proprio signatam, sigillo Societatis impresso firmabit, et in Congregationis archivo servabit.

In ed.4a (1910) additur praecisio explicativa: "783. Oblationis sive temporanae sive perpetuae formula scripta manu..."

In ed.5a (1928) plures modificationes mere verbales: "Oblationis sive temporariae sive perpetuae formula a professo scripta et subsignata, induetur chirographo illius qui vota suscepit. Deinde instrumentum authenticum..."

#### Fontes.

Dispositio de qua hic suggeritur a natura rei et fuit universaliter in usu in religiosis Institutis. Eam forsitan specialiter inspiravit textus Constitutionum S.J., P.V, cap.III, n.4: "...Quibus peractis, in libro, quem ad hoc habebit Societas, eius nomen, qui professionem emisit, et illius in cuius manibus emisit, annotato die, mense et anno, scribetur; et eius vota scripta asservabuntur, ut omnia semper constare possint ad Dei gloriam."

#### Commentarium.

Apud nos praescribitur, abhinc editione 2a (1853) Constitutionum, duplex documentum scribendum et asservandum, scil. ipsa formula oblationis et instrumentum authenticum consignandum in speciali codice. E Iure communi non requiritur nisi unum: can. 576, § 2.

Adnotatio professionis non requiritur evidenter ad eius valorem, sed tantum ad eam probendam: "ut omnia semper constare possint ad Dei gloriam." (Constitutiones S.J., l.c.) Professio religiosa est actus fori publici Ecclesiae Christi, et merito instrumento authentico eius memoria conservanda est in Congregatione, Instituto publico Ecclesiae, sicut baptismus, confirmatio, matrimonium etc inscribenda sunt in registis Ecclesiae.

Memoria oblationis scripto conservata in nostra familia religiosa non est mediocris gloriae et felicitatis, estque etiam ad aedificationem oblato- rum generationum subsequentium. P. Hilarius Balmes, Magister novitiorum (vicarius generalis Congregationis 1942-1947), solebat dicere suis novitiis: hoc optamus, ut nomen nostrum sit consignatum in duobus libris, scil. in albo oblationum et in necrologio Congregationis O.M.I.

Quoad modum scribendi illud instrumentum authenticum in speciali codice, praxis diversa decursu temporum. Aliquando repetebant ad litteram ipsam formulam oblationis cui addebant necessarias subsignationes; aliquando vero oblationis peractae relationem conficiebant secundum propriam formulam. In omni casu semper addendum tempus oblationis: dies, mensis et annus, ut patet e natura rei.

In magnis scholasticis favet habere duplicem codicem oblationum, unum pro votis temporariis, alterum pro perpetuis, cum indice alphabetico in fine.

In initio solum in Domo generali habebant album oblationum, in quo secretarius Societatis inscribere debebat successivas oblationes. Vide supra textum in ms.I. Illud primum album oblationum servatur adhuc in Archivo generali; est incompletum.

Attamen, ab initio usus ferebat, ut adnotarent factum et tempus oblationis peractae ad calcem actus referentis ingressum cuiusque novitii in novitiatum, in speciali codice domus novitiatus. Primus codex hujusmodi, sub titulo "Registre des formules d'admission au noviciat", a die 2 oct. 1815 ad 31 dec. 1850, servatur in Archivo generali Congregationis. Ex parte editus in "Missions O.M.I.", 1952, pp. 7ss.

In Capitulo generali 1843, canon IV, statuerunt, ut conficeretur actus particularis in eodem codice novitiatus de oblatione peracta. "Il est établi en règle que les actes d'oblation qui sont transmis au Supérieur Général,

resteront déposés dans les archives de l'Institut; et de plus, au lieu de se contenter de noter dans le Registre des admissions au Noviciat l'époque de la profession de chaque membre, on en fera un acte à part dans ce même Registre." (Cit. apud Cosentino, Nos Chapitres généraux, Ottawa, 1957, p. 51.)

Denique, in Capitulo generali 1850 praescribitur, ut instrumentum authenticum oblationis conficiatur in speciali codice. Exinde completur articulus respectivus in Constitutionibus, ed.2a (1853), ut supra notatum. Cf. Cosentino, Histoire de nos Règles, III, pp.166sq.

b) Effectus canonicus primae oblationis. Art. 746.

#### Textus.

In ms.I (1818): "Après l'oblation, on n'est plus soumis ni à la règle particulière du noviciat ni à l'autorité du maître des novices."

In ms. II (1821-1825), duo articuli: "Art.14. Après l'oblation, on n'est plus soumis à la règle particulière du noviciat ni dépendant de l'autorité du maître des novices. - Art.15. Si l'Oblat est prêtre, il passe sous la juridiction immédiate du supérieur local."

Traducitur latine: "XIV. Oblatio solvit omnem auctoritatem, sive regularum novitiis propriarum, sive magistri novitiorum. - XV. Si oblatus sit insignitus sacerdotio, fit superioris domus immediate subditus." Ita in ms.V (1825) et in ed.1a (1827), 2a (1853) et 3a (1894).

Cum interim imposuerint vota temporaria praemittenda votis perpetuis (vide supra ad art. 732), necesse erat determinare agi hic de prima oblatione. Fit in ed.4a (1910), in qua praeterea aliae praecisiones: "784. Prima oblatio solvit Oblatum ab omni auctoritate sive regularum novitiis propriarum, sive Magistri novitiorum. - 785. Si oblatus sit insignitus sacerdotio, fit superioris domus immediate subditus, usquedum a Superiore generali primam obedientiam accipiat."

In ed.5a (1928) e duobus articulis editionum praecedentium fit unus; supprimitur mentio explicita solutionis ab auctoritate regularum novitiis propriarum, utpote evidens; in altera parte, dispositio stabilitur modo generali, et non solum pro sacerdotibus. "746. Prima oblatio solvit oblatum ab auctoritate Magistri novitiorum eumque facit Superiori domus immediate subditum, donec Provincialis aut Superior generalis de eo aliter disposuerit."

#### Commentarium.

Professio religiosa terminat probationem novitiatus et professum incorporat Instituto religioso et eo mediante statui religioso. Est simpliciter verum de professione perpetua, qualis erat nostra prima et unica oblatio facta post novitiatum peractum ab iis novitiis qui destinabantur sacerdotio vel iam erant sacerdotes, usque ad annum 1867. Est verum secundum quid de prima ac temporaria oblatione: haec utique terminat probationem propriam novitiatus (solvit neo-oblatum ab auctoritate Magistri novitiorum et disciplina propria novitiatus), atque candidatum incorporat Congregationi, non quidem definitive, sed ad tempus et incomplete; inaugurat novam probationem propriam professis temporariis. Cf. commentarium ad art. 732.

Unde neo-oblatus fit immediate subditus Superioris localis, sicut alii professi; et sicut alii professi dependet ab auctoritate Provincialis et Superioris generalis, speciatim quoad "obedientiam", ita ut transferri possit sive ad scholasterium provinciae sive ad aliud extra propriam provinciam sive ad aliam domum, ad normam art. 543-544.

De effectu autem morali et spirituali oblationis, magis favet pie meditari quam legiferre et commentari. Vide supra ad art. 732 et 742; ad P. II, Cap. I, art. 176, 217 sqq, 222.

Liceat addere sequentia e "Regulae Societatis Jesu - Regulae Magistri Noviciorum" (ed.1947), n.85: "E noviciatu educendi praemoneantur se non ad laxiorem vitam mitti, sed ita studiis vel officiis suis vacare debere ut spiritus non refrigescat, et contra eos potissimum scopulos praemuniantur in quos habita ratione adiunctorum et propriae indolis, facilius incidere possint.

N.B. 1\* Votorum renovatio devotionis causa fit apud nos publice et in communi bis per annum.

1° In fine exercitiorum spirit. annuorum generalium, in memoriam primae emissionis generalis votorum factae in fine exercitiorum die la nov. 1818. Ita sec. Cap. gen. 1826, can. 2: "Chaque année, le jour de la Toussaint, en mémoire de la première émission des vœux, qui eut lieu à pareil jour dans notre Société, tous les membres de la Congrégation renouvelleront solennellement leurs vœux à l'issue de la retraite fixée par l'usage à cette époque." (Cit. apud Cosentino, Nos Chapitres généraux, p.31.) Epocha exercitiorum variare potest, sed obligatio renovationis votorum in fine exercitiorum manet. Cf. Acta Cap. 1959, art. 53; Vade Mecum Miss. O.M.I., éd. 7 (1958), pp.145ss.

2° Die 17 februarii, sec. Capitulum gen. 1831, can. 4: "Outre ce qui est prescrit pour la fin de la retraite annuelle, le 17 février, jour anniversaire de l'approbation de l'Institut, tous les membres de chaque maison feront la rénovation solennelle de leurs vœux à l'issue de la messe de communauté célébrée devant le Très Saint Sacrement exposé." (Cit. ibidem, p.37.) Cf. Acta Cap. 1959, art. 53. Ordo caeremoniae stabilitur in Capitulo generali 1867, sess. 12 (cit. apud Cosentino, Nos Chapitres généraux, p.83) secundum usum primaeum tempore Fundatoris. Ordo servatur substantialiter adhuc hodie: cf. Vade Mecum, l.c., pp.196ss.

Mgr de Mazenod frequenter descripsit illas caeremonias, sive in suo "Journal" sive in suis epistolis. Cf. Yenveux, o.c., VIII, 65ss; Rey, I, 456; Rey, le 17 février 1853 à Marseille: in "Missions" 1872, pp. 105ss.

#### Sensus et vis hujus renovationis votorum.

Nullum effectum canonicum producit nullamque novam obligationem per se imponit. V.Fundator scripsit die 19 dec. 1847 ad P.Vincens, Magistro novitiorum N.D. de l'Osier: "Je veux pourtant encore vous dire que dans vos instructions aux novices, lorsqu'il en sera temps, vous leur expliquiez que la rénovation des vœux qui se fait chez nous ne suppose pas que l'on ait besoin de renouveler des vœux qui ont été prononcés sans retour la première fois. Ils seraient bien et duement perpétuels lors même qu'on ne les renouvellerait jamais. Cette pratique est établie pour exciter la ferveur. Mais une chose importante qu'il faut bien faire remarquer, c'est que l'intention de la Règle est que, si par hasard quelque chose avait manqué aux vœux primitivement prononcés pour en légitimer la valeur, il est entendu que par le renouvellement on rectifie ce défaut, et l'on s'établit dans la disposition voulue par les Constitutions." (Cit. apud Yenveux, VIII, 65).

Evidens est hanc ultimam animadversionem Fundatoris intelligendam esse ad mentem iuris communis, prout hodie habetur in can. 586, ita ut professio vere convalescere possit per illam renovationem devotionis, si irrita erat ob defectum mere internum consensus; nullatenus vero si irrita erat ob impedimentum externum.

Sensus renovationis votorum optime "recapitulatur" in "Epitome Instituti Societatis Jesu", ed.4a (1949), n.423, § 2: "Haec autem renovatio voventes obligatione nova non astringit, sed fit ad devotionis augmentum, ad excitandam memoriam obligationis qua Deo obstricti sunt, ad maiorem in vocatione confirmationem." Item in "Constitutiones S.J.", P.IV, cap.IV, n.5.

N.B. 2\* Indulgentiae adnexae "oblationi":

- plenaria lucranda in die professionis votorum et in ipsius anniversario, ab omnibus professis, conditionibus ordinariis. Cf. Vade Mecum, ed.7 (1958), p. 381; P. Sacket, Privilegia O.M.I., ed. "Missions", 1955, n.1.

Item plenaria lucranda ab omnibus professis, conditionibus ordinariis, die 17februarii, occasione renovationis sollemnis votorum; similiter occasione renovationis sollemnis votorum in fine exercitiorum spiritualium annuorum, saltem si fit in sollemnitate Omnium Sanctorum, qua die commemoratur prima votorum emissio publica et generalis. S.C. de Propaganda Fide, 9 martii 1851, in perpetuum. Vide documentum in Constitutionibus et Regulis, ed.1853, p.209; ed. 1894, p.209. Cf. Vade Mecum, ed.1958, p.381; P. Sackett, o.c., n.2.

- partialis 3 annorum, adnexa renovationi votorum, sive publice fiat sive privatim, post s.Missam vel post s. Communionem susceptam. Cf. Enchiridion Indulgentiarum, ed.2a (1952), n.756.

N.B. 3\* In manuscriptis Constitutionum et in tribus prioribus editionibus additur in fine huius paragraphi quasi supplementum de conditione sic dictorum "Oblatorum", quo nomine appellabantur primitus professi non-sacerdotes, ad sacerdotium autem destinati, et qui nunc - et quidem iam a longo tempore - vocantur Scholastici. Cf. supra ad art. 732. Illud supplementum est primum lineamentum paragraphi "De Scholasteriis" in ed.4a (1910).

#### Fontes.

In Constitutionibus et Regulis S.Alphonsi, italice scriptis et editis, in P.III, c.II ("De qualitatibus quae in subjectis admittendis requiruntur"), post n.III de novitiatu et consequente oblatione, additur sequens n.IV:

"L'Oblation étant faite, les sujets s'appliqueront aux études; ils seront toutefois confiés à la charge d'un Préfet spirituel jusqu'à leur ordination. Pour les Ordinations, on demandera toujours l'autorisation du Recteur Majeur; et d'ordinaire les sujets ne sortiront pas pour travailler avant l'âge de 30 ans, bien que, pendant ce temps, le Recteur de la Maison puisse, en cas de besoin, les employer du consentement du Recteur Majeur."

P. de Mazenod omittit necessitatem permissionis Superioris generalis ad ordinationes, cum de ea agat in paragr. de voto obedientiae, atque restrictiones circa aetatem requisitam ad ministerium exercendum. Caeteris utitur libere et addit quae sibi apparent necessaria aut utilia.

#### Textus.

In ms.I (1818) habentur tres intersectiones (alinéas): "Mais si l'on n'est pas encore prêtre, on dépend, jusqu'à ce qu'on le soit, d'un directeur spirituel spécialement chargé de la conduite des Oblats en attendant qu'ils soient promus au sacerdoce.

Si les Oblats n'ont pas fini le cours de leurs études théologiques, ils l'achèveront avant d'être appliqués à autre chose; s'ils l'ont fini, outre les conférences auxquelles ils seront tenus d'assister comme tous les missionnaires,

le directeur spirituel, après en avoir conféré avec le supérieur général, leur prescrira le genre d'études auxquelles ils doivent se livrer.

Ils pourront alors être employés dans les missions ou à tel autre ministère qu'il plaira au supérieur de leur fixer; mais il ne leur sera jamais permis de faire aucune instruction, sans avoir auparavant écrit ce qu'ils se proposent de dire et l'avoir montré au supérieur ou à tel autre missionnaire désigné par lui pour revoir et corriger ces compositions selon l'esprit de l'Institut."

In ms. "Honorat" adduntur duae sequentes intersectiones: "Les Oblats qui ont été admis à faire leur oblation avant d'avoir reçu l'ordre du sous-diaconat sont tenus à réciter tout l'office divin dès qu'ils auront terminé leur cours de théologie. Jusqu'à cette époque la Règle ne les oblige de réciter que les petites heures, les vêpres et complies qu'ils devront dire en particulier lors même qu'ils auront eu des raisons légitimes de s'absenter de l'office commun.

Lorsque les Oblats sont promus au Sacerdoce ils quittent ce nom et ils entrent sous la direction immédiate du Supérieur. Ils prennent alors leur rang parmi les Missionnaires selon l'ordre de leur oblation." (Cf. édition "Etudes Oblates", 1943, p. 64).

In ms. II (1821-1825) interponitur, post intersectionem de studiis, novus articulus de domo quam inhabitant "Oblati", ita ut habeantur 7 articuli. Caeterae modificationes apparebunt e textu latino infra citando.

Praefati 7 articuli transeunt in versionem latinam, ms. V (1825), et deinde in ed. lam (1827): "XVI. Si nondum sacerdos, fit usque ad susceptum sacerdotium subditus moderatoris specialiter praepositi spirituali directioni oblatorum, qui sacerdotio nondum sunt aucti.

XVII. Si oblati suum theologiae studium nondum compleverint, huic ante omnia operam dabunt; si compleverint, praeter theologicas collationes quibus assidue interesse debebunt sicut et alii Missionarii, oblatores director, Superiore generali ea de re consulto, studiorum rationem ipsis definiet.

XVIII. Eandem ordinarie domum habent oblati quam novitii, residente ibi pariter qui est moderator, cui principaliter commendantur, nisi Superiori generali collibuerit eos in alias Societatis domos individue mittere, cujuslibet muneris ipsis ab eo commissi implendi causa.

XIX. Poterunt etiam adhiberi Missionibus, vel cuivis alii ministerio prout voluerit Superior generalis; si quando ad populum de rebus divinis verba fecerint, diligentissime observabunt praescripta in § I, cap. 3, part. lae nostrarum constitutionum. - (i.e. art. 97sqq editionis 1928) -

XX. Oblati ad oblationem admissi ante susceptum subdiaconatum, tenentur ad officium divinum recitandum non secus ac si essent IN SACRIS, et private istud recitabunt, si ob causas legitimas ab officio communi abstinerint.

XXI. Quando oblati ad sacerdotium promoventur, fiunt superioris domus suae immediate subditi.

XXII. Tunc Missionarios sacerdotes inter ordinem sument, juxta epocham oblationis suae, et juxta ea quae praescripta sunt in § XVI, cap. 1, part. 3ae nostrarum constitutionum." (scil. in paragr. de ordine praecedentiae.)

In ed. 2a (1853) Provincialis intervenit in art. 17, 18 et 19, caeteris manentibus immutatis.

Item in ed. 3a (1894).

In ed.4a (1910) componitur tandem aliquando paragraphus specialis "De Scholasteriis". Unde supprimunt praedictum supplementum in fine paragraphi "De Oblatione", excepto unico articulo 786 qui servat duas dispositiones anteriores in unum art. collatas: "786. Si nondum sacerdos, fit regulariter oblatorum Moderatoris subditus, nisi Superiori generali collibuerit eum in aliam Societatis domum mittere, cujuslibet muneris ipsi ab eo commissi implendi causa."

Denique in ed.5a (1928) etiam iste articulus supprimitur. Revera, provisum sufficienter in articulo praecedente 746.



## § IV

Formatio progressiva membrorum Congregationis

sive

De Domibus Studiorum.Notae praeviae.I) Summarium evolutionis historicae legislationis nostrae de studiis.

- Primitus Constitutiones-Regulae nostrae non legiferebant nisi de studiis Scholasticorum, qui tunc temporis "Oblati" vocabantur (vide supra ad art. 732), et quidem modo valde generali et potius incidenter, scil. in fine paragraphi de oblatione. Vide supra N.B. 3\* ad art. 746 (p.123).

- In ms.II inseritur post paragraphum de Magistro novitiorum novus paragr. "§ IX. Du directeur des Oblats", cum octo articulis. Potes eos legere in "Constitutions et Règles de la Société des Missionnaires de Provence - Premier manuscrit français", Rome, 1951, pp.135s.

Vertitur latine 1825 sub titulo "De Oblatorum moderatore", approbatur a Sede 1826 et transit in ed.lam (1827). Vide textum in "Constitutiones, Regulae et Instituta Societatis Missionariorum Oblatorum SS. et Immaculae Virginis Mariae - Premier texte latin officiel." Rome, 1951, pp. 121sq.

In ed.2a (1853) obtinet titulum "De Oblatorum scholasticorum Moderatore". Adaptatur institutioni Provincialium, servata substantia legislationis praecedentis. Item in ed.3a (1894).

- Capitulum generale 1867 adoptavit specialem paragraphum "De Studiis" inserendum in Regulis: "sed, re maturius perpensa, satis esse visum fuit Superiori generali et ejus consilio si inter capitulares praescriptiones adscriberetur." Tres priores articuli referuntur proprie ad scholasticos:

"1\* Scholastici annum unum philosophiae, quatuor vero theologiae ediscendae impendent.

2\* Ut plurimum, nemo ad exteris missiones deputabitur qui studiorum stadium non perfecit.

3\* Per vices, unus aut plures Romam mittentur ecclesiasticas disciplinas addicturi."

Articuli 4\*, 5\* et 6\* referuntur ad studia prosequenda post sacerdotium, peracto iam curriculo ordinario, et de examinibus per quinquennium subeundis post sacerdotium.

"7\* Ut teneant sodales doctrinalem et practicam unitatem, secundum mentem Ven. Fundatoris nostri, theologia moralis sancti Alphonsi Mariae erit norma studiorum et collationum. In arduis consulatur Superior generalis. (Sess. 12.)" Vide in Cosentino, Nos Chapitres généraux, p. 86; Idem, Histoire de nos Règles, V, p. 37.

- Progrediente evolutione numerica et iuridica scholasticorum - de qua fusius infra in sectione de scholasticis - magis ac magis apparebat necessitas legislationis peculiaris et completae. In Capitulo gen. 1908 huic

necessitati satisfecerunt adoptando paragraphum specialem de scholasteriis inserendum in Constitutionibus. Cf. Cosentino, Histoire de nos Règles, V, pp. 46s.

Unde in ed.4a (1910), omisso pristino paragr. de Oblatorum Moderatore, apponitur in praesenti loco novus paragraphus: "§ IV. De Scholasteriis". Complectitur 10 articulos: 787-796.

- In ed.5a (1928), eisdem praemittuntur, in eodem paragr., quatuor articuli de Junioratibus. Unde titulus paragr. sic mutatur: "De Dominibus Studiorum."

## II) Documenta consulenda in hac materia.

### a) Documenta ecclesiastica recentiora.

- Imprimis Constit. ap. "Sedes Sapientiae" cum adnexis "Statutis generalibus", 31 maii 1956. Vide supra p. 3.
- Pius XI, Encycl. "Studiorum Ducem", 29-6-1923 (Acta Ap.Sedis, 1923, pp. 315sqq);
- Pius XI, Epist. ap. "Unigenitus Dei Filius", 19-3-1924 (Acta Ap.Sedis, 1924, pp. 136sqq);
- Pius XII, Alloc. "Solemni conventus", 24-6-1939 (Acta Ap. Sedis, 1939);
- Pius XII, Alloc. 17-10-1953, occasione quarti centenarii Universitatis Greg. (Documentation Cath. 7-2-1954, col. 153-160);
- S.C. de Sem. et Universit., Litt.circ. 5-6-1959, occasione l. centenarii mortis S.Joan.-Bapt.-Mariae Vianney (Documen. Cath. 16-8-1959, col. 1051-1060);
- S.C. Sem. et Universit., Litt. circ. 27-9-1960, occasione tertii centenarii S.Vincentii a Paulo (Document. Cath. 5-2-1961, col. 151-169);
- Joannes XXIII, Exhort. ap. ad studentes eccl. Urbis, 28-1-1960, in ecclesia S.Ignatii, occasione l. Synodis Rom. (Document. Cath., 6-3-1960, col. 281-288).

### b) Documenta Congregationis nostrae.

- Deliberationes et acta Capitulorum generalium.
- Acta Superiorum generalium.

Imprimis "Ratio Studiorum generalis Congregationis Miss. O.M.I.", a S.C. de Religiosis laudata et commendata cum "Nihil obstat" ad modum experimenti ad triennium, anno 1959, promulgata a RR.P. Deschâtelets, Superiore gen. die 25 martii 1960.

RR.P. Bisoullier, Circul. 61 diei 8 dec. 1896: "Les études du Missionnaire Oblat de Marie Immaculée", 127 pp. Notandum quod Constit. ap. "Sedes Sapientiae", exponendo necessitatem formationis intellectualis in institutis religiosis clericalibus (nn. 26-29) advocat easdem rationes et in eodem ordine ac documentum nostrum: "L'étude et le religieux - L'étude et le prêtre - L'étude et le Missionnaire".

RR.P. Lavillardière, Circul. 92 diei 21-4-1907: Circul. adm., III, pp. 181-193.

c) Documenta extranea, scil. aliorum religiosorum Institutorum, praecipue Societatis Jesu (Constitutiones S.J.; Epitome Instituti S.J., ed. 4a (1949); Redemptoristarum (Constitutiones et Regulae, cum adnexis Constitutionibus Capitularibus, ed. 1936/1947); Societatis S. Sulpitii (Constitutions), etc.

### III) Principia communia pro omnibus studiorum domibus.

a) Nostrae studiorum domus cuiusvis gradus, dummodo sint rite et legitime erectae, ut instituta publica agnoscantur in Ecclesia, ita ut sodales in eis valide et licite institui possint ad ordines recipiendos et ad munera in Ecclesia suscipienda. Cf. "Statuta generalia" adnexa Constit. "Sedes Sapientiae" (1956), Art. 41, § 2, 1\*.

Quodsi hoc secumfert iura, officia quoque imponit, ordinandi scil. et regendi huiusmodi domus iuxta praescripta S.Sedis. Ibid., § 3.

b) In particulari, necessitas praeficiendi viros aptos (personnel qualifié) studiorum domibus et institutioni alumnorum. Cf. Constit. "Sedes Sapientiae", n. 19sq; "Statuta generalia" adnexa, Art. 23, § 2, 1\*; Art. 24sq; Ratio Studiorum O.M.I., n.27; Circul. 164 (19-3-1939), pp. 42sq (Circul. adm. IV, pp.360sq); Circul. 203 (8 dec. 1953), pp.30sq (Circul. adm., VI, pp.136sq).

Dispositiones art. 49-53 Constitutionum (ed. 1928) circa electionem et praeparationem illorum qui ministerio in Seminariis addicuntur valent quoque respective de iis quibus committuntur munera in nostris studiorum domibus. Cf. art. 757.

c) Finis studiorum nostrorum semper prae mente habendus.

Apud nos studia ordinantur ad vitam, et quidem ad nostram vitam oblativam, et quidem ad nostram vitam integre spectatam, scil. tum religiosam, tum sacerdotalem, tum apostolicam.

Revera, ut habet Constit. "Sedes Sapientiae", n.33: "Omnes, tum magistri tum discipuli, prae oculis semper habeant studia ecclesiastica non ad intellectualem solummodo institutionem, sed ad integram et solidam sive religiosam, sive sacerdotalem et apostolicam formationem spectare; ideoque non ad scholarum tantummodo periculum superandum dirigenda esse, sed ad quamdam quasi formam alumnorum animis imprimendam, quae nunquam elabatur, et ex qua, cum usus postulat, lumen atque robur pro suis aliorumque necessitatibus semper hauriant." Quod ita legitur in translatione gallica authentica: "... il faut les orienter non seulement à la réussite des examens scolaires, mais à l'acquisition d'une trempe d'esprit, qui plus jamais ne s'altère; c'est d'elle, quand le besoin s'en fera sentir, qu'ils devront toujours tirer lumière et force pour leurs propres nécessités et celles d'autrui."

P. de Mazenod non aliter sentiebat. Vide v.g. eius epist. ad matrem suam 14-8-1810 (cit. apud Leflon, Eugène de Mazenod, I, 342sq); Constit. O.M.I. art. 297 et comment. in h.l.; actus visitationis domus N.D. du Laus 22 junii 1828 (Circul. adm., I, 309sq); actus visit. can. domus N.D. de l'Osier 16-7-1835, p. 11 (archives de l'Osier): "Il ne faut pas étudier précisément pour devenir habiles et savants, mais il faudrait être habiles et savants pour mieux servir l'Eglise et combattre avec plus de succès les ennemis de la vérité."

Item et fusius RR.P. Soullier in Circul. 61 "Des études du Missionnaire O.M.I.", pp.3sq. Vide etiam "Ratio Studiorum O.M.I.", 1960, nn. 271 sq.

Iuvat citare quoque "Epitome Institutii S.J.", ed.4a (1949), n.290: "Cum finis studiorum in Societate alius non sit, nisi suis et proximorum animis prodesse, ex eo fine dimetiendum est et in universum et in singulis personis, quas disciplinas Nostri addiscere, et quousque in iis progredi debeant."

d) Unde apparet quam intentione suscipienda et peragenda sunt studia, tum ex parte alumnorum tum ex parte magistrorum. Recole verba celeberrima S. Bernardi: "Il y en a qui veulent savoir uniquement pour connaître: c'est une honteuse curiosité. Il y en a qui veulent savoir pour être connus eux-mêmes: et c'est une honteuse vanité. Et il y en a qui veulent savoir pour vendre leur science, p.e. pour l'argent, pour des honneurs: et c'est un honteux commerce. Mais il en est qui veulent savoir pour édifier: et c'est charité. Et il en est qui veulent savoir pour s'édifier: et c'est prudence." (In Cantica, Sermo 36, 3: P.L. 183, 986). Cf. Pius XII, Encycl. "Doctor mellifluus", 24-5-1953, occasione 8 centenario S. Bernardi, Vide etiam S.Th., Comment. in I Cor., VIII, 2; RR.P. Soullier, Circul. 61, pp. 112sq.

e) Apparet quoque regulam fundamentalem et primariam methodi regendi, educandi et instruendi esse charitatem pastoralem inexhaustam. Ita Pius XII, Constit. "Sedes Sapientiae", n.20.

Est regula paedagogiae non humanae, sed divinae, Et non solum est regula activitatis utilis, sed etiam fons activitatis salutaris. Ex illa enim charitate pastorali foventur ac nutriuntur et solidantur dispositiones quae sunt indispensabiles in opere directionis et formationis: aequilibrium animi, modus agendi qui sibi aperit accessum ad discipulorum animos, facilitas perspiciendi eorum veras necessitates et possibilitates atque sese illis adaptandi, labor impiger, gaudium in munere exercendo, patientia imperturbabilis.

Oblati quibus committitur opus formationis et instructionis nostrorum sunt suo modo ministri sacerdotii Christi exercentque ministerium animarum. Pius XII, Alloc. 24-4-1946 (Documentation cath. 12-5-1946, col. 425): "Fonction sublime, grâce à laquelle l'homme, dans la pauvre mesure de sa puissance créée, participe au rôle du Verbe Incarné..." et subiungit verba Frederici Ozanam, professoris: "Après les consolations infinies qu'un catholique trouve au pied des autels, après les joies de la famille, je ne connais pas de bonheur plus grand que celui de parler à des jeunes gens qui ont de l'intelligence et du cœur." (Epist. 28-2-1853: Oeuvres, T.XI, Lettres.) Vide etiam Ami du Clergé, 3 nov. 1955, pp. 673-676.

f) Notae characteristicae institutionis nostrorum, prout eam postulat conveniens evolutio vocationis religiosae-sacerdotalis-apostolicae secundum praescripta et consilia S. Ecclesiae.

Sit integra, tum subjective (formans totum hominem), tum objective (omnes scientiae praescriptae, et quidem in sua cohaesione interna-viva, excluso eclectismo); organica progressione procedens; methodica secundum exigentias sanae philosophiae, scientiae paedagogicae et psychologicae continuo progredientis, fidei et theologiae spiritualis; plene accommodata necessitatibus particularibus temporis; servata semper hierarchia finium et mediorum (supernaturalis animae sanctificatio, media supernaturalia prae finibus et mediis naturalibus). Haec omnia vide in Constit. "Sedes Sapientiae", §§ III et IV; "Statuta generalia", Art. 1-4.

Unde valde necessaria unitas (quae non est materialis et universalis uniformitas) totius institutionis per successivas suas phases junioratus, novitiatus, scholasterii et ultimae formationis, et consequenter fraternae cooperationis eorum qui illi operi praeficiuntur. Cf. Constitutiones O.M.I. (ed.1928), art. 61; Ratio Studiorum O.M.I., nn.315sq.

IV) Divisio paragraphi.

- Sectio Ia. De junioratibus. Art. 747-750.
- Sectio IIa. De scholasteriis. Art. 751-761.
- Appendix I. De tirocinio pastoralium.
- Appendix II. Clericalia studia postscholaria; examina annua per quinquennium.
- Appendix III. Ultima probatio sub nomine "Secessus de Mazenod".

Sectio Ia

DE JUNIORATIBUS

Art. 747-750.

Introductio: Junioratus in Congregatione nostra.

a) Historia breviter recapitulatur.

1\* Periodus praeparatoria. 1816-1840.

- Adolescentes, qui signa vocationis nostrae praebent, recipiuntur, utique occasione data, in domibus nostris, ut ibi compleant studia litteraria simulque praeformantur ad vitam religiosam-ecclesiasticam-apostolicam. Ita in domibus Aix et N.-D. du Laus. Cf. Rey, I, 199s; P. Marcel BERNAD (+ 31 dec. 1928, Liège), "Origine de certaines traditions et de quelques prescriptions anciennes" (notes inédites, Archives Maison gén.); Cosentino, Histoire de nos Règles, VI, 296sq.

Certo nondum sunt proprie dicta instituta scholaria, regulariter et stabiliter constituta, sub regimine directoris et magistrorum intuitu instructionis scholaris ad normam programmatis scholaris. Ipse P.Rey, loquens de fundatione junioratus in N.-D. de Lumières anno 1840 (vol. II, p. 89), illum praesentat ut "primam scholam apostolicam, regulariter constitutam".

- P. Guibert, Superior domus N.-D. du Laus, tentatur ulterius progredi annis 1831/1832. Rey, Histoire de Mgr de Mazenod, I, p. 534: Le P. Guibert, Supérieur, veut faire du Laus une maison d'études préparatoires aux cours suivis à Billens (Noviciat-scolasticat, Suisse). Il faisait de ce projet une "affaire chérie": Faisons du Laus une pépinière de missionnaires pour le nouveau monde! Le Fondateur approuva hautement les vues du P. Guibert et lui donna toute permission.

Hoc propositum Patris Guibert vix realizari potuit propter varias rationes, et imprimis propter discessum citiorem Superioris vocati ad fundandum Seminarium Maius in insula Corsica (1834).

- In Capitulo gen. 1837 emittitur votum de instituendo iuvenatu ("un établissement préparatoire de jeunes élèves pour fournir des sujets au Noviciat"). Superior generalis non favet proposito (experientiae hucusque factae

non satisfecerunt; parvus numerus sodalium: tempore Capituli 1837 solum 39 professi!). Quare votum praedictum non adoptatur. Registre des Chapitres généraux, I, 59. Cf. Cosentino, Histoire de nos Règles, VI, p. 297sq.

2\* Primus iunioratus in domo N.-D. de Lumières (1840).

Cf. P. Françon, Annales de N.D. de Lumières (= Codex historicus manuscriptus in archivo domus N.D. de Lumières), vol. I, pp. 32, 45, 46, 51, 80, 82 etc; Rey, II, 89; Eugène Baffie, Le bon Père Laurent-Achille Rey, Paris, 1913, pp. 6ss, 12ss et passim; P. Fernand Lepage, in "Etudes Oblates", 1953, pp.154-158.

Fundatio.

Mgr de Mazenod, necessitate coactus (non obstante multiplicatione domorum et operum numerus novitiorum non progreditur), et cedens suggestionibus plurium Patrum, consentit experimento foundationis scholae mediae qua adolescentes bene dispositi congregantur et praeparantur de longe ad novitiatum nostrum per instructionem litterariam et religiosam. Ipse, zelo zelatus, plus aliis sentiebat urgentem necessitatem operariorum evangelicorum; ac propterea illud medium praeparationis et propagationis ei vivide apparebat efficacitatis nimis lentae et incertae ("un moyen si long et si chanceux pour se recruter"). Nihilominus approbavit foundationem "iunioratus" in domo N.-D. de Lumières per litteras diei 13 aug. 1840 ad Patrem Pierre Aubert. Cf. Rey, II, p. 89.

Superior domus N.-D. de Lumières (canonice erectae die 2 jun. 1837) erat tunc temporis P. Honorat. Eo proficiscente cum prima turma Oblatorum in regionem Canadensem, succedit P. Ricard 1841, qui vice sua abit in Americam 1846 ad fundandam missionem in regione Oregon.

Directio vero iunioratus committitur Patri Pierre Aubert, qui sanitatis causa locum cedit Patri Lagier Joannes-Jos.-Maria, anno 1841, cui succedit P. Chauvet 1843.

Tres primi iunioristae anno 1840 fuerunt Henricus Faraud (Vicarius apost. Vicariatus Athabasca-Mackenzie, 1863), Chevalier et Arnoux. Achille Rey iunioratum ingressus est 1-10-1841.

Capitulum gen. 1843, can. VI, decrevit ut fieret ordinatio studiorum et vitae pro iunioratu: "La Commission chargée par le Chapitre général de 1837 de réaliser un plan de hautes études ecclésiastiques, joindra à son travail un plan spécial et un règlement pour le juniorat de Lumières." Cf. Cosentino, Nos Chapitres généraux, p. 51.

Mense novembri 1846 instituerunt quasi complementum iunioratus pro pueris iunioribus, in domo N.-D. de Bon-Secours (in dioecesi Viviers cuius P. Guibert factus episcopus anno 1842). Cf. Lepage, l.c., pp.158ss.

Utilitas

Utilitas iunioratus N.-D. de Lumières patet ex eius fructibus. In consilio generali 15 dec. 1845 observant: "... la section des jeunes (scil. iunioratus) promet. Le malheur est que ces jeunes sont peu nombreux cette année. Il faudra songer sérieusement aux moyens d'alimenter ce juniorat qui devient une ressource précieuse pour le noviciat." (Cit. apud Lepage, l.c., p. 159).

Durante priore periodo iunioratus (1840-1848), ex eo prodierunt 30 Patres. Cf. "Missions", 1879, p. 331; Lepage, l.c., p. 158. Inter eos qui studiis vacabant in primo iunioratu in illo tempore et in periodo subsequenti,

non pauci viri optimae notae: DD. Faraud, PP. Chevalier (U.S.America), Arnoux (Anglia), Gaudron, Cook, Achille Rey, Vivier (Ceylon), Arnaud (Canada), Chirouse, Pandosy, Martinet, Tabaret (Ottawa); Laverlochère, Rambert, Doucet, Augier Cassien, Lavillardière, etc.

Suppressio transitoria primi iunioratus.

Primo in N.-D. de Lumières, ex decisione Consilii generalis 6 oct. 1847, et anno subsequente in domo N.-D. de Bon-Secours, ex decisione Consilii gen. 24 maii 1848. Unica ratio foundationis iunioratus (congregare et praeparare adolescentes ad novitiatum) feliciter sublata est anno 1847.

Revera, P. Léonard Baveux, rediens e Canadensi regione, percurrit seminaria et collegia Galliae 1847/1848, ita ut vocationes affluent mira abundantia: 73 postulantes ingrediuntur novitiatum N.-D. de l'Osier anno 1847! Cf. Notitiam necrologicam Patris Leonardi Baveux (Notices Nécrologiques, I, pp. 224sq); P. Rey, II, p.260; P. Lepage, l.c., pp. 162sq.

Restitutio iunioratus (réouverture) et vicissitudines subsequentes.

Abundantia vocationum e seminariis et collegiis paulatim minuitur, ita ut recogitent de iunioratu restituendo. Iam in Capitulo gen. 1856 votum in hoc sensu. "Ensuite un membre de l'assemblée a présenté une proposition tendant à rétablir le juniorat. - Ce projet, quoique bon et désirable en soi, n'a pas été jugé pouvoir se réaliser maintenant à cause des grandes dépenses qu'il entraînerait. On a cru que, si la Congrégation devait s'imposer des sacrifices et se mettre en sollicitude pour attirer des vocations, elle parviendrait plus sûrement et plus promptement à son but en établissant un second noviciat en France. Or, l'exécution de ce dernier projet a été prise en considération et à peu près résolue dans une des séances précédentes." Agitur de institutione novitiatus in urbe Nancy pro 2a provincia Galliae. (Cf. Registre des Chapitres généraux, I, p. 162: cit. apud Cosentino, Histoire de nos Règles, VI, 298.)

Iunioratus reapse restituitur in domo N.-D. de Lumières die 1 oct. 1859, sub directione Patris Celestini AUGIER, cooperantibus Patribus Lemoine et Tatin. Cf. Acte de visite can. du P.Vincens, Provincial, 13-10-1860.

Hanc restitutionem iunioratus V.Fundator plenissime approbat: "Je tiens beaucoup à la formation de notre Juniorat... Cet établissement nous a déjà donné de si bons missionnaires! Il est consolant de les compter. Nous serons peut-être assez heureux pour en former de nouveaux." (Épist. 10-3-1860 ad P. Vincens). Et in epistola 10 oct. 1860 ad P.Baret: "En même temps nous avons ouvert notre Juniorat de Lumières dont nous pouvons déjà bien augurer, et qui nous donne l'espoir de fournir comme l'ancien de bons et précieux sujets à la Congrégation." Cf. Lepage, l.c., pp.164sq.

Consequenter ad decreta iniqua Gubernii Galliae 1880 et varias vexationes, iunioratus transfertur die 5 nov. 1882 in Seminarium Minus vici "Beucaire" (in dioec. Nîmes), ubi fruitur benigna hospitalitate DD. Bessen, episcopi dioec. Nîmes. Exinde transfertur anno 1883 in Italiam: Diano Maria (in plaga quae vocatur "Riviera italica", versus Genova). Huic iunioratui finem facit terrae-motus die 23-2-1887, Feria IV Cinerum: duo iunioristae itali pereunt; iunioristae gallici redeunt in Galliam, itali recipiuntur transitorie in Scholasterio Romano.

Iunioratus restituitur in N.-D. de Lumières anno 1889; ibique inveniuntur 50 iunioristae anno 1893.

Iterum dissolvitur 29-9-1901, agente Gubernio anticlericali Galliae. Quidam iunioristae recipiuntur in N.-D. de Sion, iunioratu 2ae provinciae Galliae, qui sua vice dissolvitur. Interim, data conditione politica interna Galliae, institutus est iuvenatus in vico Urnietia in Hispania, anno 1898; fit postea iunioratus provinciae Hispaniae. Iunioratus lae provinciae Galliae iterum restituitur primitus in loco Sainte-Foy prope Lyon, anno 1918; et anno 1922 redit, ex parte, ad suum locum primum, N.-D. de Lumières, sub directione P. Périé, cooperantibus PP. Servel Edmond, Lahondès. Anno 1928 locum cedit Scholasterio provinciae omnesque iunioristae recipiuntur in Sainte-Foy.

### 3\* Multiplicatio iunioratum.

In Glencree (Irlandia, 1859); in 2a provincia Galliae: N.D. de Sion (1871) et non multo post in Pontmain (ex quo iunioratus exulare cogitur in insula Jersey, iterum restituitur in Pontmain 1923). Iunioratus N.D. de Sion transitorie exulans in vico Heer prope Maastricht in Hollandia 1881, iam patet adolescentibus Germaniae vicinae, quorum primus Georgius Nordmann, + 29 dec. 1918; transfertur autumnis 1885 prope Valkenburg in Hollandia tamquam iunioratus S. Caroli (Carolinum) sub directione Patris Leonis LEGRAND, fitque iuvenatus provinciae Germaniae fundatae anno 1895, et tandem aliquando provinciae Hollandiae (1945). Iunioristae 2ae provinciae Galliae redeunt in N.-D. de Sion, paucis annis durantibus, iterumque exulare debent, qua occasione fundatur iunioratus in loco Waregem in Belgio (1901) qui fit iunioratus provinciae belgicae (1905).

Ita paulatim omnes provinciae sibi constituunt proprium iunioratum, tum in Europa, tum in America (Ottawa etc), tum aliis territoriis.

Secundum "Missions" 1926, p.446, progressio est constans: 1840: 1 iunioratus; 1846: 2; 1879: 5; 1899: 9; 1920: 14; 1925: 23; 1960: 43 cum 3547 iunioristis ("Personnel" mai 1960).

### b) V. Fundatoris mens et modus agendi circa iunioratum.

Habet iunioratum ut medium procurandi et praeparandi candidatos ad novitiatum Congregationis per instructionem litterariam et religiosam convenientem. Et quidem ut medium non necessarium per se et ratione sui, quo proinde utitur secundum adiuncta et prout necesse est, eo vel magis quod recursus ad illud medium non caret seriis incommodis: praeparatio operariorum evangelicorum nimis longe protrahitur; exitus incertus vel saltem valde limitatus propter eliminationem vel defectum maioris numeri puerorum admissorum; expensae notabiles ex parte Congregationis.

Ita in epist. 16 mai 1846 ad P. Guigues: "Je suis forcé d'adopter pour le Canada, où la source des vocations a si tôt tari, notre système de Lumières. Nous n'avons plus que ce moyen pour fournir notre noviciat. C'est un chemin long, mais on finit par aboutir." Et, dato magno numero novitiorum anno 1847 (vide supra p. 132), in epist. 14 aug. 1847 ad P. Dassy Superiorem iunioratus N.-D. de Bon-Secours: "Je dois vous dire que la grande quantité d'hommes formés qui se présentent de toutes parts à notre noviciat vous dispensent de chercher à vous former des sujets parmi les enfants. N'en recevez donc plus de nouveaux et soyez très sévère dans le jugement que vous portez sur ceux que vous avez déjà. Renvoyez tout ce qui est médiocre... Il y a 45 novices à l'Osier dont six prêtres, des diacres, des sous-diacres, etc. Ce serait une folie de dépenser notre temps et notre argent pour attendre des années et des années l'enfant qui serait ensuite repoussé." (Cit. apud Lepage, l.c., pp. 153, 163.)



Iamvero huiusmodi modus concipiendi iunioratum omnino concordat cum Ecclesiae theoria et praxi. Ita in "Statuta generalia" quae adnectuntur Const. ap. "Sedes Sapientiae" (1956), Art. 21, § 1: "Integrae institutionis, tam religiosae quam clericalis et apostolicae, sedes ordinariae ad quattuor revocantur, Sunt nempe: 1\* Scholae apostolicae seu Seminaria minora religiosa (quatenus et quousque necessaria retineantur);..." Textus gallicus authenticus: "pour autant et aussi longtemps qu'on les juge nécessaires".

Liceat citare sequentem "Constitutionem Capitularem" Redemptoristarum e "Constitutiones et Regulae", ed. 1936/1947: "1077. Juvenatus, seu scholae praeparatoriae adolescentulorum, qui aliquando Instituto nostro nomen daturi sperantur, utpote nec menti S. Alphonsi nec Regulis Benedicti XIV contrariae, et propter iniquitatem temporum et vocationum paucitatem vix non necessariae in variis Provinciis, curae sollicitudinique Superiorum Provincialium summo-pere commendantur."

Nequidem hodie omnia Instituta religiosa provident sibi novitios per proprie dictos iuvenatus. Cogita v.g. Benedictinos, Trappistas, Dominicanos (saltem generatim)... ipsos Jesuitas. Revera, eorum "Scholae Apostolicae" - quae ceterum non existunt in omnibus provinciis - non sunt iuvenatus proprie dicti, cum praeparent adolescentes ad missiones generatim.

Illa conceptio iunioratus explicat Fundatoris modum agendi, qui variat secundum diversitatem adiunctorum: haesitat, approbat, supprimit. Cf. Lepage, l.c., pp.150-153; 162-164; 165.

In particulari quod attinet foundationem primi iunioratus in N.-D. de Lumières, vide supra. Etsi nonnisi necessitate coactus, et non absque haesitatione consenserit huic fundationi, quam ei suggererunt inferiores (ut PP. Petrus Aubert et Josephus Martin, ut videtur), attamen opus propositum approbat, et, opere approbato et incepto, prae corde habet ut illud foveat (encourager), adiuvet omni modo ad finem feliciter obtinendum, atque defendat contra impugnantes (v.g. duas epistolas ad Rectorem Academiae circumscriptio-nis academicae Nîmes: 29.4.1842 et 3 nov. 1843, cit. apud Yenveux, VIII, 79, 80; Lepage, l.c., p.156); sincere gaudet de fructibus. Patet luculenter ex codice historico Patris Françon (Annales de N.D. de Lumières), quamvis ipse aegre ferat praesentiam iunioratus in domo missionaria...

Mgr de Mazenod notat in suo "Journal", 12 mai 1841: "... j'avais déjà autorisé qu'on élevât aussi d'un étage le couvent de N.D. de Lumières. Il le fallait encore pour y recevoir les étudiants que nous avons résolu d'admettre pour fournir des sujets à notre noviciat qui se dépeuplait totalement. L'essai que nous avons fait cette année est des plus encourageants. Tous les jeunes gens qui composent cette maison d'études sont animés du meilleur esprit. Ils brûlent du désir d'être jugés dignes d'être admis au noviciat, lorsqu'ils auront fait leurs classes. - Pour fournir leur instruction, nous avons réuni dans cette maison nos Oblats, tant ceux qui ont fait leur théologie que ceux qui en suivent encore les cours. Tout en étudiant pour leur compte, ils feront travailler les autres, et leurs bons exemples les raffermiront dans leur vocation. Tous ceux de nos Pères qui ont visité cette maison en ont été enchantés. Prions Dieu qu'Il répande de plus en plus sur elle sa céleste bénédiction." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 79.)

Item in epist. 23 jun. 1857 ad Mgr Guigues: "... 5\* Toute pensée ayant pour but de nous procurer des vocations aura toujours mon entière approbation. Je vois donc avec plaisir que vous vous occupez aussi dans le Canada d'un plan de Juniorat où vous formerez quelques élèves dont vous ferez ensuite des

Novices pour la Congrégation. Mais il est inutile qu'on s'adresse à la caisse générale pour les frais de cette oeuvre. C'est à chaque province à y pourvoir au moyen des ressources que l'on se procure à cet effet. C'est ainsi que la chose est pratiquée en Angleterre où nos Pères ont créé un Juniorat où il y a déjà de 8 à 10 enfants." (Cit. ibidem, VIII, 82sq.)

Mgr de Mazenod commendat erectionem iuvenatum, et quidem tum intra tum extra Congregationem. Ita in epist. 10-6-1846 ad P.Allard (in Canada): "Je pense que vous devriez établir un Juniorat au Canada, comme nous l'avons établi à Lumières. C'est notre ressource... Ce sont les missions qui nous fournissent l'occasion de connaître ces enfants et de les diriger à Lumières. On se contente de peu (i.e. d'un petit nombre); mais on en est dédommagé par leur bonne conduite et par l'utilité qu'ils nous assurent pour l'avenir. Il est inmanquable que vous réussissiez, si vous l'entrepreniez dans un pays de foi comme le vôtre. Un peu moins de direction de Nonnes, et le temps ne manquera pas." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 82.)

Item Mgr de Mazenod invitavit Patrem Albéric de Foresta, S.J. ut inviseret iunioratum nostrum in N.-D. de Lumières. Et iste observatione personali et directa cognovit organizationem, vitam et spiritum iunioratus nostri; antequam constituerit primam "scholam apostolicam" Jesuitarum in urbe Avignon anno 1865. N.D. de Lumières distat circa 40 km ab urbe Avignon. Cf. Baffie, O.M.I. Le bon Père Laurent-Achille Rey, Paris, Librairie St-Paul, 1913, p.369sq.

c) Momentum iunioratus oblati in historia Ecclesiae abhinc saeculo 19<sup>o</sup>.

Quidquid sit de scholis monasticis in medio aevo, et de sic dictis "parvis novitiatibus" qui in usu erant in quibusdam religionibus laicalibus (ut apud Fratres Scholarum Christianarum, in "Societate Mariae" Patris Champagnat), si attendimus unice ad "Scholas apostolicas" vel "Seminaria minora religiosa" qualia instituerunt et communiter instituunt hodie Religiones clericales ad eligendas et formandas vocationes intuitu sacerdotii apostolici, et generatim religiosi, easque instruendas in litteris humanis, praeparatoriis ad studia stricte ecclesiastica, possumus dicere iunioratum ab Oblatis fundatum in N.-D. Lumières fuisse primum in ordine chronologico.

Revera, P. Albéric de Foresta, S.J. instituit primam "Scholam apostolicam" Jesuitarum in urbe Avignon anno 1856, et sat generatim tenent eum fuisse promotorem harum scholarum. Ita P. Jombart, S.J., in "Revue des Communautés religieuses", 1957, p. 164; A. Boulanger, Histoire générale de l'Eglise, Lyon-Paris, Em. Vitte, 1931-1950, T.III, vol. IX, 2e partie, p. 953 (cit. apud Lepage, l.c., pp.160sq.)

Praeterea, secundum relationem factam in congressu internationali de Statibus perfectionis, habito Romae anno 1950, a patre Melchior a Pobladura O.F.M.Cap., direttore Instituti historici Capucinatorum in Urbe, scholae apostolicae inaugurantur inter annos 1860-1885 penes Redemptoristas, Filios Cordis Immaculati Mariae, Franciscanos observantiae, Capucinos, Minores Conventuales. Vide in "Etudes Oblates", 1958, p. 88.

Iamvero iunioratus noster in N.-D. de Lumières institutus est anno 1840. Unde auctor notitiae necrologicae Patris Joannis-Jos. Lagier, directoris iunioratus nostri annis 1841-1843, scripsit 1876: "Nous venons de créer, à N.-D. de Lumières, cette belle institution du juniorat, sorte de création, où les Oblats n'ont pas eu de devanciers et où ils ont eu depuis beaucoup d'imitateurs." (cf. Notices nécrologiques O.M.I., III, 285.)

Videtur ulterius dicendum, quod iunioratus noster fuit non solum chronologica primum inter instituta huius generis, sed exemplo suo positive influxit in erectionem et propagationem institutorum similium.

Etenim P. Albéric de Foresta, S.J., promotor "Scholarum apostolicarum", opus, pro quo merito laudatur, incepit sub influxu experientiae factae in nostro iunioratu N.-D. de Lumières. Vide supra. Vir optimae notae in historia Ecclesiae, Daniel-Rops, scribit in suo "L'eglise des Révolutions", Paris, Fayard, 1960, p. 753: "...en 1865, un jésuite d'Avignon, le Père Albéric de Foresta, conçut une autre idée: attiré au problème missionnaire par un séjour fait au "Juniorat" de N.-D. de Lumières, des Oblats de Marie Immaculée, il pensa à diriger les jeunes vers les Missions en créant des petits séminaires spécialisés, où l'on élèverait les garçons que l'apostolat en pays lointain semblerait tenter."

Vide etiam apud Boulanger, l.c., in nota (P. Lepage citat in o.l., p. 161); Baffie, O.M.I., Le bon Père Laurent-Achille Rey, pp. 365sq: en quel sens le juniorat oblat était-il une innovation?

#### d) Legislatio nostra de iunioratibus.

Ut communiter accidit, experientia antecedebat legislationem.

Plura Capitula generalia interveniebant ad ordinandum statum iunioratum. Ita 1843, 1867, 1873, 1879, 1887. Cf. Cosentino, Histoire de nos Règles, VI, pp. 299sq.

Ex mandato Capituli gen. 1887, P. Soulerin composuit duo "Directoria" pro iunioratibus, unum pro discipulis, alterum pro magistris, et insuper librum manuum pietatis. "Juniorats de la Congrégation des Miss. Oblats de M.I. - Directoire des élèves", Tours, 1891.

"Juniorats de la Congrégation des Miss. Oblats de M.I. - Directoire des maîtres", Tours, 1891.

"Manuel de piété à l'usage des Juniorats Oblats de M.I.", Tours, 1891.  
Cf. Cosentino in "Etudes Oblates", 1961, pp. 284-287.

Tandem aliquando, consequenter ad Capitulum generale 1926, legifertur de iunioratibus in ipsis Constitutionibus et Regulis per 4 articulos, qui inseruntur in initio praesentis paragraphi. Cf. Circul. 140 diei 16 jul. 1928, p. 21 (Circul. adm. IV, p. 127); Cosentino, Histoire de nos Règles, VI, pp. 301 sq.

Conatus ad ultiores progressus institutionis iunioratum: examen (enquête) institutum apud institutores iunioratum cura "Directionis generalis Studiorum" 1957/1958. Vide in "Missions", n. 294, Sept.-Déc. 1958, pp.139-377. Ordinationem syntheticam responsionum confecit R.P. Michael Leclercq, O.M.I., in "Supplément de la Vie Spirituelle", 1962, I, pp. 5 sqq.

Articuli Constitutionum et Regularum 1928 de Iunioratibus: 747-750.

I) Erectio Iunioratum. Art. 747.

"In singulis provinciis erigantur domus ad iuniores alumnos instituentos..." Articulus primo introductus in ed. 5a (1928), sicut ceteri articuli huius sectionis.

Agitur de domibus specialis naturae, destinatis scil. fini omnino particulari, cum organizatione et mediis illi adaptatis; et quidem de domibus formationis alumnorum Congregationis; et quidem primae formationis propriae seu de scholis "mediis" quibus iuniores alumni primo formantur institutione morali-religiosa et intellectuali "media" ante novitiatum et studia ecclesiastica superiora. Sunt nostra "seminaria minora" ad instar seminariorum minorum in dioecesibus (Can. 1354, § 2.)

Variis nominibus designantur: est imprimis nomen traditionale in Congregatione, scil. "iunioratus"; alias: iuvenatus, seminarium missionum, schola apostolica, collegium missionarium etc. Si adhibetur vocabulum "seminarium", semper addi debet adiectivum qualificativum, quo iunioratus a Seminariis dioecesanis perfecte distinguatur. Cf. "Statuta generalia" adnexa Constitutioni "Sedes Sapientiae" (1956), art. 21, nota 17.

Iunioratus est prima inter "sedes ordinarias" institutionis alumnorum nostrarum. Cf. "Statuta generalia" Constit. "Sedes Sapientiae", art. 21; "Ratio Studiorum generalis O.M.I.", n.11.

Revera, quamvis iuvenatus non sint medium per se et ratione sui necessarium ad vocationes procurandas et praeformandas Congregationi (vide supra introductionem sub littera b), attamen in praesentibus adiunctis est fere ubique medium indispensabile. Cf. Pius XI, epist. "Officiorum omnium" 1-8-1922 (Acta Ap. Sedis, 1922, p.451); Pius XI, epist. "Unigenitus Dei Filius" ad summos Moderatores relig., 19-3-1924: "...nihil facere vos posse hoc in genere utilius, quam si parva Seminaria vel collegia constitueritis... adulescentulis excipiendis in quibus aliqua divinae vocationis indicia deprehendantur." (Acta Ap.S., 1924, p. 140.)

Unde regula generalis est, ut "in singulis provinciis erigantur domus ad iuniores alumnos instituendos", imo et in vicariatibus (cf. art. 511), "dummodo capaces sint illas ad normam juris communis et particularis perfecte regere" (Ratio Studiorum O.M.I., n. 12). Reapse plures vicariatus habent suum proprium iunioratum, ut v.g. Natal, Australia, Vic. "Assumption" in Canada (vide in "Personnel" 1960).

Si in aliqua provincia vel vicariatu desunt media ad proprium iunioratum convenienter gerendum, alumni mittantur ad iuvenatum alius provinciae, vel ad publicum catholicum Athenaeum. Cf. Pius XI, epist. cit. "Unigenitus Dei Filius" 19-3-1924 (Acta Ap.Sedis, 1924, pp.140sq); "Statuta generalia" ("Sedes Sapientiae"), art. 23, § 3; "Ratio Studiorum O.M.I.", n.26.

Iunioratus est opus sive organismus provinciae. Revera, Provincialis est cum assensu sui consilii extraordinarii, Superiori generali proponere erectionem iunioratus sicut aliarum domuum provinciae (art. 531, 6\*); iunioratus, sicut aliae domus provinciae, dependet immediate ab auctoritate Provincialis tamquam Superioris maioris immediati (Ratio Studiorum O.M.I., n.16); iunioratus destinatur per se primo ad vitam, ad opera provinciae, ad eorum

conservationem et progressum procurando et praeparando necessarias vocationes; iunioratus sustentari debet per se et normaliter mediis propriae provinciae (director, professores aliaeque personae necessariae, media oeconomica-financiaria).

Ita fuit statim a tempore institutionis provinciarum apud nos. V. Fundator ad Mgr Guigues (Canada), 23-6-1857: "...Mais il est inutile qu'on s'adresse à la caisse générale pour les frais de cette oeuvre [i.e. iunioratus]. C'est à chaque province à y pourvoir au moyen des ressources que l'on se procure à cet effet. C'est ainsi que la chose est pratiquée en Angleterre où nos Pères ont créé un Juniorat où il y a déjà de 8 à 10 enfants." (Cit. apud Yenveux, o.c., Viii, 82sq.) In hoc sensu, Capitulum gen. 1867, § de Provincialibus, 5\*: "Juniorum scholasteria approbantur, sed his tantum patebunt qui satis latinitate sunt instructi; eorum institutionem perpendent Provinciales et aere provinciali ea sustinebunt." (Cit. apud Cosentino, Nos Chapitres généraux, p.91.)

Per hoc autem minime excluditur, ut provincia adiuvetur in cura de iunioratibus per alias provincias vel vicariatus vel etiam per Administrationem generalem. Laudabiliter factum est et adhuc fit. Jam mense julio 1873 RR.P. Fabre scripsit in sua relatione ad Capitulum generale: "L'établissement des Juniorats avait été recommandé par le dernier Chapitre général [i.e. 1867]... Mais pour ces Juniorats, comme pour les Noviciats, une question fort grave se présente à votre examen; ils doivent être les uns et les autres à la charge des Provinces: or ces provinces ont des ressources fort limitées; elles ne peuvent prendre des charges qu'autant qu'elles peuvent les porter. Ne pourrait-on pas faire concourir les Vicariats de Missions à l'entretien des Juniorats et des Noviciats? On pourrait recevoir un plus grand nombre de junioristes, de novices scolastiques ou convers, et par là même on pourrait fournir un plus grand nombre de sujets qu'autrement on serait peut-être dans l'impossibilité d'accepter ou de garder, faute de ressources suffisantes de la part des Provinces." (Circul. adm., I, pp. 275sq.)

Cum iunioratus sit organismus provinciae, totus ordinatus ad eius conservationem et progressum, omnes de provincia ei favere debent (s'y intéresser), illumque adiuvaré quisque suo modo, et in particulari promovere vocationes secundum infra dicenda. Sicut seminaria pro dioecesibus, ita iunioratus sunt "Spes messis" pro provincia et ultra.

#### Conditiones erectionis iunioratum.

Praeter conditiones generales requisitas e iure communi et nostro iure particulari ad foundationem cuiusvis domus (art. 531, 1\*; 435, 4\*), vigilandum ut impleantur omnes conditiones particulares requisitas ad domum formationis et institutionis intellectualis, ita ut in ea "solidae institutioni alumnorum, quae hac in re suprema lex est habenda, efficacius consuli possit." Cf. "Statuta generalia" ("Sedes Sapientiae", 1956), art. 22sq; "Ratio Studiorum O.M.I.", nn.22-31, 33sq.

Normaliter iunioristae cursus institutionis intellectualis habent suos proprios in ipsa domo iunioratus: est iunioratus in sensu completo. Aliquando, propter necessitates locales vel penuriam transitoriam, illos frequentant in collegio vel seminario minori extraneo aut cum adolescentibus non destinatis Congregationi. In quo casu specialiter vigilandum, ut illis detur formatio christiana-religiosa conveniens nostrae vocationi ad normam art. 748.

Discipuli quibus destinatur iunioratus sunt illi "quorum indoles et voluntas spem afferant eos vitam religiosam et ecclesiasticam in nostra Congregatione esse amplexuros." Est adaptatio canonis 1363, § 1, nostrae conditioni.

Revera, iunioratus sive iuvenatus in religiosis Institutis locum tenent seminariorum minorum pro clero saeculari. Iamvero ista non patent indiscriminatim omnibus, sed solum illis in quibus apparet "germen vocationis divinae". Cf. can. 1363, § 1; Pius XI, epist. "Officiorum omnium", 1-8-1922: "...ut sacra Seminararia, nisi ad eam rem, cuius causa condita sunt, ne adhibeantur, i.e. ad sacrorum ministros, ut oportet, instruendos. Quare non modo in eis locus esse non debet pueris vel adolescentibus, qui nullam sacerdotium praeferant propensionem voluntatis..." (Acta Ap.Sedis, 1922, pp.451sq). Item, Pius XI, in epist. "Unigenitus Dei Filius", 19-3-1924 (Acta A.S., 1924, p.140); "Statuta generalia" ad "Sedes Sapientiae" (1956), art. 31, § 2: "Ut vero in Scholās Apostolicas vel similia Collegia seu Seminararia religiosa admittantur candidati, sufficit ut saltem prima germina significant illius vocationis et quidem necessario genericae tantum".

De promotione vocationum (recrutement), vide supra (Appendix post art. 698).

Candidati qui admittuntur sunt generaliter adolescentes iuniores. Experientia constat non sine fructu admitti posse etiam iuvenes aetatis provectioris, qui gallice dicuntur "vocations tardives" ("Spätberufe"). Pro iis instituuntur cursus speciales, imo sedes particulares eis adaptatae.

Legitur in Acta Cap. 1959, art. 127: "Inter iuniores nostros alumnos instituendos ne recipientur iuvenes, qui modicam saltem pensionem non solvant, nisi Provincialis pro singulis casibus aliter iudicaverit. Pensiones personales tamen pensionibus fundatis suppleri possunt." Similiter apud Redemptoristas: Constitutio capitularis 1079. (Regulae-Constitutiones, ed.1936/1947).

## II) Iunioratum institutores eorumque missio. Art. 748-749.

### a) Dispositio fundamentalis. Art. 748.

Affirmatur principium accuratae selectionis institutorum, i.e. eorum omnium qui partem habent in institutione alumnorum: superior vel moderator alumnorum, praefectus spiritus vel studiorum, magistri, confessarii.

Agitur enim de vero "ministerio" sive servitio publico Ecclesiae, digno sacerdote, scil. de munere educationis vel formationis et institutionis adolescentium intuitu sacerdotii religiosi-apostolici. Felix evolutio vitae personalis iuvenum eorumque valor ac sors in futuro atque bonum Congregationis et ipsius Ecclesiae dependent magna ex parte ab hac prima formatione et institutione humana, christiana et sacerdotali. Cf. RR.P. Soullier, Circul. 61 (8 dec. 1896), "Les études du missionnaire Oblat de M.I.", pp. 107-109. Ibi legitur p. 109: "le juniorat est 'le lieu des commencements': et l'on sait qu'en toutes choses, ce sont les commencements qui d'ordinaire décident de tout le reste."

Est luce clarius non omnes posse indiscriminatim assumi ad tale ministerium, nec sufficere criteria mere negativa ut quis illi destinetur. Sicut est gravis obligatio Status, ut praeficiat institutioni et formationi puerorum nonnisi magistros vere aptos, non minus gravis obligatio premit provincias nostras. Bonum commune Congregationis et Ecclesiae, imo et ipsius societatis civilis urgent illam "accuratam selectionem". Responsabilitas non negligenda auctoritatis competentis respectu ipsorum adolescentium, illorum familiarum, Congregationis atque Ecclesiae.

Propterea Ecclesia et Congregatio praescribunt diligentem curam in eligendis institutoribus. Ita C.J.C. can. 1360, § 1; Statuta generalia (ad "Sedes Sapientiae"), art. 24, § 1; Ratio Studiorum O.M.I., 1960, n.75; Capitulum gen. 1938: Circul. 164 diei 19-3-1939, p.42 (Circul. adm. IV, p. 360).

Dotes requisitae. Remittitur ad art. 49-54, qui applicandi sunt etiam institutoribus iunioratum, proportione servata.

Requiritur non solum aptitudo ad iuvenes formandos et instituendos, sed etiam "habilitas excolta et exercitata" (Statuta generalia et Ratio Stud. O.M.I. l.c.), et proinde in particulari praeparatio professionalis et peculiariter paedagogica. Remittitur enim ad art. 52.

Cf. Statuta generalia (ad "Sedes Sapientiae"), art. 30, § 2; Ratio Studiorum O.M.I. 1960, nn. 120sq, 128; RR.P. Soullier, Circul. 61 diei 8-12-1896 "Les études du Missionnaire Oblat de M.I.", pp. 108sq; Capitulum gen. 1887: cf. Acta Cap. 1932, art. 148, et Acta Cap. 1959, art. 131; Capit. gen. 1938: cf. Circul. 164 (19 mart. 1939), pp. 42sq (Circul. adm. IV, pp.360sq); Capit. gen. 1953: Circul. 203 (8 dec. 1953), nn. 48sq; RR.P. Deschâtelets, Litt. circul. ad Provinciales et Vicarios, 1-9-1956: v. "Missions", 1956, pp. 138ss. Supplément de la Vie Spirituelle, 1962, I, pp.5-200: "Formation des Responsables des petits séminaires religieux".

Nominatio institutorum. Superiores locales et iuniorum Moderatores (de quibus in art. 750): a Provinciali in suo Consilio extraordinario, cum approbatione de scripto Superioris generalis (cf. art. 435, n.11; 531, 3\* et 5\*; 532). Assesores Superioris localis et Oeconomus localis: a Provinciali un suo Consilio extraordinario (cf. art. 531, 4\*; 592; 634).

Idem dicendum de nominatione praefectus studiorum, professorum et confessoriorum: vide Constitutiones O.M.I., art. 530; "Ratio Studiorum O.M.I.", n.76; "Statuta generalia", art. 25, § 2.

Quoad modum in nominationibus servandum, vide "Statuta generalia", art. 25, § 1; Ratio Studiorum O.M.I., n. 77.

Dos Desideratur certa stabilitas in munere ad normam art. 53, ad quem remittitur. Cf. Statuta generalia (ad "Sedes Sapientiae"), art. 26, §§ 1 et 2; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 78sq.

De amotione et mutatione institutorum vide Statuta generalia, art. 26, 2 3; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 80-82.

De Superiorum localium nominatione, duratione in munere, remotione eadem valent ac de ceteris Superioribus localibus.

Omnia summarie recapitulantur in "Epitome Instituti S.J.", ed.4 (1949), n. 297, § 8: "Quia vero litterariae institutionis fructus a professoribus maximam partem dependet, ad Nostros sive Novicios sive Iuniores docendos eligantur in quaque Provincia optimi; qui nempe et religiosae vitae exemplum praebeant et suas disciplinas, sive primarias sive secundarias, bene calleant, et dotibus paedagogicis non mediocribus exornentur, quique insuper, nostrae Rationi Studiorum addicti, secundum eam iuvenes nostros docere valeant. Hi porro Professores stabiles sint, nec sine gravi ratione mutantur."

Institutorum missio praecipua est adolescentium educatio in huius verbi sensu nobilissimo, scil. educatio christiana, religiosa, sacerdotalis-apostolica et oblativa.

Revera, "Ipsorum officium erit praesertim alumnos christianam doctrinam edocere". Recole canonem 1364: "In inferioribus Seminarii scholis: 1\* Praecipuum locum obtineat religionis disciplina, quae, modo singulorum ingenio et aetati accomodato, diligentissime explicetur." Pius XI, Epist. ap. "Unigenitus Dei Filius", 19 mart. 1924 (cf. Acta Ap. Sedis, 1924, pp. 136, 141; Statuta generalia (ad "Sedes Sapientiae"), art. 43, § 3, 1\*; Ratio Studiorum O.M.I., 1960, n. 165; Capitulum gen. 1938: Circul. 164 (19 mart. 1939), p. 46 (Circul. adm. IV, p. 364).

"Ipsorum officium erit praesertim alumnos... virtutibus eorum conditioni congruis informare". Iamvero conditio peculiaris alumnorum nostrorum iunioratum est, ut destinentur ad vitam religiosam-sacerdotalem-apostolicam. Iunioratus est quasi postulatus praeparatorius ad novitiatum; ideoque "religiosa institutio a primis solidis fundamentis vitae moralis, christianae et asceticae adolescentibus tradenda" est (Statuta generalia, art. 6, § 2, 2\*; Capitulum gen. 1938: Circul. adm. 164 (19 mart. 1939), p. 43; "Formation morale solide" (IV, p. 361).

Similiter "clericalis institutio a Scholis Apostolicis incipere debet... eaque evolvenda et perficienda est per integrum cursum pari gressu cum institutione religiosa et apostolica, utramque pervadens atque informans." (Statuta generalia, art. 10, § 3; Ratio Studiorum O.M.I., n. 150. Revera, "Institutio clericalis est elementum essentielle eruditionis sodalium qui ad Altaris servitium contendunt". Propterea tota praeparatio alumnorum nostrorum quam maxime respondere debet nostrae vocationi sacerdotali-religiosae. Cf. Statuta generalia, l.c., § 1.

Item institutio apostolica suo modo excolenda est in nostris iunioratibus, qui non immerito dicuntur "Scholae apostolicae" vel "Seminaria Missionum". Cf. Statuta generalia, art. 14, § 1; art. 47, § 1; Ratio Studiorum O.M.I., n. 199. Imo "ad specialem apostolatam proprii instituti gradatim parentur alumni, probe scilicet addiscendo eiusdem finem, spiritum, ministeria; originem et historicam evolutionem, vitam sodalium illustriorum, quibus mediis efficaciter usi sunt, ita ut propriam familiam magis diligant iuniores et propriae divinae vocationi melius respondeant." (Statuta generalia, art. 47, § 2; Ratio Studiorum O.M.I., n. 200.

Quo clarissime commendatur institutionem in nostris iunioratibus tradendam esse vere oblaticam et confirmatur textus regularum: ipsorum institutorum officium erit "simul cognitionem et amorem Congregationis alumnis infundere..." Tot sunt modi istud praestandi: narrare facta vitae Fundatoris et Congregationis, missionariorum, prout legi possunt in "Missions", in "Notices nécrologiques", in libris a nostris conscriptis (P. Duchaussois etc); festa missionalia; circuli missionales pro provectoribus; invitare missionarios, ut iunioristas informet de operibus Congregationis, de eius missionibus, etc.

Totum illud opus educationis includit et praesupponit formationem iudicii, honestatis naturalis et modi exterioris convenienter se gerendi: vera et christiana urbanitas, facultas exercendi corporis atque hygienica praecepta, vestium et corporis munditia, in conversando comitas... (can. 1369, § 2; Statuta generalia, art. 35, § 3; art. 40, § 5). Constitutio apostolica "Sedes Sapientiae", 1956, n. 22: "nihil prorsus neglegatur, quod ad corpus animumque perficiendum, ad omnes naturales virtutes excolendas, et ad integram humanitatem viriliter conformandam quolibet modo conferat, ita ut supernaturalis deinde sive religiosa sive sacerdotalis institutio huic solidissimo inhaereat naturalis honestatis exculturae humanitatis fundamento; siquidem hominibus eo facilius securiorque ad Christum via patet, quo in sacerdotis persona evidentior



ipsis appareat 'benignitas et humanitas Salvatoris nostri Dei' (Tit. III, 4)."  
Cf. Ratio Studiorum O.M.I., n. 142.

In omnibus debita mensura et discretio observanda. Revera, alumni informandi sunt "virtutibus eorum conditioni congruis", pro eorum aetate et capacitate. "Non quasi novitii habendi vel tractandi sunt, adhibitis disciplina et exercitiis novitiatui propriis". Cf. Statuta generalia, art. 35, § 2; § 3, 1\*.

Institutores munus educationis sive formationis exercent sexcentis modis, scil. "verbo et exemplo" (can. 1360, § 1), publice et privatim, in scholis - et scholae cuiuscumque materiae occasionem praebent - in lectione spirituali, in "meditationibus", in confessionali, in recreatione variisque occupationibus liberis iunioristarum.

N.B. Iurisdictio "oblativa" abhinc 1938 se extendit etiam ad iunioristas. Cf. "Missions", déc. 1938, p. 573; Circul. 189 (2-5-1951), pp. 2sq (Circul. adm. V, 289sq).

Quod attinet ad participationem confessoriorum in consiliis, analogia sumenda est ex articulo 85 (can. 1361, § 3). Cf. Circul. 128 (13-4-1921), p. 33 (Circul. adm. III, p.390).

b) In particulari de institutione litteraria et scientifica. Art. 749.

Articulus applicat nostris iunioratibus ius commune: can. 1364, 2\* et 3\*. Sacerdos, etiam "missionarius pauperum", est de delectis viris nationis (de l'élite de la nation), quibus incumbit populi educatio, Cf. Pius XII, Exhortatio "Menti nostrae", 23 sept. 1950 (Acta A.S., 1950, p.687; Document. Cath. 22-10-1950, col. 1369); Pius XII Constitut. "Sedes Sapientiae", 31 maii 1956, n. 30; "Statuta generalia" adnexa, art. 43, § 1; Ratio Studiorum O.M.I. n. 162sq.

In particulari de studio linguae patriae et latinae, vide C.J.C. can. 1364, 2\*; Pius XI, Litt. ap. "Officiorum omnium" 1 aug. 1922 (Acta A.S. 1922, pp.452s); Idem, Litt. ap. "Unigenitus Dei Filius" 19 mart. 1924 (Acta A.S., 1924, pp. 141s); Statuta generalia, art. 43, § 3; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 166sq; Capitulum gen. 1938: v. Circul. 164 (19-3-1939), pp. 46s (Circul. adm. IV, 364s).

Quoad ceteras disciplinas tradendas, vide Ratio Studiorum O.M.I., nn. 170-174.

Liceat citare sequentia e "Epitome Instituti S.J.", ed.4 (1949), n. 297, § 3: "Curent Scholastici [i.e. omnes scholares sive studentes] memoriam excolere, selectos auctores attente legere, stilum in compositionibus diligenter exercere, pronuntiationem expolire." Vide etiam Statuta generalia, art. 43, § 3, 5\*; Ratio Studiorum O.M.I., n. 173.

III) Regimen extraordinarium iunioratus. Art. 750.

Regimen alumnorum normaliter incumbit Superiori locali. Revera, illi incumbit "cura et regimen domus cui praeficitur" (art. 588), i.e. cura et regimen personarum et operum, ideoque etiam istius operis eximii institutionis iuniorum alumnorum, quod generatim est opus unicum vel saltem praecipuum domus.

Occurrunt quandoque adiuncta extraordinaria, in quibus regimen alumnorum Superiori locali convenienter committi nequit (plura opera coexistunt in eadem domo; iunioristae, paucioris adhuc numeri, collocantur in domo missionaria vel novitiatus aut scholasterii). Constitutiones praevident, ut in tali casu regimen alumnorum committatur alii sacerdoti sub titulo "Moderatoris alumnorum" (art. 676). Ita statim ab initio foundationis iunioratum in N.D. de Lumières 1840, cuius primus Moderator fuit P. Pierre Aubert. Vide supra introductionem.

Notandum quod nominatio istius Moderatoris, facta a Provinciali de assensu sui Consilii extraordinarii, indiget approbatione Superioris generalis et quidem de scripto. Cf. art. 531, 5\* et 532.

Iura et officia, praesertim inter Moderatorem et Superiorem localem, inter Moderatorem et Professores, accurate definienda.

N.B.

Regimen ordinarium iunioratum vide in Ratio Studiorum O.M.I. et quidem in particulari:

Munera Superioris localis vel Moderatoris: ibidem, nn. 86 sqq.

Praefecti studiorum: ibidem, nn. 97 sqq.

Consilium administrationis et directionis: analogia cum art. 754 sq, 84-86. Cf. Ratio Studiorum, n. 74; 92.

Admissio et dimissio: Ratio Studiorum, nn. 156-160; Statuta generalia, art. 31, § 2, 2\*; can. 1371.

Organizatio studiorum: vide Statuta generalia, art. 43; Ratio Studiorum, nn. 162 sqq; 246; 257-258; 260sq; 273; 275ss; 278sq.

De anno scholastico: kalendarium scholasticum, vacationes, examina etc. Vide Statuta generalia, art. 42; Ratio Studiorum, nn. 220 sqq; n. 283; 175; 291-293.

## Sectio IIa

DE SCHOLASTERIIS

## Art. 751-761

Introductio.

a) Historia scholasteriorum in Congregatione nostra breviter recapitulatur.

1\* Primitus scholastici, scil. illi qui novitiatu peracto et "oblacione" emissa, studiis ecclesiasticis vacabant et ad ordines recipiendos sese praeparabant, nomen commune "Oblati" ferebant. (cf. supra ad art. 732). Simul cum novitiis inhabitabant domum missionariorum sub directione "Moderatoris oblatorum", de quo peculiaris paragraphus in tribus prioribus editio-nibus.

Ita statim ab anno 1816 in domo Aix, ubi frequentabant seminarium dioecesanum intuitu institutionis in scientiis ecclesiasticis. Vide apud Jeancard, Mélanges historiques, pp. 32sq; Rambert, I, pp. 294sq. In domo N.-D. du Laus: 1822-1826.

Abhinc annis 1826/1827 in urbe Marseille, in domo "Calvaire". Vide apud Rey, I, p. 421. De illis P. de Mazenod scripsit 25-1-1827: "Je vous assure qu'ils travaillent, mais ils le font bien volontiers et avec beaucoup de succès. C'est ainsi que toute la Société remplit sa tâche pour la plus grande gloire de Dieu."

Datis perturbationibus politicis in Gallia anno 1830, Fundator mittit scholasticos in Helvetiam, ubi primo hospitantur in seminario dioecesis Fri-bourg (mense septembri), et die 14 oct. occupant domum S. Joseph in Billens, sub directione P. Mille tamquam Superioris; inter professores P. Bons, P. Ricard.

Redeunt in Galliam mense ianuario 1833 et per plures annos diversas domus inhabitant: Marseille-Calvaire, 1833-1834; Aix, mense oct. 1834; mense oct. 1835 recipiuntur in seminario dioecetano Marseille, in via "Rue Rouge" (cf. Rey, I, p. 666). Annis 1841 et sqq. et adhuc 1844, inveniuntur in N.D. de Lumières. Vide notationes Fundatoris in "Journal" (Yenveux, VIII, 79; 114). Redeunt ad seminarium Marseille 1844 (VIII, p. 99).

2\* Primum scholasterium cum sede propria et organizatione propria et inde-pendenti inauguratur 20 oct. 1854 in Montolivet prope Marseille, sub directione P. Tempier tamquam Superioris et P. Mouchette ut Moderatoris Obla-torum. Cf. Rey, II, 507.

Ingravescentibus difficultatibus inter dioecesim Marseille et Congre-gationem post mortem Mgr de Mazenod (1861), Oblati deserunt directionem semi-narii maioris massiliensis et transferunt scholasterium de Montolivet in urbem Autun (1862).

Abhinc anno 1880 scholasterium, propter hostilitatem gubernii gallici, exulare cogitur per plura decennia et instabiliter varias regiones peragra-tur: Inchicore (Irlandia, 1880-1885), Belcamp (Irlandia, 1885-1888), conventus S. Francisci in Bleyerheide (Hollandia, 1888-1891) et tandem aliquando Leodii (Liège in Belgio, 1891-1934).

In Gallia iterum instauratur 1934 in vico La Brosse-Montceaux prope Parisios; in antiquo monasterio Solignac in dioecesi Limoges, 1945/1946.

3\* Scholasterium romanum.

Primi Oblati qui Romae studiis vacabant fuerunt PP. LEROND et CORNE, qui studiis peractis in scholasterio Autun Urbem petebant mense octobri 1863, simul cum P. Tamburini, Procuratore apud S.Sedem, et fratre coadiutore Gandolphi domicilium habebant apud Patres S.Crucis (du Mans) in domo S.Birgittae (Piazza Farnese). Et ita etiam annis sequentibus pauci Patres vel Fratres schol. studiorum causa Procuratori adiungebantur.

Scholasterium proprie dictum instauratur anno 1881 prope ecclesiam S. Ignatii (piazza S.Ignazio). Novam domum construunt in monte Esquilino, fronte principali versus ecclesiam S.Petri ad vincula, non longe a Colosseo; ante frontem domus postea deducetur nova via dicta "Via Vittorino da Feltre", bene nota in Congregatione per plus quam semi-saeculum. Domus inauguratur Sabato Sancto, 9 april. 1887. Ibidem celebratur primum Capitulum generale romanum 25 april.-5 maii 1887. Administratio generalis huc transfertur anno 1905. Scholasterium in via Vittorino da Feltre deserunt durante autumno 1961; scholastici hospitantur in nova domo generali in Via Aurelia, expectantes constructionem novi scholasterii extra Urbem. Cf. P. Aristide Philippot, in "Missions", 1932, pp.677-693.

4\* Multiplicatio scholasteriorum.

Sicut in Gallia per plura decennia "Oblati" colligebantur in diversis domibus sub directione "Moderatoris Oblatorum", ita etiam in aliis regionibus in quibus Congregatio radices mittebat. Ita in Anglia-Irlandia, scholastici iam anno 1849 inveniuntur in domo Maryvale, in domo Everingham et postea in domo Sicklinghall (1852). In provincia Canada scholastici per 20 annos hospitantur in "Collegio" Ottawa (futura universitate).

Scholasteria proprie dicta, cum sede propria et organizatione propria, paulatim hic illuc instaurantur: in Ottawa-Est (1885), in Hünfeld (Germania) 1895, in Belmont (prov. Anglia-Irlandia) 1901, in San Antonio (U.S.A.) 1903, in Tewksbury (U.S.A.) 1904, etc. Cf. Cosentino, Histoire de nos Règles, V, pp. 32s; 40.

b) Conditio iuridica scholasteriorum in Congregatione.

Scholasteria sunt domus peculiaris omnino naturae et eximii momenti pro universa Congregatione. Ideoque nunquam eis applicabant regimen commune domorum, nec hodie applicant. Quod attinet ad illorum conditionem iuridicam, quaedam evolutio observatur. Omissa periodo praeparatoria, 1816-1854, in qua nondum habentur scholasteria proprie dicta stabiliter constituta, cum sede propria et organizatione propria, duae phases distingui possunt. Cf. Cosentino, Histoire de nos Règles, V, 32ss.

1\* Phasis prior, 1854-1906.

Non obstante partitione Congregationis in provincias 1850/1851, scholasterium Montolivet, erectum 1854, quod per plura decennia erat unicum et generale, remansit sub auctoritate Superioris generalis tanquam Superioris maioris immediati; erat institutum generale, subtractum auctoritati Provincialium.

Idem regimen applicabant aliis quoque scholasteriis quae abhinc anno 1881 hic illuc erigebantur. Etiam illa habebant ut instituta ordinis generalis, quibus competebat formare missionarios non solum pro determinata provincia, sed pro universa Congregatione, et speciatim pro vicariatibus missionum. Ideoque remanebant sub auctoritate Superioris generalis ut Superioris maioris immediati; aerarium generale subveniebat sustentationi scholasticorum; ad

Superiorem generalem pertinebat dare primam obedientiam post studia peracta.

In sic dicto "Personnel" Congregationis scholasteria enumerabantur immediate post domum generalem, ante provincias. Ita usque ad annum 1904.

Fatendum est huiusmodi regimen derogasse aliquantulum autonomiae provinciarum. Fuit regimen transitorium, quod tandem aliquando modificandum erat. Patet ex discussionibus in pluribus Capitulis generalibus, praesertim anno 1867, 1887 et 1904. Vide apud Cosentino, Histoire de nos Règles, V, pp. 34-39.

## 2\* Phasis posterior, abhinc anno 1907.

Rebus notabiliter mutatis (multiplicatio scholasteriorum particularium, difficultas Superioris generalis convenienter et efficaciter eis providendi etc.), Capitulum generale 1906, omnibus mature perpensis, decrevit scholasteria esse subiicienda auctoritate immediatae Provincialium, excepto scholasterio generali et internationali in Urbe. Cf. Circul. 92 diei 21 aprilis 1907, pp. 42-49 (Circul. adm. III, 181-188; Cosentino, o.c., V, 40-45).

Quamvis scholasteria sint deinceps instituta provincialia atque unumquodque scholasterium - praeter romanum - sit pars integra provinciae ad quam pertinet, attamen hodie sicut olim verum est scholasteria quam maxime conferre ad bonum universae Congregationis, eius integritatem et progressum multum dependere a recta formatione scholasticorum. Unde etiam nostra legislatio hodierna servat Superiori generali peculiaria iura et responsabilitates respectu scholasteriorum: ipsi competit ius et obligatio specialissime invigilandi istis domibus (art. 752), directores et professores non nisi cum eius approbatione a Provinciali nominari possunt (art. 753), Superioris generalis est invigilare integritati et uniformitati institutionis intellectualis (art. 756), ipsius est dare primas litteras obedientiales studiis absolutis, aerarium generale subvenit ex parte sustentationi scholasticorum.

## c) Legislatio nostra de scholasteriis.

In ipso libro Constitutionum et Regularum: vide supra, Notae praeviae ad praesentem paragraphum, I, pp. 126sq.

Directoria. Praeter directoria manuscripta e prioribus decenniis Congregationis in usum tum novitiorum tum "Oblatorum", i.e. scholasticorum, exstat unum directorium generale impressum, auctore P. Rambert: "Directoire des Noviciats et des Scolasticats de la Congrégation des Missionnaires Oblats de M.I.", Tours, 1876. Cf. Cosentino in "Etudes Oblates", XX (1961), pp. 280ss.

Ratio studiorum. V. Fundator frequenter, occasione data, dispositiones, "directivas" et consilia edidit de studiis peragendis. Prima ordinatio generalis studiorum, valde brevis et procedens per summa capita, habetur ex Capitulo generali 1867. Vide supra "Notae praeviae" ad praesentem paragraphum, I), p. 126; Cosentino, o.c., V, 37.

Capitulum generale 1879, sessio 7, decrevit, ut conficiatur "Ratio studiorum universa", quam et ipsi Directores aut Professores in docendo sequi teneantur. Idem decreverunt Capitula generalia 1887, 1893 et 1898 (Acta Capit. art. 104). Cf. Cosentino, o.c., p. 38.

Circul. 57 diei 26 martii 1894, p. 29, citat votum Capituli generalis 1893: "13. Il devient urgent de procéder à la rédaction du Ratio studiorum ac vitae, à l'usage des scholastiques". Et proseguitur: "Ce travail est de ceux qui ne s'improvisent pas, et quoiqu'il en soit question depuis fort longtemps,

nous croyons que rien n'a encore été fait. - Un ouvrage de ce genre est le résultat de longues, nombreuses et constantes observations. Les meilleurs règlements sont ceux qu'on pratique longtemps avant de les écrire. Pour commencer, nous engageons donc nos professeurs à longuement observer et à noter fidèlement le résultat de leur expérience. Nous les réunirons quand le moment sera venu; et de leur entente, sous le contrôle des Provinciaux, de nos Assistants et du nôtre, sortira la législation qu'il s'agit d'établir." (Circul. adm. II, p. 179.)

Tandem aliquando anno 1960 in lucem prodiit "Ratio Studiorum generalis Congregationis Miss. O.M.I." Vide supra "Notae praeviae" in praesentem paragraphum, II), p. 127.

d) Lineamenta maiora institutionis scholasticorum.

Principia communia pro nostris studiorum domibus (vide supra "Notae praeviae" ad praesentem paragraphum, III, pp. 128sq) valent potissime de scholasteriis et institutione scholasticorum.

- - - - -

I) Scholasteriorum destinatio et natura. Art. 751.

Textus.

Dispositio primo proponitur in ed. 4a (1910), art. 787, ubi sic legitur: "Scholasterii domus sunt in quibus Oblati per virtutum exercitium et ecclesiasticae scientiae acquisitionem... efformantur."

In ed. 5a (1928), praeter correctionem grammaticalem in initio, additur conditio complementaria: "Scholasteriorum nomine, veniunt domus in quibus, expletis studiis humanioribus atque emenso novitiatus tempore, oblata per virtutum exercitium..."

Commentarium.

1\* Nomen.

Ex usu plus quam centenario huiusmodi domus vocantur apud nos vulgariter "scolasticats"; in quibusdam regionibus "Seminaria missionum". Notandum quod si domus formationis religiosorum designantur nomine "seminarii", semper comitari debet adiectivo qualificativo, quo perfecte a Seminariis dioecesanis distinguantur. Cf. Statuta generalia, art. 21, notae 17 et 18.

Nomen latinum "scholasterium" derivatur directe e lingua graeca (to scholastèrion); non adhibetur in lingua latina classica nec in christiana antiqua. Qui vacant studiis ecclesiasticis apud nos primitus vocabantur "oblata"; iam a 100 annis praevalet nomen "scholastici". Vide commentarium ad art. 732.

Apud Redemptoristas scholasterium vocatur "Studentatus" et scholastici "Studentes". Cf. Constitutiones et Regulae, 1936/1947, nn. 1213 sqq. Apud Jesuitas retinetur nomen commune "Collegium", atque distinguunt "Collegium litterarum humaniorum", "Collegium philosophiae", "Collegium theologiae". Vulgariter dicuntur quoque, secundum diversitatem regionum, "Scolasticat" vel "Facultas philosophiae-theologiae". Studentes vocantur "Scholastici". Cf. Epitome Instituti S.J., ed. 4a, nn. 278sqq.

2\* Finis proprius scholasteriorum: formatio "ad ordines sacros necnon ad varia Congregationis ministeria".

Est finis quem V. Fundator, modo valde concreto, inculcabat frequenter Superiori, directoribus et studentibus scholasteriorum. Ita v.g. in epistola 6-6-1831 ad P. Mille (Billens, Helvetia): "Mon intention est que vous donniez à ces jeunes gens tous vos soins. Il s'agit de les former, de leur communiquer notre esprit, de leur inspirer l'amour de la famille sans lequel on ne sera propre à rien de bon. Ils sont neufs en tout cela. Vous devez vous appliquer à cet objet avant toute autre chose et ne vous reposer sur personne de ce soin. ... il faut qu'à tous prix les sujets, quels qu'ils soient, se prêtent à tout pour perfectionner leurs études et se rendre ainsi propres à servir l'Eglise... Je me mets peu en peine que l'éducation se prolonge. L'essentiel est que rien ne demeure enfoui, que chacun tire parti de la dose de talents que le Seigneur lui a départis; en un mot, qu'on se mette à même de défendre la vérité et le sacré dépôt de la foi, non seulement par la prière, mais par la parole et par les écrits, s'il le faut." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 102sq.)

Nobilitas et momentum huius operis formationis in oculos saltat. Mgr de Mazenod, epist. 11-3-1860 ad P. Mouchette, Moderatorem scholasterii de Montolivet: "Ne vous plaignez pas, mon cher fils, de la part qui vous est échue dans ce grand oeuvre de la sanctification de nos jeunes scolastiques. Ne vous mettez pas en peine des distractions que vous cause ce travail. Il est pénible, j'en conviens, et semble vous détourner de ce que vous voudriez faire spécialement pour vous-même. Que cela ne vous donne pas le moindre souci. Ceux que vous formez, ce semble à votre détriment, vous valent le centuple de ce que vous pourriez faire pour vous." (Cit. Yenveux, o.c., VIII, 104.)

Efformatio ad ordines sacros, scil. intuitu sacerdotii Christi participandi. Nihil linquendum inausum ut scholastici fiant Christi eiusque Ecclesiae sacerdotes, utique boni sacerdotes: est scopus essentialis scholasterii estque motivum efficax laboris perseverantis.

Statuta generalia (ad "Sedes Sapientiae"), art. 10, § 1: "Institutio clericalis est elementum essentialis eruditionis sodalium qui ad Altaris servitium contendunt eaque ratione sacerdotali vocationi religiosae quam maxime respondere debet." - § 2: "Haec clericalis institutio, ex intrinseca catholici sacerdotii unitate, non alia est, ad finem et obiectum quod attinet, quam institutio cleri saecularis, atque in hoc tendit tota ut religiosa professio cum sacerdotali dignitate intime ac perpetuo cohaereat, et dum sacerdotium religiosam professionem elevat ac ditat, haec illud alat ac roborat."

Praecipue ratione huius finis scholasteria nostra habenda sunt ut instituta publica in Ecclesia, atque studia ibidem peragenda debent esse rationis publicae, non privatae. Statuta gen., art. 41.

Efformatio ad varia Congregationis ministeria.

Tota formatio nostra ipsaque studia ordinantur, non mere ad scientiae possessionem, ad examen pericula superanda, ad gradus obtinendos, sed ad vitam, et quidem ad nostram vitam oblativam, cuius finis proprius non est veritas contemplanda, sed veritas evangelizanda per varia opera sive ministeria apostolica secundum Constitutiones, Pars Ia. Vide supra notas praevias ad praesentem paragraphum, III, c).

Congregatio instituit suos filios, ut per eos opera propria ab Ecclesia sibi commissa adimplere possit. Unde etiam valde prae corde habet, ut ipsos proprio suo spiritu imbuat. Recole epistolam Fundatoris ad P. Mille 6-6-1831 (supra).

Multum interest, ut institutores (Superior, praefecti, professores, confessarii) tradant hanc formationem propriam et hunc spiritum proprium; ut ex sua parte scholastici sint bene dispositi ac dociles respectu huius influxus formatricis. Est quaestio "vitalis" pro Congregatione. Pius XI, epist. "Unigenitus Dei Filius", 19-3-1924: "...Quibus [i.e. magistris] quidem in eo magnopere elaborandum, ut ex discipulis sanctos operososque Christi apostolos faciant... labores, quos in rem tam salutarem, dilecti filii, insumpseritis, uberrimorum laetitiae fructuum, ultra quam credibile est, compensabitis." (Acta Ap.Sedis, 1924, pp. 143sq.)

Formatio intuitu finis proprii Congregationis non excludit prosecutionem finis communis omnis vitae religiosae, scil. acquisitionem perfectionis christianae per praxim consiliorum evangelicorum ac vitae communis. E contra: Formatio clericalis et religiosa sunt intime connexae ac pari gressu incedere debent. Apud nos, sicut in omni religione clericali, "religiosa professio cum sacerdotali dignitate intime ac perpetuo cohaeret, et dum sacerdotium religiosam professionem elevat ac ditat, haec illud alit ac roborat." (Statuta generalia, art. 10, § 2.) Idem dicendum de formatione apostolica et religiosa.

Unde novitiatu peracto ac prima oblatione emissa, formatio religiosa ulterius evolvenda et solidanda est, etiam post oblationem perpetuam. Cf. Statuta generalia, art. 7, § 1, 2\*; art. 8, § 2; art. 38, § 1, 1\*; art. 40.

Liceat citare sequentia e Constitutiones-Regulae Redemptistarum, ed. 1936/1947, n. 1213: "Finis Studentatus duplex est. Prior est, ut formatio spiritualis in Novitiatu incepta confirmetur ac perficiatur; sicque Studentes non remissiores, sed ferventiores evadant in dies, et veram solidamque virtutem consequantur. Alter vero est, ut sibi omnes illas acquirant scientias, quae muneri apostolico necessariae sunt."

3\* Media propria per summa capita: virtutum exercitium et ecclesiasticae scientiae acquisitio.

#### Virtutum exercitium.

Perfectio christiana est vita filiorum Dei progressiva. Exercetur concrete per activitatem vitalem, scil. exercitium virtutum, et quidem progressivum. In particulari, praxis consiliorum evangelicorum et vitae communis est impossibilis absque exercitio serio et perseverante virtutum theologialium et moralium.

Sacerdotium et apostolatus postulant non mere aptitudinem ad virtutem, sed virtutes iam consolidatas, et proinde exercitatas. Recole paedagogiam Christi respectu apostolorum, quam P. de Mazenod intendit sequi. "Illis exploratum est quod si possent informari sacerdotes... Equidem, quid egit Dominus noster Iesus Christus... Quid, vice sua, sit ab hominibus agendum cupidis implendi vestigia Christi..." (Praefatio).

Non desunt consilia practica Fundatoris ad Moderatores adiuvandos in opere formationis scholasticorum. Ita v.g. in epistola 30-8-1844 ad P. Bellon, Moderatorem Oblatorum in N.-D. de Lumières: "... Je n'entends point que l'on marchande avec le bon Dieu. Je n'entre dans aucun détail, mais je vous rappelle à vous qui êtes leur directeur qu'il ne s'agit pas de se contenter seulement de ce que l'on veut bien vous donner, mais que l'on commence à se mettre tout de bon à acquérir les vertus propres à l'état de perfection qu'ils ont voué."



Répétez-leur de ma part qu'ils ne sont ni écoliers ni simples fidèles, ni même des séminaristes, mais des religieux tenus par conscience à marcher dans les voies de la perfection et que votre devoir à vous est de tenir la main à ce qu'ils s'acquittent de leurs obligations... Je vous prie d'exiger aussi que l'on soit poli, honnête, prévenant. Ne passez aucune grossièreté. Que l'on s'accoutume de bonne heure à se supporter mutuellement... Que l'éducation que l'on reçoit chez nous soit mâle, grave et toute sainte. Il s'agit de former des hommes qui doivent être tout imbus de l'esprit de Jésus-Christ pour combattre la formidable puissance du démon, détruire son empire dans les âmes, édifier le monde pour l'amener à la vérité, servir l'Eglise dans les ministères les plus élevés et les plus difficiles. Peut-on arriver à ces résultats avec des êtres sans générosité, sans courage, dépourvus d'amour, se traînant lâchement dans l'ornière? Quand sentira-t-on ces choses, si on ne les comprend pas dans l'âge de la ferveur?" (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 136 sq.)

Omnia recapitulantur in epistola ad P. Mouchette, Moderatorem oblatorum, 9-7-1853: "Somme toute, une éducation mâle, religieuse et paternelle. Voilà la méthode que j'ai suivie dans les commencements, lorsque j'étais chargé moi-même de former nos sujets." (Cit. ibidem, VIII, 108.)

Ecclesiae ius commune urget virtutum exercitium in scholasteriis per varia praescripta. Committit formationem spiritualem speciali curae alicuius Praefecti seu Magistri spiritus, quo munere fungitur apud nos generatim ipse Superior scholasterii: can. 588, § 1; Statuta generalia, art. 28, § 2; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 52, 76, 83. Commendat Superioribus, ut studentes serio formentur ad exercitium virtutis religionis (liturgia et exercitia pietatis) et receptionem sacramentorum: can. 588, § 3; 595; Statuta generalia, art. 37, § 1; art. 40, §§ 2 et 3. ... ad vitam communem et regularem agendam, quod non vadit absque virtutum praxi: "In studiorum domo vigeat perfecta vita communis; secus studentes ad ordines promoveri nequent." (Can. 587, § 2; 593). Huc refertur etiam can. 554, § 3: "Superiores in novitiatus ac studiorum domo ne collocent, nisi religiosos qui sint ad exemplum regularis observantiae studio." Item in Statuta generalia, art. 40, § 1.

#### Ecclesiasticae scientiae acquisitio.

Non sufficit, ut quis scholasterii scamma terat per sex annos; sed quisque effective acquirere debet scientiam ecclesiasticam in gradu sufficienti. Est quasi thesaurus vivus, ita ut sacerdos-missionarius, factus "scriba doctus in regno caelorum, similis homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera." (Matth. XIII, 52). Pars essentialis nostri ministerii sacerdotalis-apostolici est dispensare veritatem divinam, testificari de lumine ("praedicate Evangelium omni creaturae... Vos estis lux mundi" - Ephes. III, 8-9). Scientia profana in immensum crescit nostris diebus; quodsi scientia fidei decrescit, aequilibrium disturbatur, periculum extremum timendum.

Scientiae ecclesiasticae acquisitio est necessaria etiam ipsi sacerdoti-missionario-religioso, ad eius perfectionem humanam, et maxime ad eius vitam religiosam, ut ipse crescat in fide et scientia fidei. Cf. Pius XI, Epist. "Unigenitus Dei Filius", 19-3-1924 (Acta A.S., 1924, pp. 136sq); S.C. de Religiosis, Instructio diei 1-12-1931, de formatione clericali et religiosa alumnorum ad sacerdotium vocatorum, n. 8; Pius XII, Constit. ap. "Sedes Sapientiae", 31 maii 1956, § IV, nn. 25-29; RR.P. Soullier, O.M.I., Circul. 61 "Les Etudes du Missionnaire Oblat de M.I." (8-12-1896), pp. 3-60.

Mgr de Mazenod, epist. 1-3-1844 ad P.Honorat (Canada): "Au nom de Dieu, ne nous encombrons pas de médiocrités. Il est inutile de se flatter qu'on se formera plus tard, non! Si on n'achève pas les études, quand il en est temps, on reste ignorant. Cependant, dans les missions plus qu'ailleurs, il faut être instruit, puisqu'on n'a pas toujours le secours des livres et qu'on ne peut pas consulter. - Que la théologie soit donc enseignée comme il faut, et qu'on ne néglige pas non plus la composition, car un missionnaire ne doit pas se persuader avoir le privilège de prêcher en dépit du bon sens, sans style, sans méthode et sans doctrine..." (Cit. apud Yenveux, o.c., IV.)

Consequenter studium ardens et perseverans. Est medium normale et necessarium, ut scientia vitaliter assimiletur, ut facultates debite formentur (memoria non negligenda!), ut scolastici tempore opportuno contrahant pro tota vita habitum serio laborandi. Cf. Pius XI, Epist. "Unigenitus Dei Filius", 19-3-1924 (Acta A.S., 1924, pp. 131-140); Codex J.C., can. 589, § 2; Statuta generalia ad "Sedes Sapientiae", art. 40, § 4; (Ratio Studiorum O.M.I. n.273.

Addantur sequentia e S. Ignatio, Constitutiones S.J., Pars IV, cap. VI, n.2: "[Scholastici] serio et constanter animum studiis applicare deliberent; sibi que persuadeant nihil gratius se Deo facturos in Collegiis quam si cum ea intentione de qua dictum est studiis se diligenter impendant. Et, licet numquam ad exercenda ea quae didicerint perveniant; illum tamen studendi laborem, ex oboedientia et caritate, ut par est, susceptum, opus esse magnum meriti in conspectu divinae ac summae Maiestatis apud se statuunt. - 8. Scholastici in audiendis lectionibus sint assidui, et in eis praevidendis diligentes, et, postquam eas audierint, repetendis; iis quae non intellexerint interrogandis, aliis vero quae oportuerit annotandis, quo in posterum memoriae defectui consulatur."

Inter utramque occupationem, scil. virtutum exercitium et ecclesiasticae scientiae acquisitionem, nulla vera oppositio, sed intima connexio qua mutuum auxilium sibi praestant, dummodo utraque suscipiatur recta intentione et ordine debito. Cf. S.Th., 2.2, q.82, art.3, ad 3; Pius XI, Encycl. "Studiorum Ducem" 29-6-1923; Acta Ap.Sedis, 1923, pp. 315sq.

Idem Pius XI in suis exhortationibus ad studentes Seminarii gallici in Urbe: "... la piété est utile à tout, si bien que rien, même pas l'étude, n'est vraiment utile sans la piété. La science sans la piété donne facilement à l'homme le vertige de la vanité. Facilement la science porte à de grands sommets. Si tout n'est pas en règle, c'est le vertige. C'est la piété qui retient toutes choses en règle... Il faut sanctifier la volonté, mais il faut aussi l'éclairer. La piété sanctifie l'étude et lui enlève les dangers qui lui sont naturels. Mais l'étude doit éclairer la piété; elle doit donner à la piété l'alimentation la meilleure. A la piété aussi s'applique cette parole: "Nihil volitum nisi praecognitum". La piété ne peut aimer que dans la mesure où elle connaît. Et ainsi la piété et l'étude doivent mutuellement se compénétrer. ... La piété donne à l'âme des joies, des jouissances qui, sans elle, sont impossibles. Et c'est là aussi le secret, en grande partie tout au moins, de la persévérance. Si la science allume la piété, si la piété adoucit la science, alors, avec la grâce du bon Dieu qui est toujours nécessaire à notre extrême indigence, la persévérance et le progrès continu sont assurés. Alors, et alors seulement, l'action peut être ce qu'elle doit être: action sacerdotale, c'est-à-dire le travail pour le salut des âmes et la glorification du bon Dieu." (Cit. apud Frey C.S.Sp., Conseils sur la formation eccl., 2 ed., Romae 1937, pp. 25sq.)

S. Ignatius, Constitutiones S.J., Pars IV, cap. VI, n.1: "Ut autem Scholastici plurimum in his facultatibus proficiant, in primis, animae puritatem custodire, ac rectam studiorum intentionem habere conentur; nihil aliud in litteris quam divinam gloriam et animarum fructum quaerentes; et in suis orationibus gratiam, ut in doctrina proficiant ad hunc finem, crebro petant."

Studia intentione divini servitii suscepta quodammodo totum hominem requirunt, nec absque arduo virtutis exercitio absolvi possunt, nec Deo minus grata sunt quam pietatis exercitia et mortificationes quae fiunt suo tempore, debito ordine et mensura. Cf. Constitutiones S.J., Pars IV, cap. 4, n.2; Epitome Instituti S.J. (ed. 1949), n.280, § 2; 282.

Hoc modo salvatur continuitas totius operis formationis incoeptae in novitiatu, imo iam in iunioratu: "Tali institutione tempore studiorum Scholastici formentur, qua propriam vocationem magni facere, religiosamque disciplinam ex interna caritatis lege complecti, quemadmodum id in novitiatu edocti sunt, magis magisque addiscant." (Epitome Instituti S.J., ed. 1949, n. 281.)

4\* Conditio praevia formationis scholasticae: "expletis studiis humanioribus atque emenso novitiatus tempore".

Revera, formatio nostrorum organica progressionem procedere debet, est enim opus vitae. Cf. Pius XII, Constit. ap. "Sedes Sapientiae", n.21; Statuta generalia, art. 3 et 4; art. 11, § 1. Iamvero studium litterarum humaniorum est praeparatio normalis ad studia superiora philosophiae et theologiae, et formatio initialis vitae spiritualis-religiosae in novitiatu est praeparatio ad evolvendam et consolidandam eandem formationem durante scholasterio cum suis consecrationibus successivis.

Unde merito art. 751 praescribit ordinem sequendum: "expletis studiis humanioribus..." Et explicitius in "Ratio Studiorum generalis", nn. 148, 164. Confirmatur iure communi: Can. 589, § 1; Statuta generalia, art. 5, § 2; art. 6; art. 43, § 2.

5\* Erectio scholasteriorum.

Ex dictis patet formationem Scholasticorum esse opus omnino particularis et maximi momenti. Unde merito erigendae sunt domus huic operi specialiter destinatae. De se unaquaeque provincia suum proprium scholasterium habere potest, praeter scholasterium internationale in Urbe. Quodsi provincia suum proprium scholasterium convenienter habere nequit propter varias rationes, scholastici mittuntur ad scholasterium recte ordinatum alius provinciae. Cf. Can. 587, §§ 1 et 3; Statuta generalia, art. 21; art. 23, § 3; Ratio Studiorum generalis O.M.I., art. 11; 14; 16-18; 26.

Praeter conditiones generales requisitas ad canonicam erectionem cuiusvis domus, requiruntur conditiones particulares; Statuta generalia, art. 22 et 23; Ratio Studiorum gen. O.M.I., nn. 22-25; 27-40.

II) Auctoritas praeposita regimini scholasteriorum. Art. 752-755.

De auctoritate S.Sedis vide in "Ratio Studiorum generalis O.M.I.", nn. 41-45. Agitur hic unice de auctoritate interna seu oblatica. Conspectus et coordinatio diversarum auctoritatum: vide in Statuta generalia, art. 27, § 1; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 46-48.

a) Auctoritas superior et mediata. Art. 752.

Textus.

In ed. 4a (1910) legitur: "Istae domus, quamvis ab immediata auctoritate Provincialis seu missionum Vicarii pendeant, attamen vigilantia curae Superioris generalis commendantur."

In ed. 5a (1928) omittunt mentionem explicitam "missionum Vicarii", conformiter ad art. 511, et urgent dispositionem finalem: "vigilantia curae Superioris generalis specialissime commendantur."

Commentarium.

Consequenter ad decisionem Capituli generalis 1906, Scholasteria - seposito casu particulari scholasterii internationalis in Urbe - sunt instituta provincialia; dependent proinde ab auctoritate Provincialis cuius provinciae sunt pars integralis. Vide supra introductionem ad hanc sectionem, sub littera b).

Exceptis iis quae iure communi vel nostro proprio reservantur Superiori generali, Provinciali respectu scholasterii suae provinciae competunt omnia iura et officia quae Constitutiones attribuunt Provincialibus circa domus, personas et opera provinciae respectivae. Hoc valet etiamsi in scholasterio suae provinciae conveniant scholastici aliarum provinciarum: tale scholasterium erit forsitan de facto "interprovinciale", sed de iure manet institutum provinciale. Scholastici extranei subduntur Superiori locali et Provinciali loci quoad vitam regularem et studia, non secus ac scholastici provinciae.

Praecipua munera Provincialis respectu scholasterii suae provinciae: vide in Ratio Studiorum generalis O.M.I., nn. 65-72.

Praeter curam et vigilantiam communem quae Superiori generali competit respectu omnium provinciarum et domorum, secundum Constitutiones exercendam (art. 439-441, 443), cura vigilans ei "specialissime" commendatur respectu scholasteriorum omnium, cuiusvis sint provinciae. Ratio est in aperto: conservatio et progressus Congregationis maxime dependent a recta aformatione scholasticorum; isti praeparantur ad laborem apostolicum exercendum in universa Congregatione ad nutum Superioris generalis (art. 759). Superintenduntia Superioris generalis est evidenter exercenda ~~ad~~ normam Constitutionum (v.g. art. 753, 756, 758, 759).

Dispositio confirmatur iure communi: cf. Statuta generalia, art. 27, § 1. Similis dispositio habetur in aliis Institutis, v.g. in Societate Jesu: Epitome Instituti S.J., ed. 1949, n. 784, § 2, 2\*; Constitutiones S.J., Pars IX, cap. III, nn. 2-4.

Superioris generalis iura et officia in particulari, vide in Ratio Studiorum O.M.I., nn. 49-54. Ille utitur ministerio Directoris generalis Studiorum: ibidem, nn. 55-64. Cf. Commentarium, Pars IIIa, pp. 126sq.

b) Auctoritas directiva scholasteriorum immediata et localis. Art. 753-755.1) Nominatio directorum et professorum. Art. 753.Textus.

In ed. 4a (1910), art. 789: "Scholasteriorum professores a Provinciali seu missionum Vicario in consilio extraordinario cum approbatione Superioris generalis nominantur."

In ed. 5a (1928) supprimunt mentionem explicitam "missionum Vicarii" (art. 511) atque complent textum: "Scholasteriorum directores et professores a Provinciali..."

Commentarium.

Apud nos, statim ab initio, nominatio "professorum" et praesertim "moderatoris Oblatorum" habebatur ut res maioris momenti, reservata Superiori generali, qui de hac re consulere debebat suum consilium. Cf. ms. I (1818), 3e partie, chap. I, § 2, alinéa 8 et 24; ms. II, 3e partie, chap. I, § 9, art. 1. Similiter in ed. 1a (1827), Pars III, Cap. I, § 2, art. 22; § 9, art. 1. Post partitionem Congregationis in provincias (1850/51), "Moderator oblatorum" nominatur a Provinciali in suo consilio extraordinario confirmante Superiore generali: vide in ed. 2a (1853), Pars III, cap. I, § 7, art. XV et XVI; cap. II, § 3, art. I.

De nominatione Superioris localis scholasterii nihil in praesenti paragrapho: applicatur dispositio generalis art. 580.

Item de Oecono localis qua tali valet norma generalis de nominatione ad tale officium: art. 634. Attamen attendendum ad can. 554, § 3: "Superiores in novitiatus ac studiorum domo ne collocent, nisi religiosos qui sint ad exemplum regularis observantiae studio."

Quodsi Oecono sit simul scholasterii "director" vel "professor", nominandus est ad normam praesentis art. 753.

"Directores" seu "moderatores spirituales" (Statuta generalia, art. 24, § 2) sunt illi quibus committitur scholasticorum formatio spiritualis et religiosa, sive personalis et privata, et tunc sunt generatim simul confessarii, sive communis et publica quae est de munere "Praefecti seu Magistri spiritus": can. 588, §§ 1 et 2; Statuta generalia, art. 28; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 95sq. Apud nos munus Praefecti seu Magistri spiritus generaliter cumulatur cum munere Superioris localis: Statuta generalia, art. 28, § 2, 8\*; Ratio Studiorum O.M.I., n. 83.

"Professores" sunt illi quibus committitur munus docendi varias scientias ecclesiasticas. Apud Redemptoristas vocantur "lectores" (Constitutiones-Regulae, nn. 1292sq.). Inter eos nominatur "Praefectus studiorum"; Statuta generalia, art. 29; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 97sq. Superior localis, si convenienter potest, valet exercere munus Praefecti studiorum, non autem simul munus Magistri spiritus et Praefecti studiorum; Statuta generalia, art. 29, § 4; Ratio Studiorum O.M.I., n. 85.

Secundum consuetudines nostras, professores sunt simul, positus ponendis, directores et confessarii scholasticorum; nec ius commune nec nostrum ius particulare obstant huic consuetudini. Caeterum non deberent haberi in Scholasteriis professores qui essent mere doctores scientiarum. Omnes possunt ac debent promovere suo modo etiam bonum spirituale suorum discipulorum. Licet sequentia e "Epitome Instituti S.J., ed. 1949, n. 337, § 2: "Feratur eorum

peculiaris intentio tam in lectionibus, cum se occasio obtulerit, quam extra eas, ad auditores suos ad obsequium et amorem Dei ac virtutum, quibus ei placere oportet, movendos. Praeterea crebris precibus ac religiosis vitae exemplis discipulos iuvent." Ita secundum S. Ignatium, Constitutiones S.J., Pars IV, cap. 16, n.4.

De numero professorum nominandorum; cf. can. 1366, § 3; Circul. 164 (19-3-1939), p. 44 (Circul. adm. IV, p. 362); Statuta generalia, art. 30, § 3, 2\*; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 129-131.

Prudens electio directorum et professorum, ita ut non seligantur nisi viri vere apti, imo optimi, instructi dotibus convenientibus et sufficienter praeparati. Cf. can. 554, § 3; 588, § 2; 1360, § 1; 1366, § 1; Pius XII, Constit. "Sedes Sapientiae", 1956, n. 19; adnexa Statuta generalia, art. 24; art. 25, § 4; art. 28, § 2, 4\*; art. 29, § 3; art. 30, §§ 1 et 2. Et nostrum ius particulare, art. 49-53 Constitutionum, qui applicandi sunt directoribus et professoribus scholasteriorum (art. 757); Ratio Studiorum O.M.I., nn. 27; 100; 118sq; Circul. 164 (19-3-1939), pp. 42s (Circul. adm. IV, pp. 360sq).

Nominatio facienda a competente auctoritate, ita scil. ut directores et professores nominentur a Provinciali cum assensu sui Consilii extraordinarii (art. 531, 5\*); et quidem cum approbatione scripta Superioris generalis (art. 532). Iste vero non indiget recursu ad suum Consilium, nisi agatur de nominatione "Moderatoris oblatorum" (art. 435, 11\*). Ratio Studiorum O.M.I., nn. 76sq. Legislatio nostra confirmatur a iure communi; Statuta generalia, art. 25, §§ 1-3.

## 2) Consilium directionis. Art. 754-755.

Constitutio consilii directionis eiusque compositio. Art. 754.

Est ad litteram art. 790 editionis 4ae (1910).

De consilio administrationis nihil hic disponitur; valet pro scholasterio lex generalis lata pro omnibus domibus nostris; art. 592.

Consilium directionis, ordinatum ad "promovendam religiosam, intellectualem, apostolicam institutionem alumnorum", praescribitur a nostris Constitutionibus, quarum dispositio urgetur a iure communi. Cf. Statuta generalia, art. 27, § 2: "Nunquam desint Consilia ad normam iuris particularis..."

Sicut alia Consilia quae in Congregatione nostra constituuntur variis Superioribus, ita etiam Consilium directionis non est auctoritas collegialis cuius Superior esset quasi organum executivum. Ipse solus est vere auctoritas responsabilis, cui "cura et regimen domus incumbit" (art. 588), utique non ad arbitrium suum, sed ad normam Constitutionum. Ei "adscribitur" Consilium ex officio, ut possit sapienter regere scholasterium; et ad illud recurrere debet ad normam Constitutionum (art. 755).

Compositio Consilii directionis; professores et quicumque adimplentes officia ad Scholasterii regimen attinentes, i.e. ad regimen externum sive publicum, ut v.g. Magister spiritus, Praefectus studiorum, Oeconomus localis. E contra non pertinent ad Consilium directionis illi quibus competit unice et exclusive officium fori interni, sive sacramentalis sive extrasacramentalis (confessarii vel alii exercentes directionem mere internam et privatam).

Revera, Consilium directionis scholasterii, sicut alia Consilia ex officio constituenda e iure communi vel proprio, sunt essentialiter organismi ordinis externi, quibus Superior adiuvandus est in regimine externo et publico coetus. Cf. Statuta generalia, art. 27, § 2: "Nunquam desint Consilia ad normam iuris particularis... In regiminis tamen et institutionis conventibus seu collationibus, stricte abstinenceatur ab illis omnibus quae directe singulorum forum internum afficere possunt."

Officium sive partes Consilii directionis. Art. 755.

Est articulus 85 de Seminariis, adaptatus scholasteriis. In ed. 4a (1910), art. 791: "In consilio autem directionis semel iure singulis mensibus mensibus convocando, 1\* redditur ratio a singulis membris de statu disciplinae et de scholasticorum in studiis ac virtutibus profectu; 2\* agitur de admissione ad vota vel ad ordines."

In ed. 5a (1928), corrigitur constructio grammaticalis phrasis initialis, et interponitur membrum in medio. "755. In Consilio autem directionis, semel in mense iure convocando, 1\* redditur ratio...; 2\* agitur de generali ratione studiorum; 3\* agitur de admissione ad vota vel ad ordines."

Consilium directionis est proinde "convocandum", ut omnes simul deliberent. Legi non satisfacit interrogando sigillatim singulos. Cf. can. 105, 2\* Omnes praesentes esse debent, nisi obstet ratio proportionate gravis.

Ista consultatio et deliberatio communis est maximae utilitatis tum pro Superiore et professoribus-directoribus, tum pro ipsis scholasticis. Singulorum opiniones se invicem clarificant; problemata sub omnibus aspectibus illustrantur; positiones extremae, si quae sunt, neutralizantur; responsabilitates partiuntur; causae securius decernuntur, etc.

Ad hoc autem requiritur, ut consultatio fiat debito modo rectisque dispositionibus: ut quisque seponat praeiudicia, ut nemo mordicus inhaereat propriis ideis, ut omnes sincere intendant bonum commune scholasterii ac verum bonum cuiusvis scholastici. Cf. commentarium in art. 61, 85 et 86. Item requiritur, ut omnes et singuli consiliarii habeant partem activam atque sincere sententiam dicant: "Omnes vocem suam directores dant rationibus munitam, ut Superior prudenter iudicare possit qua parte sit ipsi procedendum" (art. 85 et commentarium in hunc art.; can. 105, nn. 2\* et 3\*).

Pariter necesse est, ut secretum et discretio serventur de iis quae in consilio directionis tractata sunt. Ad Superiorem solum, vel ad Superiores maiores, pertinet manifestare ea quae in consilio acta sunt, et quidem servatis servandis! Cf. dicta in commentario, I, p. 120; Acta Cap. 1959, art. 75.

Frequentia Consilii directionis: "semel in mense iure convocandum". Merito intelligi potest de mensibus solius anni scholastici. Semel in mense de iure convocandum est; de facto frequentius, si necessitas urget.

Materia de iure subiicienda deliberationibus Consilii directionis: 1\* ratio reddenda a singulis membris de statu disciplinae, i.e. de toto ordine externo scholasterii, et "de scholasticorum in studiis ac virtutibus profectu", sive modo generali pro totalitate morali scholasticorum, sive pro aliquo "cursu" in particulari, sive singulariter de singulis secundum casus et necessitates. Unicuique membro Consilii competit proinde ius exprimendi observationes de his. Sed "memor sit conditionis suae!" (Pontificale Romanum.)

2\* Generalis ratio studiorum. Huc pertinet praesertim, ut tempore opportuno paretur calendarium scholasticum seu ordo anni scholastici. Cf. Statuta generalia, art. 42, § 2; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 220 sq. Electio et mutatio librorum manualium. Cf. Circul. 164 (19-3-1939), p.44 (Circul. adm. IV, 362).

3\* Praeparatio admissionis ad vota et ad ordines. In hoc negotio maximi momenti prae mente habenda sunt can. 1371 aliaque documenta ecclesiastica et propria nostra. Vide supra ad art. 682 sqq; 735 sqq.

Legislatio communis de hac materia recapitulatur et ex integro ordinatur in documento recenti: S.C. de Religiosis, Instructio "Religiosorum institutio", 2 febr. 1961, 22 pp. Romae, Typis polyglottis Vaticanis, 1961.

Confessarii votum non exquiratur. Ita ex analogia iuris (can. 1361, § 3), et conformiter ad doctrinam et praxim communem. Cf. supra ad art. 85. Similiter director spiritualis strictiora sensu seu personalis melius abstineat a voto ferendo. Etenim et ipse "secreto tenetur ex religioso suscepto munere" (S.C. de Religiosis, Instructio "Religiosorum institutio", diei 2 febr. 1961, n. 17). Omnes isti "tantum in foro interno dent operam, ut a Deo non vocati vel indigni effecti, ad ulteriora non procedant." (Ibidem)

Consilium directionis solum praeparat admissionem ad vota et ad ordines; est praeparatio ex officio (officielle); atque votum Consilii non est deliberativum, sed consultivum tantum, utique consultivum ex officio, subiciendum Superioribus maioribus quibus competit admittere ad vota vel ad ordines. Cf. can. 105, 1\*; Constitutiones O.M.I., art. 735-737; 531, 2\*; 435, 12\*.

Quare necesse est informare obiective Superiores maiores de his quae in consilio directionis acta sunt, referendo fideliter quae senserint membra consilii, indicando in fine suffragium cum rationibus votorum forte dissidentium. Cf. Circul. 180 (15 oct. 1947), art. 18, § 1, 1\*; art. 19, § 1, 3\* (Circul. adm. V, pp. 88, 90).

### III) Opus institutionis in scholasteriis nostris. Art. 756-758.

#### a) Puritas et uniformitas in doctrina docenda. Art. 756.

Haec commendantur ante omnia et omnino expresse; Constitutiones non satis habent nos referre modo generali ad paragraphum de Seminariis prout faciunt in art. 757.

#### Textus.

In ed.4a (1910), art. 792: "Superioris generalis erit invigilare, ut... hauriatur; item providere ut in iisdem, statutarum normarum vi, servetur uniformitas..." Illae "statutae normae", vi quarum debuit obtineri certa uniformitas in studiorum curriculo et in ratione et methodo docendi, erant "Ratio studiorum" quae a pluribus Capitulis generalibus postulabatur. Vide supra introductionem ad hanc sectionem de scholasteriis.

In ed.5a (1928), cum "Ratio studiorum" nondum in lucem prodierit, praefata verba omittuntur ac tenor praescripti aliter temperatur: "item providere ut in iisdem, quantum fieri potest, servetur uniformitas..."



Commentarium.1\* Puritas et fidelitas doctrinalis.

Agitur de doctrina proprie ecclesiastica, quae transmittitur futuris ministris Ecclesiae per theologiam et scientias adnexas. Haec doctrina haurienda est non ubicumque, sed "e purissimis fontibus", i.e. imprimis e verbo Dei scripto et tradito, e documentis Ecclesiae docentis, orantis, viventis et agentis atque penes auctores eximios ab Ecclesia probatos.

Revera, fidei depositum concredita est Ecclesiae, ut ipsa "doctrinam revelatam sancte custodiret et fideliter exponeret." (Can. 1322, § 1.) Iamvero Ecclesia exercet suum magisterium non solum praedicando verbum divinum fidelibus, sed etiam, et quam maxime, instituendo suos futuros ministros. In Codice Iuris can., titulus XXI "De Seminariis" locum obtinet immediate post tit. XX "De divini verbi praedicatione", in eadem parte IVa "De Magisterio ecclesiastico".

Christo adhaeremus primo et radicaliter per fidem, et hanc adhaesionem testificamur per fidelitatem veritati ab Ipso revelatae et ab Ecclesia propositae: "Depositum custodi!" (I Tim. VI, 20) Amor quo potissimum prosequi debemus iuvenes, et praesertim futuros sacerdotes, atque servitium utilissimum eis praestandum sunt sane in hoc, ut illorum mentes aperiamus veritati christiane, ut veritate quasi informentur. Corruptio pessima est corruptio intelligentiarum. Abusus libertatis inter omnes funestus est libido mentis (le libertinage de l'esprit). Gravissima pericula timenda Ecclesiae et Congregationi, si liceret unicuique professori formare seminaristas vel scholasticos secundum opiniones personales suae vel alterius inventionis. Veritas est nimis divina, nimis alta et universalis, ut confundi possit cum cuiusvis inventionibus.

Quapropter "sciunt Professores, praesertim scientiarum sacrarum, se non proprio iure ac nomine, sed Ecclesiae magisterii nomine et auctoritate suo munere fungi. Ideo debita reverentia et fidelitas erga Ecclesiae magisterium semper in ipsis praeluceant et alumnorum mentibus et animis instillentur." (Ratio Studiorum O.M.I., n. 144). Cf. Pius XII, Constitutio "Sedes Sapientiae" (1956), n. 31sq; Adnexa Statuta generalia, art. 44, § 2, 2\*; art. 45, § 2. Item Pius XII, Encycl. "Humani generis", 12 aug. 1950, pars Ia, n.3; pars IIa; pars IIIa; pars Va. Vide etiam commentarium ad art. 75.

Commendatur in particulari recursus ad opera D.Thomae Aquinatis.

Ita iuxta documenta pontificia: can. 589, § 1; 1366, § 2; Statuta generalia, art. 44, § 2, 2\*; art. 45, § 4. De hac materia exstant documenta numerosa S. Sedis abhinc tempore Leonis XIII, Encycl. "Aeterni Patris" 4 aug. 1879 usque ad tempora recentia. En praecipua:

Leo XIII, 15 oct. 1879 de Academia S.Thomae in Urbe erigenda;

Leo XIII, Motu proprio 18 jan. 1880 de curanda editione critica omnium operum S.Thomae ("editio leonina");

Leo XIII, Litt. apost. 8 aug. 1880 de S.Thoma Patrono caelesti studiorum cooptando;

Leo XIII, Breve "Gravissime nos" 30 dec. 1892 (v. Dictionnaire Théol. cath., art. "Jésuites", col. 1038 sq);

Pius X, Motu proprio "Sacrorum Antistitum" 1 sept. 1910 (Acta Ap.Sedis, 1910, p. 656);

Pius X, Motu proprio "Doctoris Angelici" 29 jun. 1914, pp. 336 sqq);

S.C. de Seminariis et de Studiorum Universitatibus 7 mart. 1916: Declaratio de 24 thesibus (Acta A.S. 1916, p. 157);

Benedictus XV, in audientia ad RR.P. Ledochowski, Praepositum gen. S.J., 17 febr. 1915, itemque Litteras ad eundem 9 mart. 1915 et 19 mart. 1917 (vide in Dict. Théol. cath., art. "Jésuites", col. 1039sq);

- Pius XI, Ep. "Officiorum omnium" ad Card. Bisleti (Acta A.S. 1922, pp. 454sq);  
 Pius XI, Encycl. "Studiorum ducem" 29 jun. 1923, occasione sexti centenarii a  
 canonizatione S. Thomae (Acta A.S., 1923, pp. 309-326);  
 Pius XII, Allocutio "Solemnis conventus" 24 jun. 1939 ad omnes studentes eccl.  
 Urbis (Acta A.S., 1939, pp. 245sq; Document. Cath. 24-11-1946, col. 1317);  
 Pius XII, Alloc. ad Cap. gen. O.P. 22 sept. 1946 (Acta A.S. 1946, pp. 385sq;  
 Document. Cath. 24-11-1946, col. 1321 sq).  
 Pius XII, Encycl. "Humani generis" 18 aug. 1950, pars IIIa;  
 Pius XII, Alloc. 17 oct. 1953, occasione quarti centenarii Universitatis Gre-  
 gorianae (Document. Cath. 7 febr. 1954, col. 153ss);  
 Pius XII, Const. ap. "Sedes Sapientiae", 31 maii 1956, nn. 31 sq.

De prioribus documentis potes videre apud P. DEZZA, S.J., *Alle Origini del Neotomismo*, Milano, 1940.

Primatus S. Thomae in scientia theologica docenda est etiam omnino iuxta "traditionem Instituti" nostri. In Seminario maiori Massiliensi, cuius direc-  
 tionem nostri susceperunt anno 1827, et cuius institutiones scholastici oblato  
 sequebantur per multos annos (usque 1854), habebant S. Alphonsum ut ducem in  
 theologia morali, et S. Thomam in theologia dogmatica (cf. P. Marcel Bernad,  
*Origine de certaines traditions...*; manuscript., Archives gén.). P. Rey, I,  
 p. 428: "En 1851, lorsque parut la *Somme abrégée* de S. Thomas [sic dicta  
 "*Summa minuta*"] cet ouvrage devint le livre classique du Grand Séminaire de  
 Marseille où l'enseignement de S. Thomas avait eu toujours le pas en philoso-  
 phie et en théologie."

Attamen, ille recursus privilegiatus ad opera S. Thomae nullo modo  
 significat exclusivismum. Cf. Pius XII, Constit. "Sedes Sapientiae", nn. 31,  
 32, 38; adnexa Statuta generalia, art. 44, § 2, 2\*; Ratio Studiorum O.M.I.,  
 nn. 252-254.

Superiori generali peculiariter et expresse committitur cura invigi-  
 landi de hac re. Est revera "causa maior", quae omnino transcendit bonum  
 individui, domus, provinciae: "maxime interest Congregationis universae"  
 (art. 76). Summi Pontifices pluries gravem obligationem invigilandi de puri-  
 tate doctrinali imponebant Episcopis et Superioribus generalibus Institutorum  
 religiosorum. Ita Pius X, Motu proprio "Sacrorum Antistitum" 1 sept. 1910;  
 Pius XII, Encycl. "Humani generis", 12 aug. 1950, pars Va.

Istud officium vigilantiae Superior generalis exercet quandoque modo  
 solemniori, ut in Circul. 92 diei 21 april. 1907, p. 52, promulgando canonem  
 Capituli generalis 1906 de "Modernismo" in Congregatione arcendo (Circul.  
 adm. III, p. 191). Communiter vero per visitationes canonicas.

Evidens est illam obligationem incumbere non solum Superiori generali  
 sed etiam respectivo Provinciali et Superiori locali. Cf. art. 76, ad quem  
 nos expresse remittit art. 757. Legitur in Epitome Instituti S.J., ed. 4a  
 (1949), n. 314, § 3: "Huius rei cura est penes Congregationem Generalem, et,  
 dependenter ab ea, penes Praepositum Generalem ceterosque Superiores; hi  
 omnes autem in urgenda securitate doctrinae in primis mentem Ecclesiae et  
 Sanctae Sedis attendant."

2\* Uniformitas servanda tum studiorum curriculo tum in ratione et  
 methodo docendi. Sicut auctoritas civilis imponit  
 multiplices ordinationes scholares ut per totam nationem habeatur quaedam  
 uniformitas instructionis, ita ut in tuto ponatur conveniens instructio

omnium ad progressum totius, ita etiam in Ecclesia Christi, praesertim in institutione suorum ministrorum, ut doctrina revelata sancte custodiatur et fideliter exponatur (can. 1322, § 1). Cf. Pius X, Motu proprio "Doctoris Angelici" 29 jun. 1914 (citans Leonem XIII): Acta A.S. 1914, p. 340.

Ex hac uniformitate, utique morali, Congregatio obtinet magna ex parte cohaesionem suorum membrorum, soliditatem, vigorem, efficacitatem suae actionis. Exemplum clarissimum Societatis Jesu, quae sat cito providit institutioni seriae et moraliter uniformi suorum membrorum mediante famora "Ratione studiorum". Cf. Dictionnaire Théol. Cath., art. "Jésuites", col. 1013 sq, 1019, 1024. Epitome Institutii S.J., ed. 1949, n. 293: "In tota Nostrorum institutione, tam in materiis addiscendis, quam in methodo adhibenda, observentur praescripta Rationis Studiorum ac Praepositorum Generalium Ordinationes." Et sescenti alii loci in Constitutionibus S.J. aliisque documentis; ubique Societas fortitet et perseveranter intendit salvare necessariam unitatem formationis.

V. Fundator noster statim ab initio adlaboravit ad obtinendam unitatem doctrinalem in re morali praescribendo studium theologiae moralis S. Alphonsi. Vide art. 122 et commentarium in h.l. Scripsit ad fr. Pons, scholasticum, 23 jan. 1830: "J'ai eu tort, mon cher fr. Pons, de tolérer que vous vous nourrissiez de Concina, étant, comme vous l'êtes enclin à embrasser les opinions outrées en rigidité. Concina ne sera jamais l'auteur de notre Congrégation. L'uniformité de doctrine qui nous est prescrite, nous la puisons dans les auteurs plus sûrs; nous nous plaçons surtout à la rechercher dans ceux que l'Eglise a reconnu être parvenus au ciel par un enseignement tout contraire à celui pour lequel vous auriez du penchant.

Le bienheureux Liguori qui va être canonisé est adopté chez nous comme le docteur dont on doit se rapprocher davantage. Les Jésuites et quelques autres Congrégations sont encore beaucoup plus exclusifs que nous. Je me contente pour le moment de me servir du terme que j'ai employé. Ainsi, mon cher fr. Pons, laissez reposer Concina dans les tablettes de la bibliothèque, et prenez Liguori pour tempérer la sévérité des opinions que vous avez trop légèrement adoptées..." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 126.)

Capitulum gen. 1867, ad salvandam moralem unitatem studiorum, adoptavit rationem studiorum valde summariam, cum 7 articulis, quam inseruerunt in Actibus Capitulorum. Vide supra, notas praevias ad hunc paragraphum (p.126).

Capitula generalia instantius reclamabant rationem studiorum, ut in tuto poneretur uniformitas moralis institutionis apud nos. Ita 1879, 1887, 1893, 1898. Novus conatus intuitu uniformitatis in Capitulo gen. 1920; vide Circul. 128 (13-4-1921), pp. 33-34 (Circul. adm. III, pp. 390-391). Similiter in sequentibus Capitulis generalibus.

Anno 1960 in lucem prodit "Ratio Studiorum generalis", ita ut Superior gen. facilius et efficacius providere possit uniformitati "tum in studiorum curriculo, tum in ratione et methodo docendi". Haec omnia enim praefata Ratio Studiorum intendit ordinare. Vide ibidem, nn. 1, 3, 4, 5, 6, 49 sqq.

3\* Praescripta Constitutionum de puritate doctrinali et de uniformitate in opere institutionis non obstant libertati convenienti progressui scientiarum etiam ecclesiasticarum. De quo plura utiliter recolenda.

Imprimis, illa praescripta sunt disciplinaria. Disponunt de his quae sunt facienda; unde haurienda doctrina docenda, institutio ordinanda secundum determinata curricula... Mgr de Mazenod scripsit ad P. Moreau, Superiorem

Seminarii Maioris Ajaccio, 20-2-1845: "Je voudrais voir aussi le P. Nicolas plus modéré et assez humble pour se persuader que les opinions des autres valent les siennes. Sa manière de faire tient de l'opiniâtreté et le jette dans le faux qu'il soutient sans ménagement et sans respect, comme quand il me soutient mordicus en face, qu'en matière d'opinion on ne peut pas imposer à un professeur un enseignement contraire à l'opinion qu'il a adoptée, ce qui est aussi contraire à la raison qu'à la pratique constante des écoles. Il ignore sans doute qu'en Sorbonne, on faisait prêter serment de soutenir la doctrine de l'Immaculée Conception de Marie. Ce même serment était prêté chaque année par les Universités..." (Cit. apud Yenveux, o.c.)

Libertas est certo necessaria progressui scientiarum, sed secundum naturam propriam cuiusque scientiae. Inquisitio scientifica et institutio non procedunt eadem libertate in scientiis physicis et in scientiis theologicis. Revera, istae progrediuntur e veritate divinitus revelata, vel saltem intime connectuntur cum eadem divina veritate, quam "Christus Dominus Ecclesiae concedit, ut ipsa, Spiritu Sancto iugiter assistente, doctrinam revelatam sancte custodiret et fideliter exponeret." (Can. 1322)

Vera libertas scientifica non ordinatur ad "novitatem" qua talem, sed ad incrementum vitale quo humanitas crescit ad plenitudinem vitae suae. Iamvero istud incrementum vitale implicat continuitatem ac fidelitatem acquisitionibus sanioribus decursu temporum. Haec valent de omni scientia, et a fortiori de scientiis theologicis.

En verba Pii XII, die 19 jan. 1944: "La tradition est quelque chose de très différent du simple attachement à un passé disparu; elle est tout le contraire d'une réaction qui se méfie de tout sain progrès. Le mot lui-même est, étymologiquement, synonyme de marche en avant. Il y a synonymie, mais pas identité. En effet, tandis que le progrès indique seulement le fait de marche en avant, un pas après l'autre, le regard cherchant un avenir incertain; la tradition signifie de même marche en avant, mais marche continue, qui évolue en temps égal, tranquillement et vitalement, selon les lois de la vie. Comme l'indique son nom, la tradition est le bien qui passe d'une génération à l'autre, le flambeau que le coureur, à chaque relève, remet et confie au coureur suivant, sans que la course s'arrête ou se ralentisse. Tradition et progrès se complètent réciproquement si harmonieusement, que, comme la tradition sans le progrès se contredirait elle-même, ainsi le progrès sans la tradition serait une entreprise téméraire, un saut dans le noir." (Discorsi e Radio-messaggi di S.S. Pio XII, vol. V, pp. 179-180.)

Unde obligatio fidelitatis veritati revelatae et doctrinae, quam optimi doctores curante et vigilante Ecclesia elaboraverunt decursu temporum, non privat institutores nostrorum scholasteriorum libertate illas labore personali arduo perscrutandi, illarumque virtualitates explorandi atque illas discipulis suis sapienter accommodandi attentis adiunctis temporis praesentis. E contra: Est obligatio complementaris sui muneris. Non est quaestio ut quis clausis oculis, quasi mechanice, repetat ab uno anno ad alterum, indiscriminatim, omnes argumentationes et opiniones S. Thomae. Doctrina traditionalis Ecclesiae non sunt aquae torpentes sive stagnantes, sed aqua viva, quasi flumen. S. Augustinus, Tract. in Joannem, tr. 45 (in Jo. X, 1-10): "Les temps ont changé, mais non la foi. Les verbes aussi changent et se conjuguent différemment suivant le temps." Cf. Commentarium ad art. 75, in Parte Ia.

Epitome Institutii S.J. (ed. 1949), nn. 414-321, graviter et instanter monent de fidelitate, puritate et uniformitate doctrinali, atque de vigilantia Superiorum in hac re: "In universum sedulo et constanter invigilandum est ut Nostri ab intemperanti novitatum studio et periculosa opinandi licentia

incolumes servantur... (n.319). - In re quoque morali securitati doctrinae prospiciatur, et ab omni specie laxitatis caveatur..." (n.320). 321, § 1. Superiores invigilent ne Nostri docendo, scribendo, contionando, aut etiam privatis colloquiis vel litteris, contra praescripta nn. 319, 320 peccent. - § 2. Si quos reppererint ad periculosas novitates propensos, eos serio moneant, et si non emendentur, loco, cathedra, officio amoveant atque aliis etiam poenis pro modo culpae in eos animadvertere ne cunctentur."

Quibus tamen adduntur sequentia: "322, § 1: "Nullo tamen modo intendit Societas aequam in rebus dubiis libertatem minuere; ac multo minus improbare rectum usum eruditionis et criticae omniumque subsidiorum quae ex progressu scientiae utilissime accesserunt; imo valde laudandi sunt qui in eas disciplinas incumbentes strenuo labore pro fide antiqua novis armis propugnare student.

§ 2. Debent etiam Nostri doctrinarum progressum quantum possunt et quomodo possunt sectari, id sibi persuasum habentes se hoc itinere quamvis arduo plurimum ad maiorem Dei gloriam et ad aedificationem Ecclesiae conferre posse. Insuper suae aetatis hominibus, sive ore sive scriptis, debent ita loqui, ut intellegenter et libenter audiantur. Attamen, cum veritas Domini sit aeterna atque in aeternum inconcussa sit mansura, prorsus necessarium est ut Nostri in sua agendi ratione sint cauti: quod immutabile est, nemo turbet et moveat." Cf. Pius XII, Const. "Sedes Sapientiae" (1956), nn. 31, 38; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 253 sq.

b) Institutio scholasticorum ad modum institutionis clericorum in Seminariis Congregationi commissis. Art. 757.

Quamvis ista dispositio sit introducta solum in ed.5a (1928), non est tamen innovatio realis. Non nisi explicite formulat praxim quam sequebantur statim ab initio, scil. in primo scholasterio proprie dicto, cum sede propria et organizatione propria et independenti (1854 in Montolivet prope Massiliam).

Compositio capituli de directione clericorum in Seminariis eiusque insertio in Constitutionibus (in ed.2a, 1853) sunt anteriores erectioni primi scholasterii proprie dicti. Unde intelligitur, cur in opere institutionis in scholasteriis sese referrent ad praescripta illius capituli, salvis dispositionibus propriis pro scholasteriis nostris.

1) Institutio scholasticorum est opus excellens Congregationis magnopere aestimandum et viriliter promovendum. Ita art. 48, ad quem expresse remittimur.

Praestantior sane finis Congregationis nostrae! Revera, formatio iuniorum oblatores intuitu ministerii sacerdotalis-apostolici propriissime competit Congregationi, quia intime connectitur cum eius fine proprio. In Scholasteriis enim, quasi "in abscondito domus Dei et sub tutela Sanctissimae et Immaculatae Virginis Mariae, informantur qui populos sanam doctrinam docturi sunt... Insudarent frustra missionarii...", nisi iuvenes convenienter praeparentur ad eorum laborem apostolicum continuandum. Scholasteria sunt "spes messis" Congregationis.

"Tam sancto ergo et tanti momenti proposito, quantum in nobis erit, mentem et cor viriliter apponere satagemus." Cf. Ratio Studiorum, n. 143.

2) Institutores destinandi operi scholasteriorum.

Eorum electio et praeparatio, ad normam art. 49-52.

Vide commentarium in art. 49-52 et ad art. 753. Quibus adde Litt. Circul. RR.P. Deschâtelets ad Provinciales, 1 sept. 1956; in "Missions", Sept.-Dec. 1956, pp. 138 sqq.

Stabilitas in munere ad normam art. 53-54.

Cf. Statuta generalia, art. 26; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 78-82; commentarium in art. 53 et 54.

Vita religiosa exemplaris, secundum art. 55-56. Cf. can. 554, § 3; 1360, § 1; Statuta generalia, art. 24; 30, § 1; Ratio Studiorum O.M.I., n. 75; 119; commentarium in art. 55 et 56.

Missio primaria et essentialis eorum qui scholasteriis addicuntur, proponitur tum positive: "Praecipua illis cura sit..." (art. 57), tum negative: "Exteriori autem ministerio..." (art. 58). Cf. can. 589, § 2; Pius XII, Constit. "Sedes Sapientiae" (1956), nn. 18 sq; 22-24; Statuta generalia, art. 30, § 3; Ratio Studiorum O.M.I., n. 142; 89; commentarium in art. 57 et 58.

Liceat citare sequentia e "Regulae Societatis Jesu - Regulae Provincialis" (ed. 1947), n. 41: "... Quae vero aut Professores a debita scholarum praeparatione et a labore scientifico prohibeant, aut Scholasticorum animos avocent a studiis, quae totum quodammodo hominem requirunt, nullatenus permittat."

Insuper in "Epitome Instituti S.J." (ed. 1949), n. 326, § 2: "Ex nostris Constitutionibus, utpote impedimenta studiorum, removeantur: 1\* Devotiones ac mortificationes, quae vel nimiae vel sine ordine debito suscipiuntur; - 2\* Curae et externae occupationes in officiis domesticis, quamquam Fratres Coadiutores aliqua hora a Scholasticis adiuvari possint. - 3\* Ministeria erga proximum, quatenus declinari poterunt."

Sollicitudo extendenda ad valetudinem corporalem: art. 59. Vide Commentarium in h.l. Circa recreationes, dies feriatas et vacationes: Statuta generalia, art. 42, § 6; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 238-245.

V. Fundator de hac re frequenter monet Moderatores oblatorum, ut in epistola ad P. Mouchette, 9-7-1853: "Soignez la santé de tous, mais sans délicatesse recherchée, ni préoccupations de la part de ceux qui en sont l'objet... Ne permettez pas de ces longues promenades qui accablent loin de soulager." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 108.)

Ad eundem, die 30-4-1856: "Continuez à faire une grande attention à la santé de toute cette jeunesse. On m'a dit qu'il n'y en avait que huit qui fussent en état de faire la lecture à table. Si c'est à cause du petit volume de leur voix, ce n'est pas étonnant; mais si c'était pour cause de souffrance, j'en serais alarmé." (Cit. ibidem, VIII, 110.)

Faveat addere sequentia e "Epitome Instituti S.J." (ed. 1949), n. 286: "Curetur ut Scholastici temporibus valetudini incommodis ne studeant; somno, quantum satis est, tribuant; in mentis laboribus modum servent; universe, in iis quae ad corpus pertinent, religiosa commoditate tractentur." Et addit S. Ignatius in "Constitutiones S.J.", P. IV, cap. IV, n. 1: "Sic enim fiet ut diutius in illis [i.e. in mentis laboribus] perseverare, tam in litteris addiscendis, quam in eisdem exercendis ad Dei gloriam, possint."

Spiritus quo fervere debent institutores: devoti erga sacerdotium CHRISTI secundum omnes eius gradus. Art. 60. Vide commentarium in h.l.

In particulari de reverentia et obedientia debitis SS. Pontifici: cf. Pius XII, Constit. "Sedes Sapientiae", n. 32; Statuta generalia, art. 37, § 1; art. 40, § 2; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 41-44. Per reverentiam et obedientiam exhibitam hierarchiae manifestatur concrete devotio erga sanctam Ecclesiam, quae omnes Oblatos et maxime institutores scholasteriorum animare debet. Cf. RR.P. Deschâtelets, Circul. 208 (1 sept. 1959), pp. 94 sqq (Circul. adm. VI, pp. 313 sqq.)

Spiritus quo fervere debent institutores: spiritus cooperationis fraternae, qua servatur unitas actionis. Art. 61. Vide commentarium in h.l.

P. Leyendecker in suo commentario (art. 757): "sit humilitati iuncta vera fraternitas, qua quisque imprimis seipsum observat coram Deo, nec intendat aliis dominari; qua nulla theoretica vel practica sententiarum diversitas plenam harmoniam minuat."

Spiritus quo fervere debent institutores: orientatio specificè "christiana" et mariana, secundum art. 62. Cf. RR.P. Deschâtelets, Circul. 191 (15-8-1951), "Notre vocation et notre vie d'union avec Marie Immaculée" (Circul. adm. V, pp. 298 sqq); commentarium in art. 62.

### 3) Exploratio et cultura progressiva vocationis. Art. 69.

Vide Statuta generalia, art. 34; S.C. de Religiosis, Instr. "Religiosorum institutio", 2 febr. 1961, de candidatis ad statum perfectionis et ad sacros ordines sedulo deligendis et instituendis; commentarium in art. 69, 682 sqq, 735 sqq.

Hoc grave officium incumbit moderatoribus tum fori externi tum fori interni (confessarii, directores spirituales personales), quamvis alio et alio modo se habere debeant in opere exsequendo. Attamen, "iisdem omnes utantur principiis de vocationis probatione deque cautionibus in hac re adhibendis, ut iuvenes considerate ad professionem et ad Ordines admittantur." S.C. de Religiosis, Instruct. 2 febr. 1961, n. 17, citans "Prima Romana Synodus", 484, § 3.

Formatio progressiva vocationum debet esse integra, et quidem

- tum ex parte subiecti, perficiens scil. totam personam, sive quoad bonum naturale (honestas naturalis, sanitas, hygienica, urbanitas, cultura humana) sive quoad bonum supernaturale, servata necessaria hierarchia. Cf. Pius XII, Const. "Sedes Sapientiae", nn. 18, 21, 22, 23;
- tum ex parte obiecti attingendi, scil. vocationis excolendae quae est simul religiosa, clericalis et apostolica. Cf. Statuta generalia, art. 1; art. 14, § 3; art. 35 sqq;
- tum ex parte materiae, ita ut totus cursus formationis in singulis suis gradibus integre percurratur. Cf. Statuta generalia, art. 4.

Nota verba quibus utitur art. 69: Institutorum est scholasticis "viam perfectionis explanare, et eos sensim evehere ad altiores usque ecclesiastici status virtutes." Sciant proinde lucide proponere ideale nostrae vocationis atque scholasticos dirigere sapienter et viriliter versus illud eosque patienter adiuvaré quantum possunt. Non est locus mediocritati in vocatione nostra religiosa-sacerdotali-apostolica. Cf. Pius XII, Constit. "Sedes Sa-

Sapientiae", nn. 23 et 24; S.C. de Relig., Instructio 2 febr. 1961, n. 14 (Qualitas quantitati praeferatur), n. 36 (in obedientia et abnegatione exerceantur), n. 37; "... Superiores, in alumnis instituendis, sedulo curare debent, ut vita perfectionis evangelicae iisdem proponatur et gradatim explicetur, ita ut ipsi ad religionem amplectendam attrahantur in eaque ad perseverandum firmentur, non solum desiderio apostolatus exercendi, sed praesertim sincera voluntate perfectionem evangelicam indesinenter persequendi per observationem consiliorum evangelicorum et propriarum Constitutionum (c. 593), ex intenso amore Dei in imitationem Iesu Christi et ex supernaturali desiderio animas sanctificandi; quia minister, ut docet Pius XII, <sup>†</sup>Adeo ceterorum sanctificationis instrumentum constituitur, ut ab eius sanctitate ipsa animarum salus et regni Dei incrementum non parum pendeant."

Ex his omnibus apparet, quantae necessitatis est directio spiritualis in scholasteriis, et quidem non solum communis, sed etiam personalis. Cf. Statuta generalia, art. 28, § 3; Articuli 306 et 307 nostrarum Constitutionum valent a fortiori pro annis formationis. Vide Commentarium in art. 306 et 307.

#### 4) Scientifica institutio ad normam art. 70-77.

Disciplinae docendae. Art. 70-72. Cf. Commentarium in h.l.; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 178-182; 190-196; Acta Capitulum 1959, art. 129, 130, 132. Circa art. 72, nota Statuta gen., art. 40, § 6.

Linguae extraneae, praesertim gallica et anglica, non negligendae. Cf. Acta Capit. 1959, art. 132; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 166, 172, 245.

V. Fundator frequenter insistebat in necessitate addiscendi linguas exteras, apostolatus causa. Ita v.g. in epist. 3-1-1831 ad P. Mille, Sup. novitiorum et scholasticorum in Billens (Helvetia): "Je recommande au fr. Semeria de ne pas négliger la langue italienne qui peut nous être un jour très nécessaire; et ceux d'entre vous qui en savaient déjà quelque chose feraient bien de ne pas perdre ce qu'ils en savent et de s'y perfectionner."

Item 25-7-1848 ad Mgr Guigues (Canada): "Je suis étonné que vous soyez embarrassé pour donner au P. Telmon des compagnons parlant l'anglais. Comment tous nos Pères qui sont au Canada ne se sont-ils pas fait un devoir et un plaisir d'apprendre l'anglais? Nous avons 30 oblats au Séminaire [i.e. de Marseille], il n'y a pas un qui n'apprenne cette langue. Il faut entendre jaser tous nos jeunes gens; on ne parle plus qu'anglais dans les récréations... Autrefois on envoyait des missionnaires par toute la terre; pas un ne savait la langue des peuples qu'ils allaient évangéliser. Ils s'y mettaient avec courage et ils réussissaient... Mettez donc votre monde à l'anglais." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 124 sqq.)

Ducente Angelico Doctore; art. 73, secundum can. 589, § 1 et 1366, § 2. Cf. Statuta generalia, art. 44, § 2, 2\*; art. 45, § 4; Ratio Studiorum O.M.I., n. 252; Commentarium in art. 73 et 756.

Liceat notare sequentia e "Epitome Instituti S.J." (ed. 1949), n. 315: "Tamquam solidiorem, securiorem, magis approbatam, Constitutionibusque consentaneam Societas, tam in Theologia scholastica quam in Philosophia, doctrinam elegit S. Thomae; statuitque eam esse a Nostris sequendam, S. Thomam ut proprium Doctorem habendum; et eos eligendos esse Professores qui, erga S. Doctorem bene affecti, operam in eo posituri sint, ut auditores quoque erga eum quam optime afficiantur."



Ibidem, n. 316: "§ 1. Professores igitur tam Theologiae quam Philosophiae: 1\* Doctorem Angelicum suorum sequantur studiorum Ducem ac Principem, eius opera penitus perspecta habeant, eius doctrinam secundum rationes scientificas intime penetrent ac familiarem sibi reddant. - 2\* Scholasticorum in Philosophia rationali et Theologia institutionem omnino pertractent ad huius Doctoris nostri proprii rationem et doctrinam et principia, eaque sancte teneant, ad normam Litt. Encycl. Leonis PP. XIII 'Aeterni Patris'... - 3\* Scholasticos in studium accuratum recteque ordinatum operum S. Doctoris, in primis Summae Theologicae, et ad mentem eius in dies magis intellegendam et amore vere singulari amplectendam omni cura inducant."

Praescripta particularia et concreta de tuenda puritate doctrinali in institutione: art. 74-76.

Libri explicandi prudenter eligendi. Art. 74; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 68, c); 255-257, 259. Cf. Commentarium in art. 74.

Cavendum a temeraria singularitate et a pruritu novitatis. Art. 75. Cf. Commentarium in h.l.; Ratio Studiorum O.M.I., n. 251, cui additur prudens temperamentum: nn. 253-254, secundum Constitutionem "Sedes Sapientiae", nn. 31 et 38. Vide supra Commentarium ad art. 756.

En praescripta in Societate Jesu, "Epitome Instituti S.J." (ed. 1949), "314, § 1. Sequantur Nostri, in quavis facultate, securiorem et magis approbatam doctrinam et eos auctores qui eam docent. - § 2. In opinionibus ipsis, de quibus catholici doctores variant inter se, curandum est ut uniformitas, quantum fieri possit, in Societate vigeat, firmis praescriptis 315-317" (supra citati; n. 317 statim infra).

"317, § 1. In iis quaestionibus quae libere inter Nostros controversantur, nemo opinionem suam in scholis ita defendat, ut alteri notam inurat; sed potius caritati, veritati, auditorum profectui consulens, satis habeat varias opiniones, earumque argumenta praecipua, non diutius in iis commorando, sincere exponere, atque suam modeste propugnare.

Vigilantia Superiorum. Art. 76. Cf. Commentarium in art. 76 et 756. Vide etiam Ratio Studiorum O.M.I., nn. 87-94.

Munus docendi semper vivificandum studio personali et oratione, secundum art. 77. Cf. Commentarium in h.l.

Institutio intellectualis scholasticorum ordinatur tota ad vitam. Cf. Pius XII, Constit. "Sedes Sapientiae", nn. 33 et 34. Vide supra Notas praevias ad hunc paragraphum, III, c).

Quod si magistri sunt ipsi doctrina catholica radicati et fundati, quatenus studio et orationi instanter incumbunt, facilius et efficacius scient uti omnibus auxiliis et apto methodo, ut scholasticorum mentes solido, atque eorum captui accommodato, cibo enutrient. Cf. Ratio Studiorum O.M.I., nn. 119, 250, 260-271.

5) Participatio institutorum in vita pietatis communitatis scholasterii secundum art. 78. Omnes uniti in oratione sicut in labore. Cf. Commentarium ad art. 78.

Illam unio omnium in vita spirituali et cultu divino multum favet formationi scholasticorum ad sensum Ecclesiae, ut habetur in exemplo communitatis christianae primitivae sec. Act. Apostolorum. Maxime verum est de sacra Liturgia. Unde multum interest, ut vita liturgica debite colatur in scholasticis. Cf. Statuta generalia, art. 37, § 1; 40, § 2, 1\*.

Est omnino ad mentem V. Fundatoris nostri. Tot facta et scripta testantur aestimationem et zelum, quibus prosecutus est sacram Liturgiam, et quidem iam ut iuvenis laicus, usque ad finem vitae suae. Scripsit die 9 martii 1859 de Feria 4a Cinerum celebrata in Parisiis, ad P. Fabre: "J'ai été pris ainsi jusqu'au soir, et c'est ce qui m'a empêché de t'écrire. La matinée avait dû être consacrée à des exercices religieux. Le jour des Cendres eut été trop triste de me contenter de ma simple messe dans le petit oratoire de notre hôtel. Je me suis fait faire une belle tonsure toute fraîche et dès 9 heures, je me suis rendu à St-Sulpice, où placé très dignement dans le Choeur, j'ai assisté à l'absoute que l'on fait dans le rite parisien pro remissione peccatorum avant la grand-messe, et je me suis bravement présenté à l'autel pour y recevoir les Cendres à la suite du nombreux séminaire qui a communiqué en corps à la grand-messe qui a suivi. Vous ne sauriez croire la satisfaction que j'éprouvais de me revoir après tant d'années dans ce Choeur que j'avais arpenté si souvent dans ma jeunesse ecclésiastique. Je m'unissais aussi en esprit à ce qui se passait à Marseille où mon esprit comme mon cœur sont habituellement avec vous." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 131.)

Attamen, ne desit tempus sufficiens ad studia, nec sanitas patiatur, professores et studentes eximi possunt a nonnullis communitatis actibus, positis ponendis. Cf. can. 589, § 2; 590-591; Statuta generalia, art. 40, § 7. Constitutiones-Regulae O.M.I., art. 89; 147; 283.

Idem censuit V. Fundator noster. Quamvis psalmodiam divini officii magni habuerit, non neglexit alleviare hanc obligationem variis modis in favorem tum professorum tum scholasticorum. Ita v.g. in epistola ad P. Tempier 29 oct. 1833; apud Yenveux, o.c., VIII, 116. In "Journal" 6-2-1842 notat epistolam scriptam ad P. Vincens: "J'autorise les Oblats à être dispensés, à tour de rôle, trois jours dans la semaine, de l'office en commun. 1\* à cause de la délicatesse de leur tempérament, 2\* à cause du besoin d'étude." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 116.)

Item in "Journal" 1-12-1843: "Le Saint Temps de l'Avent approchant, j'ai pensé que ce serait le moment d'apporter quelque modification à l'office que nos Oblats et Novices récitent journellement. Les études qu'ils sont obligés de faire concurremment avec les Séminaristes souffrent un peu du temps qu'ils sont obligés de consacrer au Choeur. Si nos étudiants étaient seuls, on en serait quitte pour prolonger de quelques mois leurs classes. Mais il faut qu'ils marchent avec les Séminaristes, c'est surtout les premières années de leurs études philosophiques ou théologiques ils pourraient éprouver un désavantage auquel il importe de ne pas les exposer. Voici donc ce que j'ai cru devoir régler..." Et sequitur, pro iis qui nondum sunt in sacris, ordinatio officii notabiliter abbrevians ordinem Breviarii Romani. Vide apud Yenveux, o.c., VIII, 116; Cosentino, Histoire de nos Règles, VI, 111.

In Capitulis generalibus 1856 et 1867 provident difficultati per substitutionem officii fratrum laicorum recitationi Breviarii Romani, pro iis qui nondum sunt in ordinibus maioribus. Cf. Cosentino, Histoire de nos Règles, VI, pp. 109-112.

6) Superiori locali, etiamsi non sit Praefectus studiorum nec Magister spiritus, ex ipso suo munere competit animare totam vitam scholasterii, tam religiosam quam intellectualem, atque omnibus et singulis prospicere qui sub se aliquo funguntur munere vel studiis vacant, ad normam art. 587-588. Cf. art. 90, ad quem art. 757 nos remittit modo generali; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 87-94; 311.

Similia habentur in Epitome Instituti S.J., ed. 4a (1949); #333, § 1. Rector quoque videat quomodo Professores et Scholastici suum in Domino officium faciant, et intellegat per se vel per alium quomodo Scholastici in studiis proficiant, iisque pro re nata stimulum, frenum, animum addat; si quem autem studiis parum aptum reperiat, mature Provinciale moneat. - § 3. Studeat diligenter religiosa cum caritate Magistrorum fovere alacritatem, animum iis addendo, subsidia studiorum procurando, aestimationem ac sollicitudinem in omnibus ad studia pertinentibus exhibendo."

7) Post scholasterii institutionem, Superior et institutores continent adhuc suam sollicitudinem meliorem quam possunt modo, in sollicitudinem eorum quae in art. 91-92 dicuntur. Vide Commentarium in h.l.

8) Monitum supremum. Dicta in art. 93 valent etiam, imo a fortiori, de iis quibus incumbit dirigere scholasteria nostra. Eos "nihil tandem effugiat quo adaugeri valeat clericalis status splendor, eius spiritus roborari, fructus multiplicari; ut Ecclesia, dignis ac sanctis ministris enutrita et defensa, in dies vegetior evadat, ad gloriam divini sui Sponsi et ad plurimarum salutem animarum."

c) Semper sub dependentia Superiorum maiorum. Art. 758.

#### Textus.

Dispositio statim ab initio suum locum habet in paragrapho "De Oblatorum Moderatore", qui introducitur in ms. II (1821-1825), et sic legebatur in ed. 1a (1827): "VIII. Semel in mense, Superiori generali rationem reddet de unoquoque oblato."

In ed. 2a (1853): "VIII. Semel in mense, Provinciali aut Vicario rationem reddet de unoquoque oblato, et identidem Superiori generali."

In ed. 4a (1910) apponitur in praesenti paragrapho: "793. Semel in mense, Provinciali seu Vicario rationem reddet Superior de unoquoque Oblato et quolibet tertio mense, Superiori generali."

In ed. 5a (1928), supprimunt mentionem explicitam Vicarii, conformiter ad art. 511, et utuntur formula ampliore ad determinandum tempus rationis reddendae Superiori generali: "758. Semel in mense, Provinciali rationem reddet Superior de unoquoque oblato; et, occasione praesentationis ad vota vel ad ordines et in fine studiorum, Superiori generali."

Commentarium.

Superiorum maiorum est candidatos aggregare Societati atque singulis locum et officium assignare ad bonum commune et proprium cuiusque atque ad maiorem Ecclesiae utilitatem. Hoc autem praestare nequeunt nisi prius informantur obiective et complete. Confirmatur iure communi; Statuta gen. art. 27, § 1, 2\*.

Relatio mensilis facienda Provinciali de "unoquoque oblato" merito intelligi potest secundum conditionem rerum et personarum, ita ut non necessario de omnibus et singulis nominatim referendum sit singulis vicibus.

Si vero agitur de praesentatione ad vota et ordines, notae personales de singulis transmittendae sunt. Cf. art. 735. Speciatim de praesentatione ad oblationem perpetuam, ad ordines et ad primam obedientiam, vide in Circul. 180 (15 oct. 1947), art. 18-20 (Circul. adm. V, pp. 88-91).

De interventu Praefecti studiorum in conficiendis illis notis, vide in Ratio Studiorum O.M.I., n. 111.

Notae personales occasione praesentationis ad primam tonsuram et ad ordines minores non amplius transmittuntur ad Superiorem generalem, cum praesentatio canonica facta a Provinciali cum assensu sui Consilii extraordinarii (art. 531, 2\*) non indigeat confirmatione Superioris generalis. (Ita abhinc\*)  
anno 1960, ex rescripto S.C. de Rel. 24 iunii 1960. Cf. Circul. 213 (30 sept. 1960), pp. 10 sq (Circul. adm. VI, pp. 461 sq).

Declaratio et testificatio scripto faciendae ab ipsis candidatis ad vota perpetua et ad subdiaconatum; S.C. de Religiosis, Instr. 2 febr. 1961, nn. 38 et 42; Circul. 180 (15 oct. 1947), art. 18, § 1, 2\*; art. 19, § 3 (Circul. adm. V, pp. 88 et 91).

Dispositio complementaria de relatione annua circa institutionem intellectualem, transmittenda Superiori generali per Praefectum studiorum; vide in Ratio Studiorum O.M.I., n. 117.

IV) De scholasticorum ordinationibus. Art. 758 bis.

Praescripta canonica; vide in Codice Iuris Can. Subiicimur enim iuri communi, paucis exceptis, de quibus statim.

Circa Litteras Dimissoriales, novus articulus 758 bis, ex rescr. S.C. de Religiosis, 4 febr. 1959; "Vi Constitutionum, Superior generalis valet Litteras Dimissoriales cum dispensatione ab interstitiis et temporum, si expedierit, ad Primam Tonsuram et ad Ordines omnes concedere, titulo mensae communis, omnibus professis ad hos gradus iam legitime admissis, servatis de iure servandis. Id quoque valet Provincialis, Vice-Provincialis et Vicarius, quisque pro suis subditis, sed ad Primam Tonsuram et ad Ordines Minores dumtaxat." Cf. Circul. 213 (30 sept. 1960), p. 12 (Circul. adm. VI, 463).

Ista potestas, utpote ordinaria, delegari potest, etiam habitualiter; et de facto Superior generalis eam habitualiter delegat omnibus Superioribus scholasticorum et, eis impeditis, eorum vices gerentibus, quoad Ordines maiores. Cf. Circul. 213, p. 13.

Notitia collati subdiaconatus transmittenda est parochi loci baptismi, ut in libro baptizatorum adnotetur, ad normam can. 1011. Incumbit per se Superiori maiori (can. cit.); sat communiter relinquatur curae Superioris scholasterii.

Dispositiones spirituales quae in ordinationibus conveniunt.

Recolenda ea quae in vita et in scriptis V. Fundatoris referuntur de hac re, et quidem imprimis ea quae attinent ad ipsius propriam ordinationem sacerdotalem die 21 dec. 1811 in urbe Amiens. Vide apud Rey, I, pp. 127 sqq; Rambert, I, pp. 80 sqq; Leflen, I, pp. 412 sqq. Ea quoque quae enarrantur de ordinatione sacerdotali primorum discipulorum, v.g. fratris Courtès die 30 julii 1820 in cathedrali Gap. Cf. Rey, I, p. 256; Rambert, I, pp. 323-327; Jeancard, Mélanges historiques, pp. 105-107. Item fratris Suzanne; Jeancard, o.c., pp. 154-156.

Intuitu diaconatus scripsit die 15 dec. ad fr. Guibert: "J'è m'y prends quelques jours à l'avance, mon cher et bon ami, pour vous féliciter et me réjouir de votre future promotion à l'ordre du diaconat; je vous souhaite, mon cher fils, toutes les vertus héroïques des saints qui vont bientôt devenir vos patrons. Quoique nous ne vivions ni au cendre du Judaïsme, ni parmi les payens on nous a pourtant accoutumé à un genre de persécution qui nous rend ce trébur dont le Saint-Esprit favorise les diacres bien nécessaire, et dont je me flatte que tu feras bon usage en toute occasion." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 141.)

Fratrī Bernard, recenter promotō ad diaconatū, commendat die 8-4-1824: "Relisez quelques fois les admonitions du Pontifical, soit pour l'ordre que vous venez de recevoir, soit pour celui que vous aviez précédemment reçu. Invoquez tous les jours les grands saints qui se sont sanctifiés dans le diaconat et demandez à Dieu par leur intercession tout ce qui vous manque encore pour leur ressembler. Priez aussi pour moi. Je ne vous oublie jamais devant Dieu, et spécialement le jour de l'ordination je me suis acquitté de ce devoir au St-Sacrifice que j'ai offert pour mes chers ordinands." (Cit. ibidem, VIII, 142.)

Quanti aestimaverit Mgr de Mazenod caracterem sacerdotalem apparet ex hoc, quod non haesitavit ut conferret ordinationem sacerdotalem fratri Lagrue graviter infirmo et morti proximo. "Je vous dirai que j'ai ordonné prêtre le P. Lagrue pour l'envoyer en Paradis avec ce caractère sacré, pour qu'il en soit glorifié toute l'éternité. Je pris cette résolution dès qu'on m'eut dit que le Docteur n'avait pas seulement voulu lui indiquer le moindre remède. Le voilà prêtre et bien saint prêtre. Le bon Dieu fera le reste." (Epistola 16 oct. 1854; cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 141.)

Die anniversaria propriae ordinationis Mgr de Mazenod solebat celebrare missam in oratorio monialium Capuccinarum Massiliae et recollectiōni interiori vacare per diem. Cf. Yenveux, o.c., VIII, 147 sq.

Pluries notavit quamdam cognationem spiritualem inter Pontificem ordinantem et candidatos ordinatos. Ita in epist. 29 sept. 1843 ad fr. Chauvet: "Vous recevrez prochainement le sacerdoce qui mettra le comble aux grâces que le bon Dieu vous réservait dans le sein de la Congrégation à laquelle il vous a appelé... Pour moi, le Seigneur me réservait la consolation de vous communiquer ces dons et, en vous imposant les mains, d'identifier en quelque sorte votre âme à la mienne et de resserrer ainsi d'une manière plus parfaite les liens qui vous unissent déjà à moi. J'y pense avec une vraie satisfaction. J'espère que vous partagez ce sentiment et que déjà vous priez pour moi plus souvent et avec plus de ferveur afin que, devenant plus saint, je puisse ajouter à l'opus operando un abondant opus operantis dans le sacrement que je serai bientôt dans le cas de vous administrer." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 143).

Et explicitius in "Journal" 25 oct. 1837, occasione mortis Cardinalis Frezza, qui in consecratione episcopali Fundatoris nostri, Romae 14 oct. 1832, co-consecratoris munere functus est. "J'ai appris aujourd'hui la mort du Cardinal Frezza, mon consécrateur, mon ami, ou plutôt mon père en Dieu, quoiqu'il eut un an de moins que moi..."

J'ai reçu le S.-Esprit avec la plénitude du sacerdoce par son ministère, Dans les pensées de la foi qui, grâce à Dieu, me dirigent, dès cette époque je le considérai, ainsi que les deux autres prélats qui m'imposèrent les mains, comme mes véritables pères en J.C. Je n'ai pas cessé un seul jour de prier pour eux au saint sacrifice, en cette qualité. La vertu qui est en moi comme pontife est émanée de leurs âmes; elle est arrivée en moi par eux. Jamais union plus intime. Il n'y a pas de paternité semblable à celle-là, si ce n'est celle de l'évêque à l'égard du prêtre. - Le 26 octobre, j'ai dit la messe de Requiem pour mon vénéré père et ami, S.E. le Cardinal Louis Frezza, archevêque. J'applique de plus pour lui toutes les indulgences que je pourrai gagner dans la huitaine. Je souhaite que tous mes amis et tous ceux qui tiendront quelque bien spirituel de moi, en fassent autant, lorsqu'il plaira à Dieu de m'enlever de ce monde...

Le 27 octobre, j'ai encore dit la messe pour le repos de l'âme de mon père en Dieu, de mon collègue dans l'épiscopat et de mon ami, le Cardinal Frezza. Il fallait encore cela pour satisfaire à ce qu'il me semble que je lui devais. Je le placerai ensuite chaque jour, au Memento des Morts, immédiatement après l'évêque qui m'a ordonné prêtre." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 146 sq.)

V) Formationis scholasticae consummatio: prima obedientia. Art. 759.

Textus.

Dispositio primo introducitur in ed.4a (1910), quia fuerit innovatio substantialis nostri iuris, ut infra dicitur. "794. Studiis absolutis, Superiori generali, cui competit semper primas litteras obedientiales mandare, praesto erunt."

In ed.5a (1928), textus leviter modificatur et completur: "Studiis absolutis... primas litteras obedientiales dare, singuli praesto erunt."

Commentarium.

Sub priore regimine scholasteriorum, usque ad annum 1907, inutile erat explicite affirmare istud principium. Revera, tunc temporis scholasteria erant sub auctoritate immediata Superioris generalis omnesque scholastici erant subditi immediati Superioris gen. tanquam Superioris maioris immediati. Ad ipsum proinde pertinebat de illis disponere dando primas litteras obedientiales.

Capitulum gen. 1906 immutavit regimen scholasteriorum subiiciendo scholasteria particularia auctoritati immediatae Provincialium. Et statim addidit dispositionem complementariam de iure Superioris generalis circa primas litteras obedientiales. Et ita quidem conformiter ad spiritum et praxim constantem Congregationis, imo conformiter ad eius leges scriptas: art. 543, ex ed.2a (1853). Cf. Circul. 92 (21-4-1907), p. 47 (Circul. adm. III, p.186); Circul. 128 (13-4-1921), pp. 14 sq (Circul. adm. III, pp. 371 sq); Acta Cap. 1959, art. 99; Cosentino, Histoire de nos Règles, V, 33, 43.

Ista praerogativa Superioris generalis denotat characterem universalem et catholicum Congregationis atque roborat eius unitatem. Per exercitium huius iuris Superior generalis providet meliore quo potest modo necessitatibus et operibus apostolicis per universum mundum oblativum, attento bono tum communi tum personali. Cf. Commentarium in art. 543.

"Singuli praesto erunt". Multum interest, ut scholastici foveant in seipsis "disponibilitatem" ad omne servitium in vinea Domini; nec sinant se totaliter absorberi per desiderium unius ministerii excluso quocumque alio. Cf. art. 236 et 237.

"Studiis absolutis". Cf. Statuta generalia adnexa Const. "Sedes Sapientiae" (1956), art. 4; 45, § 1; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 152; 188 sq; Pius XI, Ep. "Unigenitus Dei Filius" ad summos Moderatores, 19-3-1924; Acta Ap. Sedis, 1924, pp. 142 sq.

Mgr de Mazenod, epist. 23-3-1849 ad Mgr Guigues: "Je ne puis pas en conscience approuver le système que vous suivez au Canada de faire avancer dans les ordres des enfants sans science et qui se ressentiront toute leur vie de ce défaut d'instruction. Aussi suis-je décidé à ne plus envoyer que des sujets qui auront terminé leurs études et passé un temps suffisant dans l'intérieur de nos maisons, à se former à la pratique des vertus religieuses. Je préfère mille fois que vous attendiez, plutôt que d'avoir à me reprocher de n'avoir pas pourvu aux besoins de nos sujets et de m'être exposé à compromettre leur salut, celui des âmes qu'ils ne sauraient pas diriger et l'honneur de la Congrégation. Quand j'ai consenti à vous envoyer, sur votre demande, de simples oblats, c'était dans la ferme persuasion qu'on les formerait soit à l'exercice ecclésiastique soit à la piété." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 122 sq). Vide ibidem etiam epist. 4-3-1849 ad P. Petrum Aubert.

#### VI) Institutio scholasticorum extra scholasteria. Art. 760-761.

Agitur de conditione rerum quae primitus erat communis, scil. ante erectionem scholasterii proprie dicti, cum organizatione propria et independenti (1854), quae conditio abhinc nequit esse nisi exceptionalis.

Isti duo articuli non sunt nisi recapitulatio valde summaria pristini paragr. "De Oblatorum Moderatore", qui primo apparuit in ms. II (1821-1825). In ed. 4a (1910) illos addiderunt novo paragrapho "De Scholasteriis".

Providendum regimini particulari pro adiunctis exceptionalibus, scil. pro casu quo plures scholastici extra scholasteria in aliqua domo particulari versari debent. Art. 760.

Est textus art. 795 editionis 4ae (1910), cui addiderunt in ed. 5a (1928) praecisionem "ob graves causas".

Regimen normale est, ut iuniores religiosi toto formationis tempore collocentur in domibus formationis specialiter institutis. Cf. Can. 587; Statuta generalia, art. 21-23; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 11-18, 22 sqq.

Non nisi exceptionaliter et ob graves et urgentes causas licet collocare scholasticos in aliis sedibus. Causa gravis esse potest praesertim infirma valetudo. In talibus adiunctis nunquam licet studentes relinquere sibimetipsis. Eis providendum est per nominationem "Moderatoris oblatorum", ut eorum formatio

ordinate continuari possit. Momentum rei paret ex hoc, quod nominatio Moderatoris fieri debet ad instar nominationis Magistri novitiorum (a Superioribus maioribus, debitis qualitatibus constantibus).

Officium Moderatoris Oblatorum. Art. 761.

Est articulus 796 editionis 4ae (1910). In ed. 5a (1928) addiderunt in fine: "et secundum praescriptiones iuris canonici, si scholastici studiis clericalibus operam dare debent."

Moderator dirigit scholasticos "secundum normas a Superiore generali determinatas." Illi conveniunt saltem iura et officia quae communiter attribuuntur Praefecto sive Magistro spiritus (can. 588, § 1). Imo eius potestas in scholasticos extenditur generatim etiam ad forum externum disciplinare, in similitudinem eorum quae de Magistro novitiorum dicuntur. Ita Mgr de Mazenod in epistola 10 julii 1844 ad P. Ricard, Superiorem domus N.-D. de Lumières, ubi tunc temporis versabantur plures scholastici: "Le Supérieur local a toujours l'inspection sur toute sa maison; il est le Supérieur de tous. Mais là où se trouve un directeur des Oblats, celui-ci est chargé de leur direction spéciale et de leur instruction particulière, ce qui n'empêche pas que le Supérieur local ne doive intervenir pour tout ce qui tient à l'ordre général de la maison, comme seraient permission de sortir, dispense d'exercice commun etc." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 103 sq)

Studia clericalia, ut computari possint ad ordines recipiendos et ad sacra ministeria exercenda, ordinari debent secundum praescriptiones iuris canonici; can. 587-589; et praesertim Statuta generalia, adnexa Constitutioni "Sedes Sapientiae" (1956). Unde scholastici mittantur ad recte ordinatam studiorum sedem alius Instituti vel ad Seminarium episcopale (can. 587, § 3); aut in ipsa domo instituantur cursus qui ut vere "publici" haberi possint, cum studia mere privata ad ordines recipiendos computari nequeant. Cf. can. 976, § 3; Statuta generalia, art. 41; art. 34, § 1, 3\*; Ratio Studiorum O.M.I. n. 153.

Curricula philosophicum et theologicum interrumpuntur iuxta Statuta generalia, art. 42, § 4; Ratio Studiorum O.M.I., nn. 236 sq.

Munus Moderatoris oblatorum habetur ut "dignitas" in Congregatione (art. 153). Illius praecedentia determinatur per art. 676.



Appendix I. De Tirocinio pastorali.

A) Antecedentia in historia Congregationis.

1) Primitus formatio pastoralis iuniorum missionariorum potius personalis per consilia, instructiones, monita data per ipsum Fundatorem aliosque Patres aetate et experientia expertiores.

2) Anno 1846 Mgr de Mazenod, in suo Consilio generali, instituit cursum pastoralem pro iunioribus sacerdotibus per plures menses protrahendum. Effective locum habet abhinc mense juliâ 1846 in domo N.-D. de l'Osier, sub directione Patris Vincens. Cf. Mgr de Mazenod, epist. 5 maii 1846 ad P. Vincens: "Je dois vous prévenir ensuite qu'il a été décidé dans mon conseil que nos jeunes prêtres seraient réunis à N.-D. de l'Osier pour s'y préparer par l'étude au saint ministère qui est journellement compromis par l'instabilité de ceux qui l'exercent sans expérience, avec peu de doctrine et point d'écrits. - Ceux que j'appellerai seront encore assez nombreux. Pour en imposer davantage et donner une bonne direction à cette importante opération, je vous ai choisi pour quelques mois au moins en qualité de Modérateur de ces études." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 148.)

Item, epist. 30 juliâ 1846 ad P. Guigues (Canada): "J'ai enfin pu exécuter un projet auquel je tenais beaucoup et qui doit avoir d'heureux résultats pour la Congrégation. C'est de remettre à l'étude tous nos jeunes Pères. Je n'ai pas craint pour cela de dépouiller presque entièrement toutes nos maisons. Je les ai tous réunis à Parmeny [domicilium dependens a domo N.-D. de l'Osier], sous la direction immédiate du P. Vincens qui est chargé de diriger leurs études et de les faire travailler. Ils sont en train depuis le commencement du mois. Si les vocations sont rares, que nous formions au moins des sujets représentables." (Cit. ibidem, VIII, 150.)

3) Cursus pastoralis theoretico-practicus duorum annorum. Capitulum gen. 1850, canon III: "Art. 1. Le Chapitre gén. statue que désormais nul des nouveaux prêtres de la Congrégation ne pourra être employé au saint ministère, avant d'avoir passé deux années dans la maison d'études préparatoires et spéciales aux fins de l'Institut.

Sont exceptés de cette mesure, les sujets qui devront être envoyés immédiatement aux missions étrangères, attendu qu'ils trouveront sur les lieux des secours propres au ministère qu'ils auront à remplir.

Art. 2. Les Pères de la maison susdite pourront cependant, même durant les deux années fixées par l'art. 1, être employés à quelques missions, cet exercice étant considéré pour lors comme un moyen de les aider à atteindre le but qu'on s'est proposé.

Art. 3. Les prêtres qui ont été ordonnés avant d'entrer dans la Congrégation, devront eux mêmes après leur noviciat suivre pendant un an au moins les cours de la maison d'études." (cf. Cosentino, Nos Chapitres généraux, Ottawa, 1957, p. 57.)

Primus cursus initium sumpsit anno 1851, Massiliae, in domo Calvaire, sub directione Patris Vincens. Quondam peractus est in domo Notre-Dame de la Garde, sub directione Patris Dassy. Cf. Mgr de Mazenod, epist. 3 juliâ 1857 ad P. Tempier (cit. apud M. Devès, Le Père Dassy, p. 198).

Praefatus cursus destinatur non solum studiis, sed etiam formationi religiosae consolidandae, ut apparet ex litteris Fundatoris ad P. Tempier 28 aug. 1851: "Ce n'est pas d'aujourd'hui que nous avons eu à gémir de la trop grande facilité d'employer nos sujets avant qu'ils fussent suffisamment formés. Il ne faut pas craindre de prendre quelques moyens puissants pour remédier à ce mal au Canada. Ils auront l'exemple de ce qui se fait ici. J'ai retiré de leurs travaux déjà couronnés d'abondantes bénédictions, plusieurs de nos missionnaires que cette mesure aura pu contrarier. Mais nous avons jugé qu'il était utile de prendre un parti pour les perfectionner dans l'étude de la théologie, de l'Écriture Sainte et de la composition. Je vois à ce qui s'exécute ici sous la direction du P. Vincens un plus grand avantage encore, qui est de former de bons religieux. Ce que nous faisons équivaut à ce qui s'appelle le troisième an chez les Jésuites. La plus parfaite régularité règne dans notre maison d'études du Calvaire, et le P. Vincens, uniquement occupé de cette oeuvre, s'appliquera surtout à inculquer les principes et à exiger la pratique de la vie religieuse. Si on pouvait constituer quelque chose de semblable au Canada, je ne reculerais pas devant la suspension de toute mission pendant un an pour chaque sujet." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 150.)

In Capitulo generali 1856 duratio illius cursus reducitur ad unum annum.

4) Mgr de Mazenod, epist. 27 aug. 1851 ad DD. Dupanloup, episc. Orléans circa formationem pastoralem seminaristarum. Vide in "Études Oblates", 1961, fasc. 4, pp. 365-368.

5) Capitulum generale 1879, decretum V: "Cunctis in Provinciis aut Vicariatibus, neomystae, antequam ad officium quodcumque implendum deputentur, per unum saltem annum in eo technice edoceantur."

6) Capitulum gen. 1893, Observationes, n° 10: "Malgré toutes les résolutions en Chapitre et ailleurs, il arrive toujours que nos jeunes sujets sont lancés trop tôt dans les oeuvres du ministère, et laissés à eux-mêmes par les Supérieurs. Ils y entrent sans préparation; ils y persévèrent sans formation; ils y perdent le goût du travail bien fait."

RR.P. Soullier, Sup. gen., in Litt. Circul. ad Provinciales anno 1894, commendat cursus practicos theologiae et praedicationis instituendos pro iunioribus sacerdotibus.

Item, graviter urget applicationem dispositionum praecedentium circa hanc materiam, in Circul. 59 de praedicatione, diei 17 febr. 1895, p. 26.

7) Versus finem saeculi <sup>X</sup>LX et primis decenniis saeculi XX nullibi videtur haberi ille cursus pastoralis post studia scholastica ordinaria. Varias rationes: in Gallia dissolutio communitatum religiosarum; in provinciis recenter fundatis premit necessitas statim adhibendi iuniores sacerdotes...

Attamen hic et illic quaedam tentamina supplendi cursui pastoralis: in 2a provincia Galliae iuniores sacerdotes coadunantur mensibus aestivis intuitu formationis practicae ad missiones (vulgo dictae "grandes manoeuvres"). Praeterea, observatio 10a Capituli generalis 1893 reassumitur inter "Acta Capitulorum" 1932, art. 127; item in "Acta Cap." 1949, art. 120.

In Capitulo gen. 1938 ferunt istud decretum: "Que tous les jeunes Pères, à leur sortie du Scolasticat et avant d'être employés habituellement

au saint ministère, soient astreints à poursuivre, pendant au moins un an, des études particulières de préparation spéciale à l'obédience qu'ils ont reçue." Cf. Circul. 164 (19-3-1939), pp. 41-42 (Circul. adm. IV, pp. 359 sq.) Dispositio specialissima applicatur exteris Missionibus; ibidem, pp. 53-54 (Circul. adm. IV, 371 sq.)

Ex Capitulo generali 1953: "Il fut proposé et accepté que là où la chose est possible, les Oblats sortant du scolasticat reçoivent en des Instituts appropriés une préparation plus immédiate à leurs charges pastorales." Cf. Circul. 203 diei 8 dec. 1953, p. 29 (Circul. adm. VI, 136.)

#### B) Documenta recentiora S. Sedis.

Progressive viam praeparant institutioni tirocinii particularis in theologia pastoralis, post completum theologiae curriculum.

Pius XI, Epist. ap. "Officiorum omnium", 1 aug. 1922. Cf. Acta Ap. Sedis, 1922, p. 456.

S.C. de Religiosis, Instr. 1 dec. 1931 ad Supremos Religionum Moderatores, de formatione clericali et religiosa alumnorum ad sacerdotium vocatorum, § I, n. 10. Cf. Acta A.S., 1932, pp. 74 sqq.

Pius XII, Motu proprio "Quandoquidem", 11-4-1949, quo conditur Pontificium Institutum S. Eugenii in Urbe ad formationem pastoraalem iuniorum sacerdotum dioecesis Romanae.

Pius XII, Exhortatio apost. "Menti nostrae", 23 sept. 1950, 3a pars.

Pius XII, Constit. apost. "Sedes Sapientiae", 31 maii 1956, § IV, nn. 35-39; Adnexa Statuta generalia, art. 11, § 2, 4\*; inter ordinariae institutionis clericalis gradus computatur "Curriculum pastorale quo omnes immediate ad communia sacerdotii ministeria praeparantur." Art. 21, § 1; inter sedes ordinariae integrae institutionis religiosae-clericalis-apostolicae computatur 4\* "domus vel collegia formationi pastoralis vel ministeriali parata." Art. 48; imponitur obligatio frequentandi speciale tirocinium pastorale saltem per annum post absolutum curriculum theologicum.

#### C) Applicatio ordinationum S. Sedis de tirocinio pastoralis in Congregatione.

RR.P. Léo Deschâtelets, Sup. gen., Epist. ad Provinciales, 3 sept. 1956. Cf. "Missions", 1956, pp. 162 sqq.

Superior generalis, mediante Directione generali Studiorum, intervenit in provinciis et vicariatibus intuitu aptioris applicationis Constitutionis "Sedes Sapientiae", 11 nov. 1956 et 8 iunii 1957. Cf. Circul. 212 (22 dec. 1959), pp. 1-2 (Circul. adm. VI, pp. 393 sq).

Ratio Studiorum generalis Congregationis Missionariorum O.M.I., 1960, art. 11; 73; 76; 79; 148; 198-219.

Durante tirocinio pastorali, etiam formatio spiritualis, tum religiosa tum sacerdotalis, consolidanda est. Cf. "Statuta generalia", art. 9, § 1; "Etsi recepto sacerdotio et absoluto curriculo theologico institutio religiosa substantialiter completa censenda sit, nihilominus ipsa, sive in curriculo pastorali sive per totum primum sacerdotii quinquennium, sub prudenti et vigilantissimi Superiorum cura, confirmanda, perpolienda et ad praxim deducenda est." Ibidem, art. 48, § 1. Similiter in Ratio Studiorum O.M.I., art. 201.

V. Fundator noster idem sentiebat. vide eius epistolam 28 aug. 1851 ad P. Tempier; cit. supra sub n. 3).

Revera, modus sese rite et opportune gerendi in toto animarum ministerio non est solum res recti iudicii naturalis ("bon sens") et scientiae ac technicae pastoralis, sed etiam virtutis supernaturalis prudentiae et donorum Spiritus Sancti. Haec omnia, scil. necessitas tum acquirendi scientiam et artem pastoraalem tum se praeparandi ad auxilia supernaturalia abundanter capienda, lucide proponuntur a S. Ignatio; "In universum loquendo, edocere eos [i.e. scholasticos] convenit, quem modum tenere oporteat huius Societatis operarios, qui in tam variis mundi regionibus cumque tam diversis hominum generibus versari debent; antevertendo incommoda quae possunt accidere, et emolumenta quae ad maius Dei servitium conferunt captando, omnibus rationibus adhibitis quae possunt adhiberi. Et, quamvis hoc sola unctio sancti Spiritus et ea prudentia, quam communicare solet Dominus illis qui in divina sua Maiestate confidunt, docere possit; via saltem aliquo modo quibusdam documentis, quae iuvent et ad effectum divinae gratiae disponant, aperiri potest." (Constitutiones S.J., pars IV, cap. 8, n. 8. Item in "Epitome Instituti", ed. 4a, n. 361.)

## Appendix II. Clericalia studia scholis absolutis; examina annua per quinquennium

### A) Ius particulare Congregationis tempore anteacto.

Ipsae Constitutiones-Regulae statim ab initio praescribunt, ut missionarii scientiam sacram conservent, renovent ac perficiant. Vide ed. 1928, art. 283 et 297, quorum substantia habetur iam in ms. I (1818). V. Fundator frequenter insistebat in observatione horum articulorum. Cf. Commentarium in praefatos articulos.

Capitulum generale 1837, canon XIX; "Une Commission nommée par le Révérendissime Père Général s'occupera d'un plan de hautes études ecclésiastiques auxquelles seront soumis tous les jeunes prêtres de la Congrégation pendant les dix premières années de leur sacerdoce."

Capitulum generale 1867, Acta Capitulorum, § De Studiis, art. 4 et 5; praescribunt annum examen, scriptum et orale, per quinquennium; determinatio materiae huius examinis aliaque modalitates determinandae relinquuntur Superiori generali. Cf. Cosentino, Nos Chapitres généraux, Ottawa, 1957, p. 86.

RR.P. Fabre, Circul. 22 diei 1 aug. 1871, pp. 26-28 (Circul. adm. I, pp. 224-226); ordinationes circa praefata decreta Capituli generalis. Programma examinis per 5 annos distributum de theologia dogmatica, de theologia

morali, de Sacra Scriptura et de Historia Ecclesiae. Examina scripta, conformiter ad nostram vocationem missionariam, fiunt omnia sub forma instructionis, homiliae et concionis; varia argumenta proponuntur distributa per 5 annos.

Capitulum generale 1873, decret. VI; Provinciales Superiori generali quotannis relationem mittant de examine peracto et de notis a neo-presbyteris obtentis... Praefatum decretum reassumitur inter Acta Capitulorum 1920, art. 159; Acta Cap. 1932, art. 149; Acta Cap. 1949, art. 138.

Capitulum gen. 1893, Observatio II. Cf. Circul. 57 diei 26 mart. 1894, p. 44 (Circul. adm. II, p. 194); Cosentino, o.c., p. 138.

Capitulum gen. 1906 recolligit omnes praescriptiones praecedentes easque corroborat. Cf. Circul. 92 diei 21 april. 1907, p. 54 (Circul. adm. III, p. 193).

Capitula generalia 1920 et 1932 confirmant decretum VI Capituli 1873. Vide supra.

Capitulum generale 1938 recolligit momentum canonis 590 atque commemorat obligationem quae incumbit Provincialibus et Superioribus localibus, ut sacerdotibus iunioribus impertiant tempus sufficiens ad praeparanda annua examina, etc. Cf. Circul. 164 diei 19 mart. 1939, pp. 24 sq (Circ. adm. IV, pp. 342 sq.)

Capitulum generale 1947 iterum confirmat decretum VI Capituli 1873. Vide supra.

#### B) Ius commune Ecclesiae recens.

Codex Iuris canonici 1917, can. 590.

"Statuta generalia" adnexa Constitutioni apost. "Sedes Sapientiae" diei 31 maii 1956, art. 49. Inculcat observationem canonis 590 atque determinat modalitates fidelis observationis. Fere omnia praescripta Capitulorum generalium nostrorum ibidem leguntur.

Textus articuli 49 Statutarum generalium assumitur quasi ad litteram in "Ratio Studiorum generalis O.M.I.", 1960, art. 300-309.

#### Appendix III. Ultima probatio sub nomine "Secessus de Mazenod".

Est ultima formationis institutum ad instar eorum quae in usu sunt in pluribus religionibus, praecipue in Societate Jesu in qua vocatur "Tertia probatio" vel "Tertiatus" aut "Schola affectus" et vulgariter "le Troisième An", atque locum habet studiis ordinariis absolutis ante ultimam votorum emissionem. Apud Redemptoristas nomen habet "Secundus novitiatus" et intervenit immediate post curriculum ordinarium studiorum. Presbyteri Societatis Mariae (vulgo "Maristes") illud vocant "secunda probatio", ei adstringuntur elapsis decem a prima professione annis et trigesimo quinto saltem aetatis anno completo; "secunda probatio" durat unum annum aut sex menses, ea expleta vota renovant eisque addunt votum stabilitatis in Societate adusque mortem. (Cf. Constitutiones, 1923, art. 153.)

A) Lenta evolutio Congregationis nostrae versus adoptionem ultimae probationis.

Cf. RR.P. Deschâtelets, Circul. 206 diei 14 maii 1956; "La Retraite de Mazenod de Rome", Coll. Archives d'Histoire oblate, Ottawa, 1956.

V. Fundator, epist. 28 aug. 1851 ad P. Tempier, referens de cursu pastorali cui praeerat P. Vincens in domo Calvaire, Marseille, anno 1851, addidit: "Je vois à ce qui s'exécute ici sous la direction du P. Vincens un plus grand avantage encore, qui est de former de bons religieux. Ce que nous faisons équivaut à ce qui s'appelle 'TROISIEME AN' chez les Jésuites..." (Cit. supra, Appendix I, A, 3.)

In pluribus Capitulis generalibus emittitur votum, ut instituat apud nos quasi "secundus novitiatus", pro iunioribus sacerdotibus post aliquos annos ministerii. Ita iam in Capitulo generali 1837 suggerunt propositionem, ut fiat secessus sex mensium in domo novitiatus elapso decennio ab oblatione emissa. (Cf. "La Retraite de Mazenod de Rome", p. 1.)

Capitulo generali 1887 subiicitur propositio, ut concedatur "quies" sex mensium post decem annos ministerii, et hoc praecipue in favorem Patrum ministerio paroeciarum et externarum Missionum addictorum. (Cf. Circul. 206, p. 2; "La Retraite de Mazenod de Rome", p. 4.)

Votum multo praecisius proponitur Capitulo generali 1893: "Le Chapitre est prié d'émettre le voeu d'une troisième année de noviciat obligatoire après quelques années de ministère, accomplie dans les dix premières années d'oblation, réductible à six mois selon le jugement du conseil provincial pour chaque sujet de son ressort... La valeur des sujets sera promue, et la Congrégation prospérera au lieu de souffrir de cette suspense de travaux ordinaires." (Cf. Circul. 206, p. 2; "La Retraite de Mazenod de Rome", p. 5.) Similiter in Capitulis generalibus 1938 et 1947. Cf. Circul. 181 diei 1 nov. 1947, p. 19 (Circul. adm. V, p. 146.)

Quamvis Capitula generalia istas propositiones aliasque similes non acceptaverint, attamen idea "secundi novitiatus" paulatim maturescit. Apparet v.g. in voto sequenti adoptato ab eodem Capitulo gen. 1938: "Que les Pères et Frères des Missions, afin de jouir, eux aussi, des avantages de la vie de communauté, soient, s'ils le désirent et si les circonstances le permettent, autorisés par les Provinciaux et Vicaires des Missions à séjourner quelque temps dans les communautés régulières, à l'occasion des vacances qui leur sont parfois accordées après un certain nombre d'années de travaux apostoliques." (Circul. 164 diei 19 mart. 1939, p. 27; Circul. adm. IV, p. 345.)

Tandem aliquando Capitulum gen. 1953 approbat institutum "secundi novitiatus" atque viam aperit introductioni eiusdem in Congregatione nostra. Circul. 203 diei 8 dec. 1953, pp. 17-19 (Circul. adm. VI, 123-125) rem refert sub titulo "Temps de rénovation ou second noviciat"; "Au moins trente propositions ont été adressées au Chapitre général à ce sujet, toutes favorables au projet. Quelques-unes furent faites au nom d'un grand nombre de Pères. Si elles diffèrent parfois dans la manière de concevoir ce temps de rénovation, elles expriment toutes les avantages qu'il y aurait de donner à nos Pères l'occasion de réfléchir pendant un certain temps, après quelques années de vie active, sur leur vie spirituelle et apostolique. - Le Chapitre ayant longuement délibéré;

1. admet le principe de ce temps de rénovation, sans rien décider sur le nom à employer pour désigner ce temps;

2. donne mandat au T.R.P. Général et à son Administration d'en étudier les différentes modalités, et de pourvoir progressivement à son organisation au fur et à mesure des possibilités;

3. croit bon de faire les suggestions suivantes sur l'orientation à donner à ce second noviciat: ..."

B) Prima organizatio et prima tentamina secundi novitiatus.

RR.P. Deschâtelets, Litterae 17febr. 1954 ad Provinciales. Cf. "La Retraite de Mazenod de Rome", Ottawa, 1956, p. 15. Directio generalis Studiorum, epist. 30 iunii 1954 ad Provinciales; vide in "Missions", 1954, pp. 143-151.

Prima experientia: oct. 1954 - april. 1955 in domo "Studii generalis", Romae, Via Vittorino da Feltre, 5. Cf. Circul. 206, p. 8; "La Retraite de Mazenod de Rome".

Ulteriores experientiae; vide ibidem, RR.P. Deschâtelets, epist. 1 sept. 1956; Cf. "Missions", 1956, pp. 144 sq.

Schema primae legislationis sub titulo "De ultima institutionis perfectione" habetur in sic dicto "Textus revisus" Constitutionum et Regularum proposito Capitulo generali 1959, art. 741-751.

Tempus renovationis pro Fratribus coadiutoribus; vide in Circul. 206, p.9.

C) S.Sedes commendat et approbat institutum ultimae probationis.

Pius XII, Allocutio "Quamvis inquieti" 17 sept. 1946 ad 29. Congregationem generalem S.J. Cf. Acta Ap.S., 1946, p. 383; Documentation Cath., 1946, col. 1316; Enchiridion Statuum perfectionis, n. 385, p. 574.

Pius XII, Alloc. ad membra Curiae generalis S.J. et ad Instructores tertiae probationis. Cf. Documentation Cath. 1956, col. 457.

S.C. de Religiosis, Litterae 2 maii 1956 ad RR.P. Deschâtelets. Cf. Circul. 206, pp. 10-14.

"Statuta generalia" adnexa Constitutioni apost. "Sedes Sapientiae" 31 maii 1956, art. 9, § 2; art. 12, 3\*; art. 14, § 4; art. 51-53.

D) Finis et sensus ultimae probationis.

Indicantur in "Statuta generalia", art. 52, § 1: "Ultima haec probatio atque institutio praecipue posita est:

l\* in sincera omnique ex parte absoluta et ponderata perscrutatione qua, propriae experientiae lumine atque prudentis Magistri pietatis moderatione, status animi et formationis personalis recognoscatur;

2\* in probatione et renovatione imprimis educationis moralis, religiosae et sacerdotalis quae efficiuntur diligentiore observantia religiosa, fidei virtutum religiosarum et sacerdotalium praxi, magis diuturnis spiritualibus exercitiis, opportunitis instructionibus et collationibus;

3\* in renovatione et confirmatione spiritus apostolici atque efficacis et expeditae ministeriorum adimpletionis, ad quas plurimam valent lectiones, doctrinae olim traditae repetitiones, et practicae exercitationes;

4\* in penitione cognitione proprii Instituti, ad eos quibus id umbuitur spiritus plene hauriendos."

S. Ignatius scopum ultimae probationis exponit in "Constitutiones S.J.", P.V, cap. I, n.3; cap. 2, n. 1. Et recapitulatur in "Epitome Instituti S.J.", ed. 1949, n. 426.

Pro nobis vide in Circul. 206, pp. 14-18.

Exinde apparet momentum huius ultimae probationis. In Societate Jesu computatur inter "substantialia secundi ordinis". Cf. Epitome Instituti S.J., ed. 4a (1949), n. 22.



§ V

DE FRATRIBUS COADIUTORIBUS

Notae praeviae.

1\* Locus paragraphi in Constitutionibus.

V. Fundator primo componens Regulas Instituti (ms. I, 1818), annuntiat quidem in praeambulo paragraphum peculiarem de fratribus conversis, apponendum in parte 3a, cap. 2, post paragr. de oblatione. De facto nihil ibi habetur nisi duae paginae liberae, ut ibi inseratur tempore opportuno legislatio de fratribus. Revera, res non urgebat anno 1818, cum Societas tunc temporis nullum fratrem laicum inter suos computaret. Cf. "Premier manuscrit français", éd. "Missions", 1951, p. 12, note; p. 93, note; Cosentino, Histoire de nos Règles, I, p. 127.

Praeterea, in eodem ms. I fit pluries mentio fratrum conversorum, utique per transennam, prout P. de Mazenod legerat in Constitutionibus-Regulis Redemptoristarum cum adnexis Statutis capitularibus anni 1802. Cf. P. Larose in "Etudes Oblates", 1953, pp. 74 sq.

De Fratribus in paragrapho proprio primo tractatur in ms. "Honorat", et quidem in loco praevisto, scil. in parte 3a, cap. 2, post paragr. de oblatione, sub titulo: "§ IV. Des frères convers." Censent probabile hunc paragraphum fuisse appositum post primam redactionem Manuscripti. Certum est saltem plures articulos fuisse additos posterius. Cf. editionem huius ms. in "Etudes Oblates", 1943, praesertim notam 189.

Praefatus paragr. iam complectitur 29 articulos: tota substantia nostrae legislationis de fratribus. Nota in particulari articulum introductorium, qui in ed. 5a (1928) transfertur in cap. I, tamquam art. 9.

In la versione latina (ms. V: 1825), idem paragraphus apponitur eodem loco sub titulo "§ IV. De Fratribus Famulantibus". Item in ed. 1a (1827).

In ed. 2a (1853), cum pristinum caput I "De Societatis gubernio" scindatur in duo capita (De generali Congr. gubernio - De speciali Congr. regimine), tota materia pristini capitis 2 transfertur in cap. 3, ordine servato.

In ed. 4a (1910), in capite 3 venit quarto loco novus paragr. "De Scholasteriis", quem sequitur immediate "§ V. De Fratribus famulantibus".

2\* Titulus et terminologia adhibita.

In Constitutionibus-Regulis Redemptoristarum, ed. 2a (1791), quas P. de Mazenod prae manibus habuit anno 1818, quando est sermo de Fratribus, utique per transennam, adhibetur semper terminus "Fratelli serventi". Ita in P. 2a, cap. 1, § 1, n. 9; P. 3a, cap. I, § 5, n. 5; cap. 2, n. 3. E contra, in Statutis capitularibus (1802) adnexis illi editioni, semper adhibetur terminus "Fratello laico" aut "Fratelli laici", v. in cap. 2, nn. 8 et 9; cap. 3, nn. 1 et 7; cap. 4, nn. 15 et 16.

P. de Mazenod, mentionem faciens fratrum in ms.I, bis adhibet terminum "frères convers", semel "frère laïque", et semel reddit ad litteram illud "Fratelli serventi" Constitutionum Redemptoristarum per terminum "frères servants".

In ms."Honorat" adhibetur semel vocabulum "frère lai", scil. in p. 2a, chap. 2, § 3 "Suffrages", art. 2, secus invariabiliter terminus "frères convers". Et ita quoque in caeteris manuscriptis gallicis. In particulari, titulus paragr. IV semper idem est: "Des frères convers".

In prima versione latina (ms.V, 1825) iste titulus vertitur, vel potius ei sufficitur terminus "De Fratribus famulantibus". In ipso textu hic aliisque locis Constitutionum occurrunt verba "fratres laici" et "fratres famulantes" alternatim, et semel, si non fallor, "fratres conversi". Item fere in ed.1a (1827); terminus "fratres conversi" penitus omittitur. Similiter in ed.2a (1828) (1853), in ed.3a (1894) et in ed.4a (1910).

In ed.5a (1928) apparet tendentia adhibendi uniformiter terminum "fratres famulantes"; bis tantum utuntur vocabulo "fratres laici", salvo errore. Est mirum eo vel magis quod in Codice Iuris can. adhibetur semper, si non fallor, terminus "fratres conversi", et nunquam "fratres famulantes".

In versione gallica 1930 designantur exclusive sub nomine "frères convers". In versionibus linguae germanicae et anglicae praeferunt terminum "fratres laici"; Laienbrüder - Lay Brothers.

Hodie sat communiter favent termino "Fratres coadiutores". Cf. Circul. 203 diei 8 dec. 1953, p. 19 (Circul. adm. VI, p. 125).

Est nomen in usu maxime in Societate Jesu, et quidem fere ab initio, in ea fratres vocantur "Coadiutores temporales" vel vulgariter "Fratres coadiutores" - "Fratelli coadiutori". Et distinguunt "Coadiutores temporales non formati" sive "Coadiutores temporales approbati", illi scil. qui prima emiserunt vota (simplicia quidem, sed iam perpetua ex parte voventis), et "Coadiutores temporales formati", illi scil. qui emiserunt ultima vota (post annos vitae religiosae decem et aetatis triginta expletos).

Terminus "Fratres coadiutores" convenienter exprimit rationem propriam fratrum conversorum in Instituto clericali apostolico. Sane illi sunt veri et praecipui coadiutores sive cooperatores fratrum suorum sacerdotum, non solum servitium seu famulatum praestantes in rebus materialibus, ut sacerdotes liberius vocare possint ministerio sacerdotali - apostolico, sed etiam ipsi operi apostolico directe cooperantes tum concursu supernaturali (oratione, sacrificio, etc), tum quibusdam activitatibus apostolicis secundum rerum et personarum adiuncta.

Cf. Constitutiones-Regulae O.M.I., ed.1928, art. 9; Acta Cap. 1959, art. 140; Circul. 181 diei 1-11-1947, pp. 26 sq (Circul. adm. V, 153 sq); Circul. 194 diei 12 sept. 1951, pp. 2 sqq (Circul. adm. V, 400 sqq). S. Ignatius, Examen generale, cap. VI, n. 3; Constitutiones S.J., passim, Regulae S.J.; Regulae coadiutorum temporalium, rev. 1957, n. 2. Suarez, Opera omnia, De statu religioso, tr. X, lib. VII, cap. III; De coadiutoribus temporalibus in Societate Jesu, n. 1.

S. Paulus laicos ipsum in apostolatu adiuvantes, ut Frisca et Aquila, libenter vocat "adiutores meos in Christo Jesu" (graece; synergous). Cf. Rom. XVI, 3, 9, 21. Et ipse cum illis aliisque operariis apostolicis "Dei sumus adiutores" (synergoi); I Cor. III, 9.

### 3\* De auctore paragraphi de Fratribus coadiutoribus.

Certum est hunc paragraphum fuisse Constitutionibus insertum auctoritate V. Fundatoris. Sed ex hoc non sequitur illum fuisse compositum ab ipso Fundatore. Postquam P. de Mazenod personaliter composuit ac propria manu conscripsit anno 1818 primum textum Constitutionum et Regularum, volenter alios Patres adhibuit ad eum aptius ordinandum, perficiendum et complendum, ita v.g. PP. Tempier, Honorat, Courtès. Cf. Cosentino, Histoire de nos Règes, II, 34 sq.

Hoc facilius praesumi potest pro praesenti paragrapho, cum, paucis articulis exceptis, non sit nisi adaptatio Regularum communium ad Fratres coadiutores. Cf. Larose, in "Etudes Oblates", 1955, oct.-déc., pp. 279-282.

Censent plures redactionem corporis horum articulorum deberi probabiliter Patri Tempier. Ita P. Larose, in Etudes Oblates, 1953, avril-juin, pp. 79 sq; 1955, oct.-déc. p. 283. P. Tempier vix partem habuit in ministerio externo missionum. V. Fundator ei iam pluries onus commisit redigendi statuta et regulas, ut patet ex eius epistola diei 15 dec. 1816 ad illum: "Occupez-vous de vos statuts... Relisez s. Philippe Néri." (Rey, I, 203) P. Tempier erat tunc temporis, scil. annis 1819 et sqq. Magister novitiorum in domo N.-D. du Laus; primus candidatus fratrum conversorum illuc advenit die 20 iulii 1820 atque novitiatum ibidem incepit die 30 maii 1822; Claudius-Ignatius VOITOT, de quo infra.

Quidquid sit, P. de Mazenod certo magnam partem habuit in compositione huius paragraphi; eius locum in Constitutionibus praevidit iam anno 1818 in ms. I, eum postulavit eiusque lineas fundamentales inspiravit, eum finaliter approbavit et suum fecit atque in suis Constitutionibus inseruit. Imo valde probabiliter ipse personaliter quosdam articulos composuit, ut forsitan art. 11, 12 et 13 (ed. 1928, art. 772-774), qui interponuntur quasi quid extraneum inter articulos 10 et 14. Cf. Larose, Etudes Oblates, 1955, p. 284.

### 4\* Fontes paragraphi.

Textus qui directe et ad litteram dependent ab aliis auctoribus vix dantur in hoc paragrapho. Constitutiones-Regulae S. Alphonsi, quibus P. de Mazenod tam ample usus est in ceteris partibus sui codicis, hic nullius utilitatis erant, cum desit paragraphus peculiaris de praesenti materia.

V. Fundator noster optime cognovit institutum fratrum conversorum in Ordinibus religiosis. Per tres annos in communitate domestica vixit cum fratre MAURO, converso ex Ordine Camaldulensi, iniuria temporum e suo monasterio expulso. Eugenius de Mazenod charitate christiana eum domi recepit eiusque servitiis usus est 1812-1815. Cf. Larose in "Etudes Oblates", 1953, avril-juin, pp. 66-69; 1955, juillet-sept., pp. 214, 238 sq.

P. de Mazenod pariter cognovit conditionem fratrum coadiutorum in Institutis clericalibus recentibus, et quidem praecipue Jesuitarum (cf. Larose, l.c., 1955, pp. 224 sqq), Redemptoristarum (Larose, ibidem, pp. 217 sqq),

Oratorii S. Philippi Neri (Larose, ibidem, pp. 231 sq), Lazaristarum (Larose, ibidem, pp. 232 sqq).

Habuit quoque prae oculis vitam et modum agendi Fratrum Scholarum Christianarum; explicite sese ad eos refert, ut infra dicitur. Cf. Larose, l.c., pp. 240 sqq.

Illis fontibus debentur lineae essentialis nostrae legislationis de Fratribus coadiutoribus; isti sunt vere membra et filii uniuscuiusdemque familiae religiosae; in qua tenent partes laicorum coadiutorum sacerdotii cui subordinantur; eisque praeest praefectus spiritualis in spiritualibus et oeconomus pro temporalibus sub uno eodemque Superiore locali. Cf. Larose in Etudes Oblates, 1955, pp. 214, 215 sq, 230.

5\* Constitutiones-Regulae nostrae in lingua vulgari pro Fratribus.

Cf. Léo Deschâtelets, in Etudes Oblates, II, oct. 1943, pp. 182 sqq; Larose, in Etudes Oblates, 1953, avril-juin, pp. 115 sqq.

Primitus solummodo excerptum quoddam lingua vulgari compositum ad usum fratrum coadiutorum, et quidem primo in lingua gallica: "Règles et Constitutions des Frères convers de la Congrégation de la T.S. et Im. Vierge Marie, imprimées par ordre du Révérendissime Supérieur général." Marseille, Olive, 1859, in-24, XIII - 124 pp.

Editio altera: Paris, Hennuyer, 1877.

Editio completa in lingua gallica: Constitutions et Règles de la Congrégation des Missionnaires Oblats... Rome, Maison générale, 1912, XIII-176 pp.

Editio altera: Rome, Maison générale, 1930. 207 pp.

Editio anglica abbreviata: Rules and Constitutions for the use of the Lay Brothers of the Congregation....

Est transductio editionis abbreviatae gallicae 1859 et 1877, cum appendice pro exteris Missionibus.

Editiones anglicae integrae: Constitutions and Rules of the Congregation of the Missionary Oblates of ... London, Washborne, 1912. XXVI - 214 pp.

Editio altera: 1930.

Editio abbreviata in lingua germanica: Nicolas Ravaux, Regeln und Einrichtungen zum Gebrauche der Laienbrüder der Kongregation der Oblaten der unbefleckten Jungfrau Maria. In-12, 112 pp. Liège, H. Dessain. Circa annum 1889.

Editio integra in lingua germanica: Konstitutionen und Regeln der Kongregation der Missionare Oblaten... Mainz. 218 pp. Post annum 1910.

Editio altera: Satzungen und Regeln der Kongregation... Hünfeld, Provinzialat der Oblaten, 1931. 224 pp.

6\* Origo et historia fratrum conversorum generatim.

Cf. J. Bonduelle, O.P., art. "Convers" in *Dictionnaire de Droit can.*, Paris, Letouzey, IV, col. 562-588. A.-M. Henry, O.P., *Les Convers autrefois; et aujourd'hui*; in *Supplément de la Vie Spirituelle*, 15 nov. 1949, pp. 279-302. Ibidem, pp. 303-331; quaedam monographiae de conversis diversorum Institutorum. Dom de Cleck, O.S.B., in *Revue des Communautés religieuses*, 1946, oct.-déc., pp. 149-155. *Dictionnaire de Spiritualité*, (Paris, Beauchesne), art. "Frères Lais" (expectatur).

7\* Origo et historia primaeva Fratrum coadiutorum apud nos.

Cf. *Archivum Domus generalis*; primus Codex actuum authenticorum ingressus in novitiatum. Actus priorum annorum legi possunt in "*Missions O.M.I.*", mars 1952. Jean-Marie Larose, *Etude sur l'origine des frères convers chez les Oblats (1815-1861)*; in "*Etudes Oblates*", XII, avril-juin 1953, pp. 65-126. *Notitiae necrologicae*.

Primus inter novitios conversos fuit Claudius-Ignatius VOITOT, nat. 17-7-1790 in Vaucluse, dep. Doubs, Gallia. Habitavit in domo N.-D. du Laus abhinc 20-7-1820 et novitiatum incepit die 30 maii 1822. Ad oblationem non pervenit. Cf. "*Missions*", l.c., p. 24; Larose, l.c., pp. 77sq; 84-86.

Secundus novitius conversus, Ludovicus MARCELLIN, novitiatum incepit in domo Aix die 19 martii 1823. Vota non emisit. Cf. "*Missions*", l.c., p. 27; Larose, l.c., p. 86.

Tertio loco venit Franciscus NOILLIER; novitiatum ingressus est 1 nov. 1825. Nec ipse ad oblationem pervenit. Cf. "*Missions*", l.c., p. 33; Larose, l.c., p. 86.

Primus frater conversus perpetuo oblatus est Fr. Joannes-Bernardus FERRAND, qui oblationem perpetuam emisit 4 junii 1834. Patri de Mazenod graviter decumbenti in domo Aix, 1829, adstitit eumque quasi e morte erupuit. Cf. Rey, I, p. 471; Larose, l.c., p. 90.

Fr. Ferrand mortuus est 21-11-1870; eius crux oblationis servatur Romae in Domo generali.

In exteris Missionibus Fratres coadiutores associantur Patribus statim ab initio. Primus coetus Oblatorum in regione Canadensi (1841) componitur quatuor Patribus et duobus Fratribus coadiutoribus, Basilio FASTRAY et Ludovico ROUX. Cf. Larose, l.c., pp. 100-108. Duchaussois, O.M.I., *Apôtres inconnus*. Philippot, O.M.I., *Une page d'histoire des missions arctiques: le Frère Alexis REYNARD, O.M.I. (1828-1875), premier "Apôtre Inconnu" du Grand Nord Canadien*. Lablachère, *Notre-Dame de Bon-Secours*, 1931, 190 pp.

Fratres coadiutores applicati institutioni puerorum, sive in scholis sive in operibus vulgo dictis "*Reformatory*" (in Irlandia: Glencree, in insula Ceylon: Maggona). Cf. Larose, l.c., 1953, pp. 108-115; 1955, pp. 291 sq.

Nota in particulari additionem factam tempore Fundatoris in Constitutionibus, ed. 2a (1853), in articulo praeambulo praesentis paragraphi (ed. 1928, art. 9): "...operam dando officiis quae in religiosis Institutis ad religiosos famulantes spectant, et etiam puerorum pauperum institutioni, quando

opportunum fuerit." Servatur usque ad ed.4am (1910) incl. atque in ed.5a (1928) locum cedit formulae latiori.

Plura Capitula generalia de hac re deliberaverunt, v.g. 1856 et 1861 (cf. Larose, in *Etudes Oblates*, 1953, p. 114); Capitulum gen. 1887, votum VIII (Cosentino, *Nos Chapitres généraux*, p. 124); Capitulum gen. 1893, Votum III; cf. *Circul. 57 diei 26-3-1894*, p. 27 (*Circul. adm. II*, p. 177); Cosentino, l.c., p. 132.

#### 8\* Crisis vocationum Fratrum coadiutorum.

Non est universalis, nec desperanda, si fit comparatio cum numero "medio" vocationum temporis anteacti, et si attenditur ad voluntatem et conatus serios illam crisis superandi. Cf. J. Bonduelle, O.P., *La crise actuelle des convers; ses causes et ses remèdes; in Supplément Vie Spirituelle*, n. 11 (15 nov. 1949), pp. 243-278; n. 12 (15 février 1950), pp. 5-26.

#### Commentarium.

##### Articulus introductorius antiquus.

Est articulus primus redactionis originariae huius paragraphi, servatus in suo loco primitivo usque ad editionem 4am (1910) incl. In ed.5a (1928) translatus in caput I Constitutionum, art. 9.

##### Textus originarius.

Prout legitur in ms. "Honorat", ed. "Etudes Oblates", 1943, p. [64]: "Art. 1. La Société consent à recevoir dans son sein des hommes de bonne volonté qui dépourvus des connaissances nécessaires pour être Missionnaires et renonçant à les acquérir veulent pourtant travailler efficacement à leur salut sous la direction des Stes Règles de l'Institut en s'y employant aux offices réservés dans les ordres religieux à ce qu'on appelle les convers."

Traducitur fere ad litteram in linguam latinam in ms.V (1825) et in ed.1a (1827): "Art. I. Societas approbat sibi in filios adscribi viros bonae voluntatis, qui scientia Missionariis necessaria destituti, et hanc abnuentes, attamen animae suae salutem velint incumbere sub moderamine Instituti nostri regularum, operam dando officiis quae in religiosis Institutis ad religiosos famulantes spectant." Evolutionem historicam huius textus vide in Commentario privato, I, p. 36.

#### Commentarium.

Cf. Commentarium priv., I, pp. 36 sq.

Liceat addere sequentia, ut clarius appareat mens V.Fundatoris.

Congregatio nostra, quae ad finem apostolicum-sacerdotalem instituta est et praecipue sacerdotibus constituitur, atque sacerdotibus regitur, quaerit cooperationem laicorum, et quidem cooperationem intimam et permanentem illos sibi aggregando ut vera et proprie dicta membra unius eiusdemque familiae religiosae, qui simul cum fratribus suis sacerdotibus eosdem fines Congregationis prosequuntur maioris efficacitatis causa. Illorum admissio non est proinde intelligenda ut quaedam indulgentia sive misericordia, qua Congregatio condescendit admittere in sinum suum viros alia vocatione carentes vel alibi inutiles. Agitur de vocatione positiva et propria atque de aptitudine positiva ad fines proprios.

P. de Mazenod bene perspexit maximam utilitatem, imo moralem necessitatem talium coadiutorum laicorum, de eis admittendis cito cogitavit atque suos vehementer impellit, ut huiusmodi vocationes quaerere, promoverent ac solide formarent. Ita in epist. ad P. Eugenium Guigues, Superiorem N.-D. de l'Osier, 3 maii 1835: "... J'ai envoyé le fr. Ferrand en Corse; il ne nous reste plus que le frère Roux. C'est une espèce rare, mais nécessaire, et quand on en trouve, il est important de les bien former." Die 27 maii ad eundem: "Je n'ai pu encore envoyer à Ajaccio que Guibert, Telmon et le fr. Ferrand, sans lequel Guibert me dit qu'il n'aurait pu ouvrir son Séminaire, tant il leur est utile. Qu'on ne fasse pas cas des bons frères après cela! Aussi je vais admettre à sa dernière oblation le fr. Roux. Fournissez donc quelque chose, vous autres!" Item ad eundem die 9 maii 1835: "Votre opinion au sujet des frères ne peut être admise dans une Congrégation. Il faut sans doute les éprouver, les bien choisir; mais on ne doit pas s'en passer. C'est au contraire un abus que de faire faire le service par des séculiers, plus encore par des femmes. - Ce ne peut être toléré que transitoirement, et la dispense à cet égard n'a déjà que trop duré." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 153).

P. de Mazenod in hoc secutus est viros celebres, qui et ipsi instituerunt societates sacerdotales-apostolicas, ut S. Philippum Néri, S. Vincentium a Paulo, S. Alphonsum ac praesertim S. Ignatium. Quid iste cogitavit de necessitate et nobilitate cooperationis fratrum coadiutorum, luculenter apparet in Constitutionibus S.J., ut in P.III, cap. II, n. 7: "In iis quae pertinent ad rerum temporalium conservationem, praeter curam illam quam omnibus caritas et ratio imponit, aequum erit alicui peculiariter demandari hoc munus, ut tamquam bona Domini nostri Iesu Christi propria ea curet. Ad alias etiam functiones necessarias, et eas praecipue quae honestius domi quam foris fiunt, curandum est ut Officialium necessarius numerus constituatur. Et expedit ut huiusmodi officia Coadiutores temporales, si ea ignorent, addiscant, omnia ad maiorem gloriam Dei Creatoris et Domini nostri semper dirigendo."

In Epitome Instituti Societatis Jesu, ed. 4 (1949), numerus 170 sic terminatur: "Promovendis autem Fratrum vocationibus pro viribus allaborent."

De necessitate gradus Fratrum coadiutorum in Instituto sacerdotali-apostolico, potes legere Suarez, Opera omnia, De statu religioso, tr. X, lib. VII, cap. III; De Coadiutoribus temporalibus in S.J., n. 2.

Ut omnes recte iudicent de loco Fratrum in Societate nostra, praesente habendum est eos vocari ad eosdem fines Congregationis ac sacerdotes. Et quidem imprimis ad finem generalem et communem, scil. tendere ad perfectionem christianam per praxim consiliorum evangelicorum "sub moderamine Instituti nostri Regularum", quod P. de Mazenod exprimit suo modo, post S. Alphonsum: "virtutes et exempla Salvatoris nostri Iesu Christi assidua imitatione prosequendo" (art. 1). Mirum est quantum iuvant suam Congregationem Fratres coadiutores propria sua sanctificatione! Cf. Suarez, o.c., n. 9. Patet luculenter ex historia status religiosi: S. Alphonsus Rodriguez, S.J., S. Gerardus Majella, C.Ss.R., S. Martinus Porres, O.P., canonizatus 6 maii 1962, et tot alii. Nec desunt nostri Fratres qui seipsos sanctificando iuvabant et iuvant adhuc fratres suos sacerdotes et totam Congregationem: Servus Dei Ant. Kowalczyk, + 10 iulii 1947 Edmonton; Joseph Kearney, + 1 oct. 1918 Good Hope; Fr. Delange qui tot annis sacrista fuit Dominae nostrae de l'Osier, cum communitate sua e domo eiectus (1903), in exilio mortuus 13 martii 1904 (cf. "Missions", sept. 1927, pp. 468-535); Frater Raymundus Bourgarit, + 11 januarii

1927 Liège, etc. Eorum sanctitate, soli Deo nota, Congregatio floruit et fructificavit in Ecclesia Christi excellenter adimplendo finem sibi propositum, utique finem generalem et supremum.

Fratres coadiutores vocantur quoque ad fines proprios Congregationis, qui sunt ordinis sacerdotalis-apostolici, ut eos efficaciter promoveant modo sibi proprio. Alius sic, alius sic: Congregatio adimplet ministerium sibi ab Ecclesia impositum per servitia varia, hierarchice ordinata. Cf. i Cor. XII, 28 sq; Ephes. IV, 11 sq.

Istis finibus propriis Fratres cooperantur imprimis indirecte, exercendo scil. varia officia temporalia, sine quibus Congregatio nequit libere et expedite vacare ministeriis spiritualibus. Sed etiam directe, partes habendo in ipsis operibus missionalibus catechizando, instruendo, ad cultum divinum concurrando etc. et praesertim cooperando spiritualiter quod omnes possunt ac debent. Cf. Constit., ed. 1928, art. 9; Acta Cap. 1959, art. 140.. V. Fundator sat cito, abhinc anno 1841, ampliavit formulam primitivam ("operam dando officiis quae in religiosis Institutis ad religiosos famulantes spectant"), et quidem imprimis practice, applicando scil. fratres conversos instructioni puerorum et operibus similibus in Anglia-Irlandia, in exteris Missionibus (cf. supra notas praevias), et mox textibus legislativis, ut in ipsis Constitutionibus (cf. Commentarium priv. I, art. 9), et in Appendice de Exteris Missionibus, adnexo editioni 1853, § II, alinea 13.

Idem habetur apud S. Ignatium, in "Examen generale" (quod praecedit "Constitutiones S.J."), cap. VI, n.3: Coadiutorum temporalium "magis est proprium (licet possint in rebus maioribus, pro talenti eis a Domino concessi ratione, occupari) ut in ministeriis omnibus inferioribus et humilioribus, quae ipsis iniunguntur, se exerceant; persuasi quod, Societatem iuvando quo melius illa saluti animarum vacare possit, eidem omnium Domino servient; quandoquidem propter divinum Ipsius amorem ac reverentiam id faciunt." Textus fere ad litteram recolligitur in "Epitome Institutii S.J.", ed. 4 (1949), n. 164, § 1.

I) Aggregatio et formatio progressivae Fratrum coadiutorum. Art. 762-771.

A) Dispositiones generales. Art. 762-763.

1) Intentio requisita in candidatis. Art. 762.

Dispositio fundamentalis, cui sedulo attendere habent omnes intervenientes, tum ipse candidatus, tum Congregatio per eos qui eius causam agunt.

#### Textus.

Fere idem ac in initio. Revera, legitur in ms. "Honorat": "Art. 2. Celui qui se présente pour être frère convers dans notre Société doit être dans la ferme résolution 1\* d'y rester jusqu'à la mort; 2\* de se consacrer à Dieu par les vœux d'obéissance, de chasteté, de pauvreté et par celui de stabilité conformément aux Constitutions, lorsqu'il aura suffisamment éprouvé sa vocation."

In ms. II (1821-1825) mentio voti stabilitatis explicitatur conformiter ad formulam oblationis in usu statim ab initio. "Celui qui se présente... de se consacrer à Dieu par les vœux d'obéissance, de chasteté, de pauvreté et par le vœu et serment de stabilité..."



Transit ad litteram in versiones latinas (ms.V, 1825), prout legitur postea in ed.1a (1827): "III. Qui Societatis nostrae famulatum efflagitat, firmum debet inire propositum: 1\* permanendi usque ad mortem; 2\* devovendi se Deo per vota obedientiae, castitatis, et paupertatis, et per votum et iuramentum perseverantiae, iuxta institutiones nostras, quando sufficienter vocationem suam exploraverit." Textus servatur usque ad ed. 4am (1910) incl.

In ed. 5a (1928) immutant formulam introductoriam eamque ponunt in plurali: "762. Qui Societatis nostrae ingressum, ut fratres famulantes efflagitant, firmum debent inire propositum..." Et in fine, formulae anteriori "iuxta institutiones nostras" substituitur ista "iuxta Constitutiones nostras."

### Commentarium.

Ante omnia requiritur, ut candidati perveniant ad "firmum propositum", i.e. veram intentionem sive actum voluntatis personalem ac deliberatum vel liberum, quo quis scienter et volenter seipsum decidit ad aliquid, et quidem actum satis caracterizatum ac firmum. Non sufficit proinde velleitas, nec minus adhuc illa passivitas qua quis se ab extrinseco moveri et compelli sinit absque propria voluntate.

Attamen non obliviscendum quod tale propositum admittit gradus. Certo non requiritur, ut statim ab initio habeatur omnino clarum, rectum ac firmum. Sufficit, ut de eo sufficienter constet in fine probationis, ante professionem: "quando sufficienter vocationem suam exploraverint". Cf. supra commentarium ad art. 688.

Requiritur propositum religiosum sive recta intentio; can. 538. Obiectum essentiale huius propositi duplex assignatur:

1\* permanendi in Congregatione usque ad mortem, i.e. amplectendi statum qui de se importat permanentiam usque ad mortem. Cf. supra ad art. 690. Congregatio non est refugium temporarium... Luc IX, 62: "Nemo mittens manum suam ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei."

2\* devovendi se Deo per vota obedientiae..., vel, ut habet textus originarius, "se consacrer à Dieu par les vœux..." Vota religiosa sunt actus virtutis religiosae, quo christianus se totaliter servitio divino dedicat sive vovet vel consecrat per observationem consiliorum evangelicorum. Per illa consecratio baptismalis renovatur, perficitur atque ad extremas usque consequentias perducitur. Duplex motus contrarius in baptisate, scil. abdicatio sive renuntiatio ex una parte et, ex altera parte, dedicatio vitae nostrae Deo facta, servatur in professione consiliorum evangelicorum et ultra perducitur.

Affirmatur implicite voluntas tendendi ad finem generalem sive communem Congregationis, scil. ad perfectionem evangelicam. Cf. can. 488, 1\*; can. 593. Hunc finem P. de Mazenod exprimit suo modo in art. 1: "virtutes et exempla Salvatoris nostri Jesu Christi assidua imitatione prosequendo", quod valet quoque pro Fratribus coadiutoribus.

Item affirmatur implicite voluntas procurandi suo modo fines proprios Congregationis, qui sunt ordinis apostolici. Revera, Fratres coadiutores se Deo vovent per vota "iuxta Constitutiones nostras".

Tandem articulus noster implicite affirmat candidatos debere esse aptos ad fines Congregationis procurandos per opera convenientia Fratribus coadiutoribus. Revera, nemo potest rationabiliter inire firmum propositum de quo supra, nisi constat de aptitudine ad vitae formam quam sibi proponere intendit.

Huiusmodi aptitudo et recta intentio sunt signa ordinaria vocationis divinae. Cf. can. 538; supra commentarium in art. 682: "Operae pretium est... in filios adscribere solos qui possint, auxiliante gratia Dei, labore et bono exemplo Matrem suam refrigerare." Item recole art. 685 ("vitae Societatis idoneum") cum suo commentario; pariterque art. 697.

Liceat addere sequentia e "Epitome Instituti S.J.", ed. 4a (1949);  
"40, § 1. Qui in Coadiutores temporales admittuntur, his dotibus ornati esse debent: 1\* Quod ad animum attinet: sint bonae conscientiae, quieti, tractabiles, amatores virtutis ac perfectionis, propensi ad devotionem; qui domesticis externisque aedificationi futuri sint; et tales qui sorte Marthae contenti et animo erga Societatem eiusque Institutum bene affecti, eam iuvare ad Dei gloriam exoptent.

2\* Quod ad externa attinet: sint honesta specie, bona valetudine, aetate viribusque ad huius gradus labores sufferendos praediti; et tales qui habere vel certe habituri esse aliquando talentum ad Societatem iuvandam videantur.

§ 2. Admittendi autem non sunt homines difficili admodum ingenio, vel inutiles Societati, etiamsi ipsis inutile non foret in eam recipi.

41. Non excluduntur qui litteris operam dederunt, vel mentis viribus instructi sunt ad maiora aptis. Qui vero ad studia vel sacerdotium affecti sint, ideoque in gradu Coadiutorum temporalium diu conquieturi non videantur, ne admittantur, nisi apti ad progressum in studiis faciendum, quantum opus esset, viderentur."

Haec omnia fere ad litteram colligunt quod ipse S. Ignatius de hac re scripsit in Constitutionibus S.J., P.I., cap. 2, nn. 2-4, et in Examine generali, cap. VI, nn. 1 et 3.

## 2) Principium iuridicum generale de aggregatione Coadiutorum. Art. 763.

Articulus introductus in ed. 5a (1928) ad evitandas repetitiones inutiles. Per eum etiam clarius apparet Fratres coadiutores esse vera membra Congregationis, cum de eorum aggregatione eadem, modo generali, valet legislatio ac pro ceteris candidatis.

## B) De singulis gradibus aggregationis successivae Coadiutorum. Art. 764-770.

### Praeambulum de sic dicto "Praepostulatu" sive "Iuvenatu" Fratrum coadiutorum.

Nec ius commune nec nostrum ius particulare imponunt huiusmodi institutum. Experientiae autem factae in pluribus provinciis comprobant eius utilitatem. Cf. Larose, "Les écoles pour futurs Frères Oblats", in "Etudes Oblates", Ottawa, 1962, avril-juin, pp. 184-188.

Capitulum generale 1959 sancivit experientias factas easque commendat, prout apparet in Acta Cap. 1959, art. 137: "Attentis locorum adiunctis, optandum est ut erigantur domus in quibus iuvenes alumni ad vocationem fratrum coadiutorum apti, humanitate, vita religiosa et apostolica necnon, pro indole, rudimentis saltem technicarum disciplinarum instituantur."

1) De postulatu canonico. Art. 764-767.a) Principium generale de postulatu Fratrum coadiutorum. Art. 764.

Dispositio introducta est in ed. 5a (1928), conformiter ad can. 539 Codicis Iuris can., promulgati die 27 maii 1917, cum vi obligandi abhinc die 19 maii 1918. Ipse primo legem universalem tulit de postulatu canonico pro fratribus conversis in religionibus a votis perpetuis.

Ante Codicem vigebat apud nos prima aliqua probatio pro Fratribus conversis, sicut pro ceteris candidatis, per quindecim dies, qui simul erant exercitia spiritualia praeparatoria ad susceptionem habitus. De ista probatione, quam communiter vocabant "postulatum", iam in ms. "Honorat", in paragr. "Des Frères convers", 5 articuli (art. 4-8), qui transeunt in versiones latinas et editiones authenticas et servantur ad litteram, paucis exceptis, usque ad ed. 4am (1910) incl. Potes eas legere in ed. 4a, art. 800-804.

De natura huius postulatus. Est prima aliqua experientia nostrae vitae religiosae in domo Congregationis ante novitiatum facta sub auctoritate competente, i. e. Provincialis per novitiorum Magistrum aut per alium probatum sacerdotem, et secundum praescripta iuris communis (can. 539-541) et nostri iuris particularis (art. 685; 687-695; 764-767). Non sufficit proinde qualiscumque praesentia in aliqua Congregationis domo.

Ad huiusmodi postulatum incipiendum nullus peculiaris actus apud nos requiritur. Sufficit ut Magister novitiorum vel sacerdos a Provinciali commissus et candidatus conveniant de die inceptiois.

Quod attinet ad necessitatem nostri postulatus, favet notare quod iste nec e iure communi nec e nostro iure particulari requiritur ad validitatem novitiatus nec subsequentis professionis. Cf. can. 11; 539, § 1; 542; 555; 572, et auctores probatos: Vermeersch, Epitome, I, ed. 7a, n. 665; Schaefer, De Religiosis, ed. 4a, n. 769; etc.

Certo tamen requiritur ad liceitatem, et quidem sub gravi, cum agatur de lege ecclesiastica praeceptiva in materia gravi. Prima probatio, tam necessaria ad bonum tum candidati tum Instituti, convenienter et efficaciter fieri nequit, nisi personali experientia in Congregationis domo et per tempus sufficienter protracta atque sub auctoritate competente.

Circa durationem postulatus canonici, expresse definitur requiri sex saltem integros menses. Sunt supputandi ad normam can. 34, § 3, 1\*, 2\* et 4\*. Cum postulatus requiratur solum ad liceitatem novitiatus et professionis, iusta causa haberi potest excusans ab integritate sex mensium, ita ut Superiori liceat illum paucis diebus abbreviare. Cf. Schaefer, o. c., n. 774. Pariter brevis interruptio (non ultra 15 dies) non est supplenda: ex analogia cum can. 556, § 2.

Ceterum non requiritur duratio temporaliter continua, prout praescribitur pro novitiatu (can. 555, § 1, 2\*), ita ut absentia etiam ultra 30 dies (ex rationabili causa, quoad liceitatem), non noceat. Attamen, ex natura rei et fine postulatus requiritur moralis continuitas, ita ut vere adhuc aestimari possit una probatio. Cf. Vermeersch, o. c., n. 666; Schaefer, o. c., n. 774.

Prorogatio postulatus competit Provinciali agenti per se solum, absque recursum ad suum Consilium. Cf. can. 539, § 2; et nostrum art. 764.

b) De modo quo postulatus peragendus. Art. 765.

Dispositio sub hac forma introducta est in ed.5a (1928); refert fere ad litteram canonem 540, § 1.

Praescribit imprimis et explicitè locum in quo postulatus peragendus est, scil. in domo novitiatus vel in alia Societatis domo, in qua disciplina secundum Constitutiones accurate servatur, prout habet can. 540. Olim, cum postulatus 15 dierum fuisset essentialiter tempus exercitiorum spiritualium quibus candidatus sese praepararet ad ingressum in novitiatum, necessario in ipsa novitiatus domo absolvebatur. Patet ex toto contextu ms. "Honorat"; "Art. 3. Le noviciat des frères convers durera un an. - Art. 4. Les quinze premiers jours qu'ils passeront dans la maison seront principalement employés aux exercices spirituels... - Art. 5. Ils logeront pendant ces quinze jours à l'hospice et ils ne seront point encore réputés novices." Transit in editiones latinas usque ad ed.4am (1910), art. 799-801.

In nostro art. 765 latet implicite organizatio postulatus, modus vivendi et agendi. Si postulans debet conversari per sex menses in novitiatu vel in alia domo Congregationis "in qua disciplina secundum Constitutiones accurate servetur", manifeste fit ea intentione ut cognoscat nostram vitam religiosam propria experientia et in illa iam habeat partem suo modo, et sic eius vocatio probetur.

In ms. "Honorat" habentur in praesenti paragrapho duo art. 5 et 6 de his quae durante postulatu fieri debent. Vertuntur latine et leguntur adhuc in ed.4a (1910): "802. Durante secessu isto, frequentissime colloquuntur cum Magistro novitiorum, qui dabit illis Regularum nostrarum summam, et monita necessaria ut recte observent eas. - 803. Novitiorum Magister eorum vocationem attente explorabit, et praecognitis ipsorum dispositionibus, iudicabit utrum novitiorum probationem propriam inchoare debeant, an discedere."

In ed.5a (1928) remittimur ad art. 688-691, qui valent pro omnibus candidatis. Vide commentarium de his articulis.

Occupationes postulantium. "Status nostri officia et difficultates probationarius edocebitur" (art. 691), et etiam, ut patet ex natura rei, officia et difficultates conditionis propriae Fratrum coadiutorum. Hoc fit non solum theoretice, per informationes et instructiones sive privatim sive in communi factas, quod fieri potest, saltem ex parte, simul cum novitiis, sed etiam practice, quatenus iam habeant partem suo modo in exercitiis nostris, praesertim novitiorum. Quare urget necessitas eos instruere et iuvare in his omnibus, tradendo eis formationem convenientem de vita spirituali-religiosa cum suis praesuppositis de vita vere christiana et humana. Habeant quoque partem in laboribus propriis Fratrum coadiutorum, secundum cuiusque conditionem, ad mentem canonis 565, § 3.

Valde importat, ut postulantes non relinquuntur soli sibimetipsis. Cf. art. 689. Si versantur in domo novitiatus, committuntur speciali curae Magistri novitiorum vel huius Socii; si in alia Societate domo, speciali curae "probati religiosi", scil. Sacerdotis (art. 689). Hoc non impedit, quominus illi Sacerdotes utantur auxilio alicuius Fratris coadiutoris, sive professi sive novitii, qui postulantes iuvare valeant, praesertim circa ordinem externum et occupationes "professionales".

Circa habitum, valet lex communis: "Postulantes vestem induant modestam ac diversam a veste novitiorum" (can. 540, § 2). Servant vestes quas de saeculo attulerunt.

Conditio iuridica postulantium. Nondum sunt membra Congregationis, nequidem ad morem novitiorum. Unde non gaudent privilegiis novitiorum, de quibus in can. 567, § 1, et in nostro art. 363 (de suffragiis); nec admitti possunt ad oblationem in articulo mortis. Cf. N.B. ad art. 731. Quoad funera, non reguntur iure religiosorum ac novitiorum (can. 1221), sed potius iure extraneorum sec. can. 1222. Cf. Acta Ap.S. XXI, 573; responsio Commissionis Codicis 20 iulii 1929.

Per ingressum in postulatum status iuridicus postulantium non mutatur; si fuerit laicus, talis remanet, nec fruitur clericorum privilegiis, sicut conceditur professis et novitiis (can. 614). Postulantes recipiuntur in domos nostras per modum hospitum prout habetur iam in ms. "Honorat".

Attamen moraliter pertinent iam aliquo modo ad familiam nostram, nec tractari possunt mere ut extranei. Revera recipiuntur apud nos in hospitium diuturnum vel permanens et magis intimius, ea intentione ut vitam nostram cognoscant propria experientia et in ea iam aliquo modo probentur, ut ista probatione feliciter peracta admittantur ad novitiatum et tandem aliquando ad professionem. Ex ipsa hac conditione resultat quoddam vinculum morale inter utramque partem, ita ut ex una parte Superiores teneantur eorum curam habere, maxime in spiritualibus (cf. art. 765; can. 570), et ex altera parte postulantes teneantur se subicere ordini domus et omnibus exigentiis quae resultant ex ipso fine postulatus.

Propter eandem rationem postulantes habent necessario certum contactum cum communitate, sub ordinatione Superiorum, quamvis non sint iuridice membra communitatis religiosae. Nec ius commune hodiernum nec nostrum ius particulare prohibent cohabitacionem et convivenciam Postulantium cum novitiis. Attamen, ratione canonis 564, § 2, videtur convenienter instituenda separatio inter postulantes conversos et novitios clericos, inquantum adiuncta permittant. Cf. Larraona, in Commentarium pro Religiosis, 1935, p. 308.

c) Transitus de postulatu ad novitiatum. Art. 766-767.

1\* Actus scriptus postulantis intuitu ingressus in novitiatum. Art. 766.

#### Textus.

Est art. 8 manuscripti "Honorat". Vertitur latine in ms. V (1825), cuius textus legitur in ed. 1a (1827): "VIII. Probationem inchoando talem (i. e. novitiatum de quo in art. VII), si sciant litteras, acceptacionem suam, sicut alii Societatis novitii, scribebunt; si litteras nesciant, novitiorum magister hanc scribet pro eis et coram eis, et sibi recitatum formulam firmabunt, apposita Crucis figura, pro chirographo, de qua re in actis mentio fiet." Servatur in hac forma usque ad editionem 4am (1910) incl.

In ed. 5a (1928), propter suppressionem articuli, qui olim immediate praecedebat, formula introductoria erat necessario mutanda ad habendam connexionem grammaticalem cum novo articulo praecedente. In ipso corpore articuli textus aliquantulum modificatur. "766. Exeunte postulatus tempore, aspirantes, si sciant litteras, admissioem suam, sicut alii Societatis novitii, scripto postulabunt; si litteras nesciant, novitiorum Magister hanc scribet pro eis [supprimatur hic illud pristinum "et coram eis"] et sibi recitatum formulam firmabunt..."

Commentarium.

Actus de quo hic non est simplex et nuda petitio admissionis in novitiatum, sed simul etiam declaratio intentionis sese aggregandi Congregationi et suscipiendi obligationes propositas. Patet ex art. 694, ad quem remittimur, et ex formula subscribenda qualis in usu est iam a longo tempore. Cf. "Vade mecum des Miss. Oblats de M.I.", 1958, p. 267.

Ista formula vix discrepat ab illa quam subscripsit primus novitius conversus, Claudius-Ignatius Voitot, die 30 maii 1822, et quam potes legere in "Missions", 1952, p. 24, et in "Etudes Oblates", 1953, p. 85.

Casus, qui providet altera pars articuli, scil. Fratris nescientis litteras, pluries occurrebat prioribus temporibus, v.g. pro Fr. Francisco Noillier, qui novitiatum incepit die 1 nov. 1825. Cf. "Missions", 1952, p. 33; in "Etudes Oblates", 1953, p. 86. Hodie vix accidit, et dispositio apparet potius superflua.

Conformiter ad decretum Capituli gen. 1867, hucusque semper renovatum, aspirantes coadiutores subsignent quoque declarationem valentem in foro civili loci de sua relatione iuridica ad Congregationem, quae non est relatio servi vel operarii sive salariarii ad dominum (employeur), nec proinde secum trahit ius ad salarium sive mercedem. Cf. Acta Cap. 1959, art. 136. Similis dispositio habetur in Constitutionibus Redemptoristarum, ed. 1936/1947, n.1160.

Attamen in huiusmodi actibus conficiendis valde attendendum ad leges civiles locorum, quae hic vel illuc non agnoscunt tales pactiones.

2\* Spiritualis praeparatio et religiosa caeremonia. Art. 767.

Fraescribuntur iam in ms. "Honorat", art. 4: "Les quinze premiers jours qu'ils passeront dans la maison ~~per~~ principalement employés aux exercices spirituels; ils profiteront de ce temps de recueillement pour examiner leur conscience et faire une bonne confession générale au Supérieur ou à tout autre Missionnaire qui sera désigné à cet effet par le Supérieur."

Dispositio transit in editiones latinas, ita tamen ut in ed. 4a (1910) ea quae dicuntur de confessione corrigantur ad normam iuris, scil.: "800. Per quindecim primos dies... spiritualibus exercitiis operam dabunt; hoc tempus recollectionis insument conscientiae suae diligenter excutiendae, et iuxta pruden- dens confessarii iudicium generali anteactae vitae confessioni faciendae."

Conformiter ad novum Codicem, can. 541, praescribuntur pro postulantis conversis octo dies integri. Isti octo dies non sunt necessario continui seu ininterrupti, quamvis sat generaliter sint tales. Dicta in art. 693 et 694 de sacramentis Poenitentiae et Eucharistiae recipiendis valent quoque hic (cf. can. 541).

Fraesertim durantibus istis exercitiis valde importat, ut postulantes non relinquantur soli sibimetipsis.

Caeremonia susceptionis habitus religiosi: art. 767, pars posterior.

Est applicatio articulorum 694 et 695 ad Fratres coadiutores. Vide commentarium in h.l.

2) De novitiatu Fratrum coadiutorum. Art. 768-769.

Ab initio et per omnes editiones non habentur nisi duo articuli, cum omnia quae in longo paragrapho "de sacro novitiorum tirocinio" dicuntur valent quoque de novitiis coadiutoribus, ad normam art. 763.

De duratione novitiatus coadiutorum nihil hic, cum valeat regula generalis articuloꝝ 699 et 700: "Unius anni exit probatio novitiorum nostrorum..." Apud Jesuitas praescribitur biennium sicut pro omnibus aliis novitiis; attamen secundus annus extra novitiatum peragi potest cum facultate Praepositi generalis. Cf. Epitome Institutii S.J., ed. 4 (1949), n. 118; n. 123, § 3; n. 167. In Constitutionibus-Regulis S. Alphonsi, P. III, cap. 2, n. 3; duo anni pro fratribus "servientibus", unus annus pro novitiis clericis. Secundum Constitutiones Redemptoristarum, ed. 1936/1947, n. 1162, Rector Maior dispensare valet ab altero anno novitiatus.

a) Dispositio generalis de institutione novitiorum. Art. 768.

Est recapitulatio totius formationis novitiorum nostrorum omnium, prout enuntiatur modo generali in art. 701.

Textus.

Iam habetur in ms. "Honorat": "Art. 9. Pendant l'année de leur noviciat leur principale occupation sera d'acquérir sous la direction du maître des novices, toutes les vertus d'un bon religieux; d'apprendre la loi de Dieu; la manière de recevoir les sacrements avec fruit, d'entendrela Ste Messe comme il faut, et de bien méditer sur les vérités du salut."

Versio latina paululum differt servata substantia. Sic legitur in ms. V (1825) et in ed. la (1827): "IX. Annus autem hic praecipue impendetur perfectiori Religionis virtutum acquisitioni, duce novitiorum magistro, qui legem Dei sui, orationis mentalis methodum, modum fructuose sacramenta suscipiendi, et missae devote audiendae eos edocebit."

In ed. 5a (1928), rectitudinis grammaticalis causa dicitur: "Annus novitiatus praecipue impendetur..."

Commentarium.

Ut apparet, art. 768 aliquantulum differt ab articulo parallelo 701 de formatione novitiorum in genere. Attamen, sub diversitate verborum, legislator non videtur intendisse sensum diversum; certissime art. 768 non differt substantialiter ab articulo 701. V. Fundator voluit pro Fratribus coadiutoribus formationem spiritualem-religiosam solidam, ut scripsit die 24.4.1843 ad P. Guigues, Superiorem N.D. de l'Osier: "Ce que je vous recommande c'est de bien former vos frères à la piété et aux vertus religieuses. Ne négligez pas leur instruction. Pendant l'année de leur noviciat, le travail doit céder aux soins spirituels qu'on doit leur prodiguer. Sans cela on n'a que de mauvais domestiques, des hommes exigeants, sans vertus et pleins de prétention. Estime de leur vocation, attachement pour la Congrégation qui les élève dans l'ordre spirituel au-dessus de leur condition, mais aussi humilité, amour du travail, faisant leur service en esprit de foi etc. Voilà ce qu'il faut leur inculquer." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 155).

De ista formatione spirituali-religiosa, vide commentarium in art. 701 et 702-703, 707-729.

Peculiariter attendendum est ad diligentem institutionem in christiana doctrina, conformiter ad can. 565, § 2: "Conversi praeterea diligenter in christiana doctrina instituantur, speciali collatione ad eos habita semel saltem in hebdomada."

Ipsa haec christiana doctrina postulat, ut serio formentur ad virtutes naturales (iustitia, honestas, veracitas, sinceritas etc), quae sunt fundamentum virtutum supernaturalium, et generatim ut eis impertiatur conveniens formatio humana. Capitulum gen. 1953: "Le Chapitre estime que la Congrégation devra s'orienter, dans la ligne de nos saintes Règles, vers une formation à la fois intégralement humaine et plus profondément spirituelle." Circul. 203 diei 8 dec. 1953, p. 19 (Circul. adm. VI, p. 125).

Faveat citare sequentia e Regulae S.J., Regulae Coadiutorum Temporalium, ed. revisa 1957, n. 15: "Puisque le plus grand bien de la Compagnie et le leur propre le requiert ainsi, tous s'efforceront d'acquérir, aussi dans le domaine profane, ce degré de culture et de savoir qui est commun à la majeure partie de leurs contemporains et qui convient à leur propre état; ils apprendront donc surtout à parler et à écrire correctement la langue nationale." (trad. e textu italico.)

Nec negligatur proinde formatio ad urbanitatem (politesse) et ad munditiam et ordinem servandum in omnibus. Cf. S.C. de Rel., decret. "Sacrosancta Dei Ecclesia", 1-11-1911. Vide in Acta Ap. Sedis, 1911, pp. 32 sq; Enchiridion de Statibus perfectionis, n. 272, pp. 312-314; cit. supra comment. ad art. 716.

Formatio humana postulat quoque, ut cura habeatur de promotione Fratrum in labore vel officio professionali, servato ordine novitiatu ad normam can. 565, § 3. V. Fundator plus semel commendavit novitiorum Magistris et Superioribus, ut illos adhiberent secundum eorum aptitudines, in quantum possibile, eorumque formationem ad varia officia vel artificia promoverent, in utilitatem praesertim Missionum externarum. Ita v.g. in epist. 6 dec. 1852 ad P. Vandenberghe: "Je n'ai que le temps de vous recommander le postulant-novice que je vous adresse. C'est un homme de bonne volonté, capable des plus grands sacrifices pour le bon Dieu pour lequel il abandonne tous les avantages qu'il pourrait rencontrer dans le monde. Je vous avertis qu'il n'est pas fait pour être employé à des travaux manuels trop grossiers; il ne faut pas penser à le charger ni de culture ni de jardinage etc. Il a un autre genre de talent qu'il s'agira d'utiliser dans la Congrégation, peut-être dans quelque maison où nous donnons l'éducation. Il est très fort pour l'écriture, il serait difficile de trouver un meilleur maître. Je vous donne cet avis pour que vous ne vous y trompiez pas. Il s'agit de le façonner à la vie religieuse, de développer en lui le germe des vertus que le bon Dieu a placées dans son cœur avec une grande bonne volonté et un dévouement parfait. Faites-en un bon religieux, et ne demandez de lui que ce dont il est capable et à quoi il est propre. Je le répète, ce sera pour un travail sédentaire et artistique s'il le faut.

Je finis, mais je vous recommande de nouveau mon postulant, qu'il faut bien se garder de dégoûter par des épreuves au-dessus des forces humaines. On pourra peut-être hors du noviciat se plaindre de ce que nous ne lui mettons pas la pioche à la main; mais encore un coup, je ne vous l'envoie pas pour cela. Marie-Joseph Taix, c'est le nom de mon postulant; il est professeur de dessin, de calligraphie, il est musicien, il fait mille autres choses qui nous le rendent très précieux dans certaines de nos maisons. Ayez-en donc bien soin, c'est un excellent garçon."



Epist. 9-6-1847 ad P. Allard, Canada: "Désirez-vous qu'on vous prépare un frère intelligent, propre au besoin pour faire l'école? Nous en avons un en ce moment à qui nous faisons donner des leçons par les Frères. Il est intelligent, régulier, robuste: je vous le destine."

Item ad P. Vandenberghe, in novitiatu N.D. de l'Osier, 10-3-1854; "On me demande partout des frères cuisiniers. Tenez à faire apprendre l'art culinaire à vos frères convers; cela nous vaut mieux que de les faire travailler à la campagne." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 160 sq.)

In Societate Jesu commendatur Provincialibus: "Operam det ut Fratres Coadiutores accurate in communibus sui gradus officiis instituantur; mature quoque, quantum fieri poterit, informari incipiant peculiari aliqua arte vel officio, in quo postea melius excolantur; quod praestabit in primis quod ad officia quae difficiliora vel maioris momenti sint." Regulae S.J. - Regulae Provincialis, ed. 1947, cap. IV, n. 35. Similiter in Epitome Instituti S.J., ed. 1949, n. 154, 2\*.

Ipsi autem Fratres coadiutores monentur: "Tous s'efforceront diligemment de progresser dans la connaissance et l'exercice des offices domestiques; et ceux qui, par les Supérieurs, sont destinés à apprendre quelque art ou métier, tâcheront de s'y perfectionner dans la mesure de leur capacité, si bien que, par leur habileté, ils puissent rivaliser avec les bons ouvriers du dehors, et même les dépasser, tout en ayant en vue toujours et entièrement la plus grande gloire de Dieu Créateur et Notre Seigneur, et ils édifieront les autres non moins par l'exercice de leur art que par l'exemple de leur vie." (Regulae Societatis Jesu - Regulae Coadiutorum temporalium, revis. 1957, n. 14, trad. e textu ital.)

b) Dispositio peculiaris de conciliandis exercitiis spiritualibus cum officiis in re temporalibus. Art. 769.

Textus.

Textus originarius gallicus in ms. "Honorat": "Art. 10. Le maître des novices se concertera avec l'économe pour combiner les choses de manière que les novices puissent vaquer aux exercices spirituels du noviciat sans préjudice des affaires temporelles qui leur seront confiées et vice-versa." Transit ad litteram in versiones et editiones latinas, prout legitur adhuc hodie in ed. 5a (1928).

Commentarium.

Sicut novitii clerici non debent impediri in prosecutione operis principalis novitiatus, scil. formationis spiritualis-religiosae, per ministerium externum ac studia, sic pariter novitii coadiutores in eodem opere impediri non debent per curam rerum temporalium ipsis commissam. Ita e lege communi Ecclesiae: can. 565, § 3.

Attamen non est omnino paritas inter utrosque. Revera, novitii clerici destinantur ad officia ordinis spiritualis; ideoque magis vacare debent studiis rerum spiritualium, etiam durante novitiatu. E contra, fratres coadiutores destinantur curae rerum temporalium; ideoque ex ipsa natura gradus sui proprii in vita religiosa formari et exerceri debent in officiis temporalibus etiam durante novitiatu.

Ut omnia fiant secundum ordinem et conveniens aequilibrium servetur, novitiorum magister et oconomus inter se conferunt de horario etc, ita tamen ut ad novitiorum Magistrum per se pendeat ultimo statuere, quin Superior localis per se intervenire habeat, cum ille accingatur auctoritate plena in omnes novitios, etiam conversos: art. 607 sqq; can. 561, § 1. Non est par conditio iuridica novitiorum Magistri respectu coadiutorum novitiorum et Praefecti spiritualis fratrum relate ad coadiutores professos (art. 622 sq).

N.B. In ms. "Honorat" et sequentibus, itemque in tribus prioribus editionibus sequuntur hic immediate tres articuli de conditione fratrum in Congregatione nostra: "Fratres famulantes non debent haberi in Instituto sicut servi...", scil. hodierni art. 772, 773 et 774. Et postea solummodo dispositiones de admissione ad oblationem novitatu finito, scil. art. 14, 15, et 16.

Res videtur sic explicari posse. Post primam compositionem paragraphi, factam a Patre Tempier vel ab alio, P. de Mazenod apponi curavit immediate post duos articulos de novitiatu, scil. art. 9 et 10 (hodie 768 et 769), illos tres articulos 11, 12 et 13 (772, 773 et 774) de conditione fratrum apud nos, a seipso compositos vel saltem proxime inspiratos. Revera, isti tres articuli valde differunt ab eis qui immediate praecedunt et sequuntur: sunt maioris altitudinis et amplitudinis, quales cognoscimus in partibus ab ipso Fundatore conscriptis. Praeterea, inter articulos 9 et 10 (768 et 769) ex una parte et art. 14 (770) ex altera parte est arctissima connexio, quae interrumpitur per illos tres articulos. Cf. supra inter notas praevias ad hunc paragr. n. 3\*.

### 3) De oblationibus successivis. Art. 770.

Novitii destinati ad sacerdotium primitus emittebant oblationem perpetuam absque praevia oblatione temporaria. E contra, novitiis coadiutoribus imponebant statim ab initio vota temporaria 6 annorum ante oblationem perpetuam. Cf. supra praeambulum ad art. 732-734.

Attamen, decursu temporum, isti sex anni votorum temporariorum diversimode distribuebantur, ut apparet e textibus successivis.

#### Textus.

In ms. "Honorat" habentur tres articuli de oblatione Fratrum: "Art. 14. L'année du noviciat étant écoulée, le maître des novices présentera le novice au Sup. Gén. s'il a été satisfait de sa conduite. - Art. 15. Le Sup. Gén. ayant pris l'avis de son conseil pourra l'admettre à l'oblation. Mais le F. convers ne prononcera les vœux que pour un an, après lequel le Sup. Gén. pourra l'autoriser à les faire pour les cing années suivantes, et après les cinq ans révolus pour toute la vie à la manière des autres oblats. - Art. 16. Le novice convers ne pourra être admis, même à l'oblation d'un an, s'il n'a achevé sa vingt et unième année."

Ultima dispositio de aetate requisita lata est ratione legis conscriptionis militaris in Gallia. Fuit probabiliter apposita post primam conscriptionem manuscripti. Cf. P. Larose, in "Etudes Oblates", 1955, pp. 207 sq, 217.

Tres articuli transeunt in versiones latinas et sic leguntur in ed. la (1827): "XIV. Anno tyrocini sui elapso, magister novitiorum, si novitii

agendi ratio sibi probata sit, illum Superiori generali proponet. - XV. Superior generalis, convocato ea de re consilio suo, illum poterit ad oblationem admittere; sed frater famulans ad annum tantum vota vovet, quo quidem anno praeterito, poterit, annuente Superiore generali, ad quinquennium subsequens vovere, et postea pro totius vitae curriculo, more caeterorum oblatores. - XVII. Novitius famulans ad oblationem etiam annuam admitti nequit, nisi annum primum et vigesimum fuerit emensus."

In ed.2a (1853) dispositiones adaptantur institutioni provincialiarum. "XIV. Anno tyrocinio elapso... illum Provinciali proponet. - XV. Provincialis, convocato ea de re consilio suo, illum poterit ad oblationem admittere; sed frater famulans...; quo quidem anno praeterito, poterit, annuente Provincialis consilio, ad quinquennium subsequens vovere, et postea, approbante Superiore generali, pro totius vitae..." XVI. Novitius famulans ad oblationem etiam annuam ordinarie non admittetur, nisi annum primum et vigesimum fuerit emensus." In regionibus vel in casibus quibus lex gallica de conscriptione militari non vigeat, fratres potuerunt professionem emittere ante praedictam aetatem. Ex Capitulo gen. 1867 habetur (Acta Cap., Pars III, cap. 3, paragr. 4 "De Fratribus famulantibus"); "4\* Pro illorum professione respectum habeant Superiores ad legem militarem, ita ut, consueto in rerum ordine, non simul militari ac religiosa disciplina teneantur."

RR.P. Fabre, Sup. gen., iam in Capitulo gen. 1861 hanc dedit declarationem: "Les frères convers qui habitent les lieux où la conscription n'existe pas, peuvent faire leur oblation avant l'âge de 20 ans, puisque ce n'est qu'à cause de cette loi que les Règles ne permettent pas aux frères convers de faire leurs vœux avant cet âge." (cf. Cosentino, Nos Chapitres généraux, p. 73.)

In ed.4a (1910), consequenter ad Capitulum generale 1908, sequentes modificationes afferuntur.

1\* Supprimitur quicquid olim hic de praesentatione et admissione ad oblationem legebatur, ita ut pristini articuli XIV et XV in unum colligantur; "807. Anno tyrocinii elapso, fratres famulantes vovent successive ad annum per periodum trium annorum, ~~de~~inde ad triennium; tandem, si digni sunt, admittuntur ad Oblationem perpetuam."

2\* Rationem habendo legislationis et iurisprudentiae recentioris, praesertim documenti romani "Normae", 1901, n. 61, aliter determinant aetatem requisitam ad oblationem emittendam. "808. Novitius famulans ad primam Oblationem non admittitur nisi annum decimum septimum fuerit emensus." Est lex generalis quae, aliter ac in praecedentibus editionibus, praetermittit casum particularem servitii militaris. Abhinc anno 1911 S.Sedes incepit providere conditioni particulari religiosorum servitio militari addictorum, scil. per decretum "Inter reliquas" diei 1-1-1911 et dispositiones subsequentes.

In ed.5a (1928) retinent ad litteram art. 807 editionis praecedentis atque omittunt articulum sequentem de aetate requisita, ita ut novitii conversi regantur lege communi sicut novitii clerici, prout resultat ex articulo 686 (can. 542, 1\*; 555, § 1, 1\*) et habetur expresse in lege universali Ecclesiae, can. 575: "Quilibet professionem religiosam emissurus oportet ut decimum septimum aetatis annum expleverit, si de temporaria professione agatur; vicesimum primum, si de perpetua sive sollemni, sive simplici."

Commentarium.

Illam dispositionem, qua novitii conversi tenentur emittere oblationem temporariam ante oblationem perpetuam, P. de Mazenod certo non desumpsit e Constitutionibus-Regulis S. Alphonsi nec alius Instituti clericalis; cum secundum illas vota temporaria ante professionem perpetuam erant ignota. Talis usus, olim insolitus, vigeat autem apud Fratres Scholarum Christianarum atque P. de Mazenod eum optime novit, ut patet ex eius responsione facta Cardinali Pedicini ad observationem Cardinalis Pallotta circa hanc dispositionem Constitutionum nostrarum die 14 febr. 1826. Cf. "Missions", 1952, pp. 511, 513, 514 sq; P. Larose, in "Etudes Oblates", 1955, pp. 240-242.

Circa praesentationem et admissionem ad oblationem, circa ipsam emissionem votorum eorumque effectus valent pro Fratribus eadem dispositiones ac pro aliis membris Congregationis, scil. art. 733, 735-746.

Quoad exercitia spiritualia praeparatoria ad oblationes, vide art. 738. Convenit, ut ante oblationem triennii et ante oblationem perpetuam concedantur exercitia longioris durationis ac pro oblatione annua 2a et 3a, et Fratres magis iuventur. Cf. RR.P. Deschâtelets, Circul. 208 diei 1 sept. 1959, p.90. Esset ad mentem art. 39, § 1, in "Statuta generalia" adnexa Constitutioni "Sedes Sapientiae" (31 maii 1956).

Iam in ms. "Honorat", additur sequens art. 18, additus a Fundatore propria manu, probabiliter post primam scriptionem documenti: "Art. 18. A la fin de l'année de leur première oblation ils rentreront au noviciat pour s'y préparer par huit jours de retraite à leur seconde oblation [i.e. ad quinquennium]; ils en feront autant à la fin de la cinquième année de leur seconde oblation pour se préparer à leur oblation perpétuelle." Supprimitur in ed. 4a (1910), consequenter ad Capitulum generale 1908; probabiliter censebant reditum ad novitiatum non esse semper facilem.

Attamen valde importat, ut Fratres coadiutores saltem ante oblationem perpetuam habeant convenientem praeparationem et efficaciter adiuventur sive in domo novitiatus, sive in alia domo, in qua disciplina accurate servatur, nisi forsitan eo tempore partem habeant in tertia probatione - "Retraite de Mazenod" - destinata specialiter Fratribus coadiutoribus. In Societate Jesu disponitur in "Epitome Instituti", ed. 4 (1949), n. 167, § 2: "Ultima vota emissuri saltem per mensem mittantur ad aliquod Seminarium Nostrorum [i.e. domum formationis] quo maiore recollectione se ad gradum praeparent." Recentius, scil. in Congregatione generali 1957, instituerunt "Tertiam probationem" pro Coadiutoribus temporalibus sicut pro ceteris membris Societatis.

4) Effectus iuridicus primae oblationis. Art. 771.

Textus.

Iam in ms. "Honorat" legitur: "Art. 17. Dès le jour de leur lère oblation, les F. convers passeront sous la direction immédiate de l'économe pour toutes les affaires temporelles, et sous celle du préfet spirituel pour le spirituel."

Transit in versiones et editiones Latinas, prout habetur in ed. 1a (1827): "XVII. Ex die primae oblationis, fratres famulantes fient immediate subditi oeconomio quoad temporalia, et spirituali praefecto pro spiritualibus."

In ed.2a (1853) explicitè evocant auctoritatem Superioris localis: "Ex die primae oblationis, fratres famulantes fient immediate subditi, sub regimine superioris localis, oeconomò quoad temporalia..."

Commentarium.

Est adaptatio ad Fratres coadiutores articuli 746. Vide commentarium in hunc articulum.

Oeconomò locali, vi sui muneris, competit quaedam potestas dominativa in Fratres coadiutores, restricta exclusivè ad res temporales (labores in re oeconomica domus, gestio rerum eis commissa, emptiones etc), et "sub regimine Superioris localis".

De munere et auctoritate Praefecti spiritualis, vide Commentarium privatum in art. 619, pp. 86 sq.

Subiiciuntur a fortiori, et quidem vi voti, Superioribus proprie dictis, scil. Superiori locali (art. 746) et Superioribus maioribus, i.e. Provinciali et Superiori generali, secundum Constitutiones.

Auctoritas Superiorum maiorum manifestatur imprimis per primam obedientiam, qua neo-oblato sedes assignatur in Congregatione et provincia vel vicariatu. Revera, finito novitiatus et prima oblatione emissa, etiam Fratres coadiutores praesto erunt Superiori generali, cui competit semper primas litteras obedientiales dare. Cf. art. 759; 746; Acta Cap. 1959, art. 99.

Attamen ex "Acta Capitulorum" 1959, sequentes dispositiones prae mente habendae sunt: "134. Missionibus exteris non deputentur fratres coadiutores, nisi post sufficientem probationem." In Acta Capit. 1867: "nisi post oblationem perpetuam"; sed iam in Actibus Cap. gen. 1898 legitur temperamentum: "Inquantum fieri poterit". Formula hodierna primo habetur in "Acta Capitulorum" 1932, art. 150.

Item in "Acta Capitulorum" 1959: "138. Prout sinent conditiones, saltem per tres annos, congregentur iuniores oblato coadiutores, sive in domo ad hoc destinata, sive in alia ubi viget regularis disciplina, eo fine ut eorum humana, religiosa, apostolica necnon tecnica institutio roboretur ac perficiatur." Similis dispositio habetur in "Epitome Instituti Societatis Jesu", ed.4a (1949), n. 167, § 1.

N.B. De professione religiosa eorum qui servitio militari adstringuntur atque de effectu professionis ab eis emissae. Abhinc anno 1911, Sancta Sedes, mediante S.C. de Religiosis, frequenter de hac re decernit. Ita in celebri decreto "Inter reliquas", 1 jan. 1911 (cf. Acta Ap.S., 1911, pp. 37 sqq); Responsa ad dubia circa decr. "Inter reliquas", 15 jul. 1919 (Acta Ap. S. 1919, p. 321); item, 16-3-1922 (Acta Ap. S. 1922, p. 196); S.C. de Rel., Declaratio 30 martii 1943 (cf. Documentation Cath., 1945, col. 331 sq).

Tota res de novo ordinata est per decr. S.C. de Rel. 30 julii 1957 "Militare servitium": cf. Acta Ap.S. 1957; Document. Cath. 1957, col. 1523-1526.

II) Conditio Fratrum coadiutorum in Congregatione. Art. 772-784.

A) Principia generalia. Art. 772-775.

Sunt lineamenta maiora vocationis particularis Fratris coadiutoris in Congregatione nostra. Illorum ratio habenda est in vocationibus diiudicandis, aggregandis et formandis. Illorum rationem habere debent ipsi Fratres, ut recte iudicent de sua in Congregatione conditione, de suis iuribus et officiis, et praesertim ut concipiant aestimationem et affectum de propria sua vocatione. Illa denique determinant substantialiter relationes cum ceteris membris Societatis, scil. cum Superioribus, sacerdotibus et confratribus.

De loco primitivo et origine trium articulorum 771, 772 et 773, vide supra in N.B. ad art. 769. Ut ibidem notatur, censent valde probabile illos fuisse ab ipso Fundatore compositos vel saltem proxime inspiratos; certo tamen sunt ab ipso approbati atque eius auctoritate inter Constitutiones recepti.

1) Dispositio fundamentalis. Art. 772.

Textus.

Primo legitur in ms. "Honorat": "Art. 11. Les frères convers ne doivent pas être regardés dans la Société comme des domestiques. Ce sont des membres de l'institut chargés des emplois manuels de la maison, comme d'autres membres sont chargés d'emplois plus relevés, au bénéfice commun de la Société et de l'Eglise."

Versio latina in ms. V (1825) et in ed. la (1827) paululum differt, saltem quoad stylum. "XI. Fratres laici non debent haberi in Instituto sicut servi, sed veri Societatis filii, rei domesticae curam habentes, sicut alii majorum habent curam rerum, in beneficium commune Societatis et Ecclesiae."

In ed. 2a (1853), ne bis repetatur vocabulum "Societas", ei sufficitur in fine "Congregatio": "in beneficium commune Congregationis et Ecclesiae".

In ed. 5a (1928), duae modificationes verbales, minus urgentes. In initio articuli formulae originariae "Fratres laici" substituunt hanc novam "Fratres famulantes", unitatis causa, ut per totum paragraphum, imo per totam regulam, fratres designentur uniformiter uno eodemque nomine "fratrum famulantium". Unus casus, si non fallor, effugit redactoribus: in art. 364. V. Fundator variis nominibus usus est ad designandos fratres: frères convers, fratres laici, fratres famulantes. Vide supra notas praevias, n. 2\*.

In fine articuli: "in commune bonum Congregationis et Ecclesiae".

Fontes articuli 772.

P. de Mazenod certo cognovit conditionem fratrum conversorum in antiquis Ordinibus, et quidem non solum studio historiae Ecclesiae, sed etiam quodammodo propria experientia. Revera, per tres annos vixerat quasi in communitate religiosa cum fratre MAURO, ex Ordine Camaldulensi, cuius communitatis fr. Maurus fuit verum membrum, potius quam "servus" (domestique). Cf. supra, inter notas praevias, n. 4\*.

Item, Fundator noster cognovit conditionem fratrum coadiutorum in Societate Jesu. Constitutiones S. Ignatii et praxis vigens in Societate Jesu circa conditionem fratrum coadiutorum theologice exponuntur apud Suarez, Opera omnia, De Religione, tract. 10, lib. VII, cap. 3, cuius substantia recapitulatur in hoc: "non enim ut famuli aut servitores aestimandi sunt, sed ut fratres et socii et adiutores nostri". Magis spiritualiter tractantur

apud Rodriguez, "Pratique de la perfection chrétienne", 3e partie, traité 1er, chap. 3. P. de Mazenod cognovit Constitutiones S.J. saltem mediante Rodriguez in opere citato, quocum erat valde familiaris, ut patet ex textu originario Constitutionum nostrarum, v.g. in introductione ad paupertatem, ad obedientiam, et in dispositionibus relate ad manifestationem conscientiae. Praesens articulus illi apparet fere ut summa capituli tertii praefati tractatus apud Rodriguez. Attamen illi non deest nota propria, praesertim in eius textu latino; "veri Societatis filii... in beneficium commune Societatis et Ecclesiae". Cf. Larose, dans "Etudes Oblates", 1955, pp. 226, 228, 230.

#### Commentarium.

##### a) Fratres sunt de Congregatione.

Non sunt extranei, veluti servi, opifices, officiales in servitium Congregationis conducti pro mercede; nec extranei benevoli auxilium gratis praestantes Societati nostrae vel eius operibus cooperantes, prout membra Associationis Miss. M.I. Sed sunt vere membra unius eiusdemque Instituti religiosi, vel, ut habet textus latinus statim ab initio (1825): "veri Societatis filii".

Revera, Congregatio nostra iuridice componitur clericis et fratribus laicis, quamvis non aequo iure et officio. Etiam apud nos valent quae in "Constitutiones et Regulae" Redemptistarum, ed. 1936/1947, n. 1165, leguntur: "Post oblationem Frater laicus, vi eiusdem oblationis, membrum Congregationis est, ut quivis alius Congregatus, bonisque communibus tam spiritualibus quam temporalibus participat iisque fruitur, ut cetera Instituti membra, quemadmodum in Constitutionibus declaratum est." Pius XI, Epist. "Unigenitus Dei Filius" ad Superiores generales Institutuum religiosorum, 19 martii 1924. Cf. Acta Ap. Sedis, 1924, pp. 146 sq; Enchiridion de Statibus perfectionis, Romae, 1949, pp. 411 sq.

V. Fundator noster frequenter in hoc insistebat, v.g. in epist. ad P. Courtès, die 28-9-1837: "Vous ne me dites rien du frère que je vous ai envoyé. J'espère que vous en êtes content, car c'est un jeune homme charmant. Je sais qu'il est fort satisfait de vous tous. Rappelez-vous qu'il n'a pas fini son noviciat; qu'il faut par conséquent le soigner beaucoup pour son instruction religieuse; qu'il porte habituellement la soutane, qu'il suive les exercices de la communauté; que tout lui persuade qu'il est un frère appartenant à la Congrégation qui l'estime comme un de ses membres." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 154.)

Item notat in suo "Journal", 8 oct. 1842, mentionem faciendo epistolae scriptae ad P. Vincens: "... Lettre au P. Vincens sur son noviciat et ce qu'il doit accorder aux frères convers, qu'on ne doit point considérer comme des domestiques à salaire. Ils ont droit à tout ce qui peut faire d'eux des hommes religieux. Ainsi leur travail doit être tempéré par des exercices pieux et tout ce que la règle prescrit." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 155.)

Non aliter sentiunt successores Fundatoris. Ita v.g. RR.P. Léo Deschâtelets, Circul. 208 (1-9-1959), p. 88 (Circul. adm. VI, p. 307).

Nemo non videt consectaria practica quae exinde resultant pro utraque parte, Fratrum scil. et Congregationis.

Fratrum imprimis, ut scil. magni habeant suam vocationem, ut prae corde habeant bonum Congregationis, cuius sunt membra sicut alii Oblati, ut curam habeant bonorum domus, officiorum quae sibi committuntur, ut promoveant opera

Congregationis, non solum temporalia, sed etiam spiritualia et apostolica; in omnibus habent suas partes, ut tota Congregatio incolumis servetur et prospere procedat per concursum omnium suorum filiorum. Cf. RR.P. Léo Deschâtelets, Circul. 181 (1-11-1947), pp. 26 et 27; et praesertim Circul. 194 (12-9-1951); "FOI EN LA GRANDEUR DE VOTRE VOCATION" (Circul. adm. V, pp. 399-404).

Ex parte Congregationis, i.e. Superiorum et sacerdotum aliorumque membrorum. Omnes isti attendant ad modum quo cum illis agant, ut scilicet cum ipsis se gerant debita reverentia et amore, ut illos imprimis tractent vere ut homines, et non ut homines qualescumque, sed ut viros religiosos, veros Societatis filios et coadiutores nostros; ut eis ostendamus quanti habeamus eorum labores et progressum; ut curam habeamus eorum boni tum temporalis, tum spiritualis. Multum interest, ut Congregatio eos efficaciter adjuvet ad pleniorum formationem humanam, professionalem, spiritualem; ut Superiores, Praefecti spirituales, Oeconomii vigilent de duratione laboris, de necessariis recreationibus et debita quiete, de lectionibus etc. Cf. Pius XI, Epist. "Unigenitus Dei Filius", 19 martii 1924, ad Superiores Generales Institutorum religiosorum; Acta Ap. Sedis, 1924, p. 147; Enchiridion de Statibus perfectionis, p. 412. Acta Cap. 1959, art. 135, 138, 141, 142.

Vide litteras V. Fundatoris supra citatas. Item, epist. 12 maii 1858 ad P. Ricard (Oregon): "Les Frères convers se plaignent de ce qu'on ne les soigne nullement sous le rapport spirituel, ce qui est grave; car, ils ont en ceci un droit qu'on ne peut leur contester, et je vous conjure d'y pourvoir sur le champ, pour vous acquitter d'une de vos obligations indispensables. Il faut aussi modérer leur travail, c'est encore là un devoir de charité et de justice." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 159.) Item varia Capitula generalia et Superiores generales; v.g. Circul. 181 (1-11-1947), p. 26; Circul. 203 (8-12-1953), p. 19; Circul. 208 (1-9-1959), pp. 89-91.

Liceat addere sequentia e "Epitome Instituti Societatis Jesu", ed. 4 (1949), quae recapitulant dicta S. Ignatii in Constitutionibus S.J.: "170. Ceteri de Societate debito amore ac reverentia prosequantur Coadiutores, utpote fratres et cooperatores in Domino, filios eiusdem Societatis; et libenter eorum officiis ad tempus aliquod obeant, quo gratius illis reddatur ministerium, in quo ad maius Dei servitium et gloriam sunt constituti. Promovendis autem Fratrum vocationibus pro viribus allaborent."

b) Officia propria Fratrum eorumque conditio propria in Congregatione.

In nostra familia religiosa non omnes omnibus negotiis vacant, labori qualicumque dediti; faisant n'importe quoi. Sed, sicut in omni societate ordinata ac in ipsa Ecclesia Christi, omnes ad eundem finem contendunt per servitia varia et ordinata, i.e. cuique propria atque inter se invicem coordinata et hierarchice subordinata. Iamvero Fratribus nostris coadiutoribus incumbit gestio rerum temporalium. Est eorum officium proprium. Revera, sunt viri laici, et amplectendo vitam religiosam non mutaverunt substantialiter conditionem suam particularem in Ecclesia Christi. Qua laici autem servitiis temporalibus bonum commune iuvare habent.

V. Fundator noster hoc expressit terminologia sui temporis: "s'employant aux offices réservés dans les ordres religieux à ce qu'on appelle les frères convers" (ms. "Honorat", art. 1); "chargés des emplois manuels de la maison" (ibidem, art. 11). Textus latinus "rei domesticae curam habentes"



non habet proinde sensum restrictum operum mulieris matrisfamilias (de la mère au foyer), quamvis quaedam opera quae in oeconomia domestica a matrefamilias adimpleri solent (officia culinae, lintearii etc), in domo religiosa, praesertim maiore, a viris religiosis fieri possint ac normaliter debeant.

Servitia temporalia a fratribus conversis praestanda variant secundum conditionem temporum et rerum necessitates. In dioecesibus et parocciis perplura servitia, quae olim clericis incumbabant, nunc iam laicis committuntur. Fratres nostri laici in domo et in operibus Congregationis hodie in multis utilius et efficacius cooperari possunt quam saeculo elapso, afferendo v.g. suam competentiam technicam in variis artibus (métiers), in machinarum usu et directione, in vehiculis conducendis... imprimeries, oeuvres de propagande de bureau etc. Cf. Larose, Les travaux des frères, in "Etudes Oblates", 1958, pp. 119 sqq.

Praeter ista officia propria, Fratribus nostris competunt certo etiam servitia communia omnibus baptizatis. Etiam laici sunt de populo Dei, ut ipsum nomen indicat (e vocabulo graeco "laos" = populus), partemque habent suo modo in sacerdotio Christi atque pro tanto conferre debent ad opus commune Ecclesiae, exercendo activitatem spiritualem et apostolicam, utique suo modo et suo loco. Omnes sciunt, quanta cura Summi Pontifices nostrorum temporum commendarunt istud ministerium spirituale-apostolicum laicorum, ut Pius XI, Pius XII et Joannes XXIII. "Tous les membres de l'Eglise sont appelés à collaborer à l'édification et au perfectionnement du Corps mystique du Christ... Aujourd'hui plus que jamais les laïcs doivent prêter leur collaboration à l'activité des prêtres, avec ferveur, dans toutes les formes d'apostolat... Cette collaboration se traduit en mille formes, depuis le sacrifice silencieux offert pour le salut des âmes, jusqu'à la bonne parole, jusqu'à la coopération dans les activités propres de la hiérarchie. Peut-être cet apostolat laïc caché est-il le plus précieux et le plus fécond de tous." Ita Pius XII, occasione secundae congressus internat. apostolatus laicorum, Romae, 5-13 oct. 1957. Cf. Documentation Cath. 10 nov. 1957.

Ista activitas spiritualis-apostolica laicorum potiore iure competit Fratribus nostris, cum sint laici religiosi et quidem Instituti essentialiter apostolici sive missionarii. eis maxime convenit cooperari fratribus suis sacerdotibus in ministerio spirituali-apostolico. Mgr de Mazenod sat cito curavit, ut Fratres coadiutores hunc concursum praestarent sacerdotibus-missionariis, v.g. instruendo, catechizando pueros. Vide supra notas praevias, n. 7\*, et commentarium in articulum introductorium antiquum (hodie art. 9); P. Larose, Les travaux des frères, in "Etudes Oblates", 1958, pp. 125 sqq.

Quod attinet ad activitatem apostolicam, evidens est eam esse exercendam conformiter ad conditionem propriam fratrum, quatenus sunt fratres laici sive conversi in Instituto religioso sacerdotali. Est principium generale totius apostolatus laicorum: unusquisque secundum statum suum.

Hoc modo apud nos Sacerdotes et Fratres coadiutores harmonice cooperantur "in commune bonum Congregationis et Ecclesiae". V. Fundator concepit suam Congregationem ad instar Ecclesiae; membra diversa, quorum officia differentia se invicem complent in beneficium totius. Est manifesta intentio Creatoris et Redemptoris, qui vult homines connexos inter se ad constituendum corpus concorditer unitum, in quo singuli tenent locum et officium proprium, in quo omnes serviunt bono totius sub influxu unius eiusdemque Spiritus qui "dividit singulis prout vult". Cf. I Cor. XII, 4-30; Rom. XII, 3-8; Ephes. IV, 1-16; Suarez, Opera omnia, De Religione, tract. 10, lib. VII, Cap. 3; Rodríguez, Pratique de la perfection chrét., traité I, chap. 3.

In hoc articulo fundamentali P. de Mazenod humilem cooperationem Fratrum coadiutorum elevat ad debitam altitudinem; est servitium Ecclesiae. Illam quoque, sicut ipsam Congregationem omnemque eius activitatem videt sub respectu Ecclesiae, ut apparet in primis verbis suae regulae: "Ecclesia, praeclara Christi Salvatoris hereditas... In hoc miserrimo rerum statu, Ecclesia con- clamat sibi ministros..." (Praefatio).

2) De parte habenda in vita communi Congregationis. Art. 773.

Textus.

Articulus insertus in paragrapho de fratribus statim ab initio. Ita in ms. "Honorat": "Art. 12. Ainsi ils mangeront au réfectoire et ils assisteront à tous les exercices compatibles avec leurs emplois et propres à leur genre de connaissances."

Dispositio clarius et praecisius exprimitur in lingua latina: "XII. Quamobrem in coenaculo una nobiscum cibum sument, et omnibus exercitiis pro officio et ingenio suo intererunt." Ita in ms. V (1825), in ed. la (1827) et usque ad ed. 4am (1910) incl.

In ed. 5a (1928), plures modificationes quae substantiam articuli non attingunt: "772. Quamobrem in refectorio, cum aliis communitatis membris, cibum sument, et omnibus exercitiis pro officio et conditione sua, intererunt."

Commentarium.

P. de Mazenod voluit illud "sicut fratres habitantes in unum" articuli primi Regularum extendi etiam ad Fratres coadiutores, in quantum possibile. Talis vita communis qualem voluit V. Fundator noster non habetur eodem gradu in aliis Institutis. Hodie autem magis ac magis tendunt ad communitatem universalis instituendam.

Communitas refectorii non importat eo ipso communitatem tabulae. In parvis autem communitatibus solent omnes simul ad eandem tabulam assidere.

Recreationi quotidianae Fratres coadiutores in communi inter se indulgent. Cap. gen. 1867; Acta Cap. 1947, art. 140. Generatim vero separatim ab aliis membris communitatis, scil. novitiis, scholasticis et Patribus, exceptis quibusdam occasionibus festivis. Ita ex usu sat communi in statu religioso et expressa declaratione Fundatoris in Cap. gen. 1843. Cf. Yenveux, o.c., VIII, 159; Cosentino, Histoire de nos Chapitres généraux, Ottawa, 1957, p. 52. In parvis autem communitatibus talis separatio est moraliter impossibilis. Imo et alibi valde congruit, ut Superior alterve Pater identidem recreationibus Fratrum misceatur.

Caeterum, communitas vitae inter omnes Congregationis sodales eiusque diversas categorias, Patrum scil., scholasticorum et coadiutorum, non postulat absolutam et mathematicam uniformitatem, ut patet ex natura rei et ex ipso textu originario Constitutionum.

3) De parte habenda in vita regulari Congregationis. Art. 774.

Textus originarius gallicus e ms. "Honorat": "Art. 13. De même tous les points de la Règle qui sont à leur portée leur sont applicables, et ils sont tenus de les observer aussi exactement que les autres sujets de l'institut." Textus latinus semper idem abhinc ms.V (1825).

Est applicatio legis communis Ecclesiae, scil. canonis 593: "Omnes et singuli religiosi, Superiores aequè ac subditi, debent... etiam secundum regulas et constitutiones propriae religionis vitam componere atque ita ad perfectionem sui status contendere." Cf. art. 228.

Non sufficit, ut Superiores et Praefectus spiritualis adstringant Fratres ad praxim huius vitae regularis eique invigilent (art. 621). Hanc eis reddant possibilem. Curent, ut Fratres intelligant sensum profundum disciplinae religiosae, ut eam amplectantur cum amore, scientes se Christum propius sequi exercentes consilium evangelicum obedientiae supererogatoriae. Revera, materia istius consilii non circumscribitur sola materia voti obedientiae. Cf. Commentarium privatum, I, pp. 13 sqq; II, pp. 78 sqq.

V. Fundator scripsit die 27 aug. 1837 ad P. Courtès: "Je vous recommande le frère convers que je vous envoie. Il est essentiel que nos frères soient parfaitement dans leur devoir, qu'ils comprennent bien que leur vocation est surnaturelle, qu'ils font partie d'un corps qu'ils doivent honorer par leur bonne conduite et leurs vertus religieuses. Pour cela, il faut les instruire assidûment, les tenir strictement à la règle, leur prouver qu'on ne les regarde pas comme des domestiques, qu'on les estime, qu'on les considère comme des frères, mais aussi que l'on a droit d'exiger qu'ils soient d'une régularité parfaite, humbles et obéissants. Il faut les appeler à tous les exercices communs, aux oraisons du matin et du soir, aux examens..." (Cit. apud Yenveux, VIII, 156.)

Inter "Regularum nostrarum capita (Fratribus coadiutoribus) congrua" favet enumerare in particulari ea quae praescribuntur circa paupertatem. Etiam pro nostris Fratribus valent quae habentur in "Regulae S.J. - Regulae Coadiutorum temporalium", ed. 1957, n. 19: "Chacun selon son office montre l'amour de la pauvreté religieuse avant tout en prenant grand soin de la maison et de tout son mobilier et en usant des instruments de travail avec fidélité et prudence, comme s'ils appartenaient à N.-S. J.C. Lui-même. Puisqu'ils sont exposés plus que d'autres à manquer à la pauvreté, ayant les services les plus variés à gérer, ils se garderont bien de prendre de l'argent ou autre chose, pour soi ou pour autrui, de le donner, de le prêter, de l'envoyer, ou de le demander ou accepter de ceux du dehors, sans la permission des Supérieurs. Enfin, s'ils ont à manier de l'argent, qu'ils inscrivent soigneusement les entrées et les sorties et qu'ils en rendent compte au temps fixé." (trad. e textu italiano)

Item Fratribus valde congruunt ea quae in Constitutionibus nostris commendantur circa caritatem, obedientiam et humilitatem (art. 291 sqq) easque in suis officiis propriis sedulo exercent. Itaque evitent independentiam in muneribus sibi commissis, rationem reddant sui debetur, humiliter se subiciant Fratribus in officio praepositis (art. 229), non se immisceant labori aliorum Fratrum, quamvis sint semper parati ad eos adiuvandos vel supplendos. Ad

caritatem et obedientiam debitam Congregationi eiusque Superioribus pertinet quoque, ut cogitent de progressu in proprio officio, ut istud semper melius impleant (esprit d'initiative), ut illis qui auctoritate pollent (Superioribus, Oeonomo etc) humiliter subiiciant suas ideas et animadversiones, cum in sua arte sint generatim peritiores, ut Fratres iuniores sibi adiunctos in officio vel arte diligenter et patienter forment. Fratres aetate proveciores veneratione et peculiari caritate prosequantur.

Ad caritatem in communitate servandam pertinet quoque, ut omnes diligentem curam habeant de munditie (propreté) atque de bono ordine tum in propria persona, tum in cella et officina (atelier) et instrumentis laboris, tum per totam domum. Item caritatis est, ut excolant illam urbanitatem (politesse) humanam et religiosam qua cum omnibus hominibus, sive internis sive externis, conversantur et res agant comiter vel civiliter; multum confert ad pacifice convivendum et ad ipsam activitatem apostolicam Congregationis iuvandam.

Similiter ea quae in Regulis nostris commendantur de "mundi fuga" (art. 297 et 298) et de relationibus cum exteris (art. 320 sqq, 325 sqq) Fratribus nostris conveniunt servatis servandis. Iuvat citare sequentia e "Regulae Societatis Jesu - Regulae Fratrum coadiutorum", ed. revisa 1957: "23. Par rapport à ceux du dehors, les Frères Coadjuteurs eux aussi, dans la mesure requise par leur état et leur office, opportunément formés et pénétrés du sens social de l'Évangile, sauront l'appliquer dans leur labeur quotidien, animés de bienveillance envers les ouvriers, reconnaissant spontanément en tous les hommes, par un jugement sage et juste, la dignité et les droits de fils de Dieu." (trad. e textu italico.)

Ibidem, n. 25 quo recapitulatur et applicantur Fratribus ea quae S. Ignatius scripsit in "Constitutiones S.J.", Pars X (De modo quo conservari et augeri totum corpus Societatis in suo bono statu possit), nn. 2 et 3. "Les Frères coadjuteurs eux aussi retiendront comme valables pour eux ce principe de S. Ignace qui dit: jeté le fondement des vertus qui unissent l'instrument à Dieu, les moyens naturels qui rendent l'instrument de Dieu Notre Seigneur apte à servir le prochain contribuent, d'une façon générale, à la conservation et au progrès de tout le corps de la Compagnie, à condition toujours qu'on les apprenne et les emploie uniquement dans l'intention de servir Dieu. Et ceci non point pour appuyer notre confiance sur eux, mais pour coopérer, en les employant, à la grâce divine selon l'ordre voulu par la souveraine Providence. Dieu en effet a voulu que soient ordonnés à sa gloire aussi bien les dons naturels qu'il prodigue comme Créateur, que les dons surnaturels qu'il répand en nous comme Auteur de la grâce." (trad. e textu italiano.)

V. Fundator noster idem fere scripsit in art. 94 et 95, qui iam habentur in ms. I (1818).

#### 4) Quid de partibus Coadiutorum in regimine Congregationis? Art. 775.

Dispositio ~~introduc~~ta in ed. 4a (1910), art. 813. In ed. 5a (1928), duae modificationes mere verbales. Huic dispositioni via parata est in Capitulo generali 1904, consequenter ad examen casus particularis in Praefectura apost. (Cimbebasia (Fratres conversi partem activam habuerunt in electione delegati ad Capitulum generale). Cf. Circul. 83 diei 17 febr. 1905, p. 46 (Circul. adm. III, p. 93). In Cap. gen. 1906 postulatum de conferenda voce consultiva fratribus votorum perpetuorum relicitur. Tandem in Capitulo gen. 1908 decreverunt, ut in Constitutionibus adderetur articulus expresse denegans Fratribus conversis vocem tum activam tum passivam, quod fit in ed. 4a.

Non fuit innovatio realis, sed solum sanctio explicita tum praxis tum legislationis quae ab initio in Congregatione vigeant. Praefatus articulus enuntiat modo generali et comprehensivo quod aliis in Locis Constitutionum affirmatur in particulari (en détail). Ita quoad vocem activam vel passivam in electionibus: art. 375, 565, 566; quoad munera: art. 414, 431, 486, 582, 606 (can. 559). In omnibus his casibus requiritur expresse sacerdotium.

In societate civili auctoritas exercetur per se a laicis, et ipsi clerici eis subiiciuntur in re civili. In societate religiosa mere laicali vel etiam mixta, quae scil. prosequitur fines proprios ordinis generalis (v.g. curam infirmorum, instructionem) ad quos assumuntur laici aequae ac sacerdotes, merito attribuitur Fratribus pars in regimine. Ita v.g. in Ordine Fratrum S. Joannis de Deo, in Societate Mariae (Patris Chaminade). Aliter autem in Congregatione nostra, quae instituta est ad finem proprium ordinis sacerdotalis et intendit adunare per se primo sacerdotes (art. 1 sq), quamvis admittat quoque coadiutores laicos ad ministerium subsidiarium. Tale Institutum est proprie et essentialiter sacerdotale sive clericale (can. 488, 4\*) - quidquid sit de numero fratrum conversorum actu ad illud pertinentium = quales sunt Societas Jesu et generatim ordines clericorum regularium, Congregatio Missionis (Lazaristae), Redemptoristae, Oratoriani etc. In his regimen merito reservatur sacerdotibus.

Hoc minime impedit, quominus Fratribus coadiutoribus committatur directio in propriis officiis ordinis temporalis, imo et ordinis generalis (v.g. in scholis, reformatoriis), sub dependentia Superiorum.

A fortiori exclusio Fratrum a regimine Congregationis eos minime reducit ad conditionem mere passivam. Ipsis quoque competit participatio activa in vita et apostolatu Congregationis. Formentur ut in suis officiis se gerant active et intelligenter, ut res semper melius gerantur (initiatives), subiiciant ciant Superioribus et Oeconomis suas animadversiones vel consilia secundum cuiusque capacitatem et experientiam. Ad ipsam vitam spiritualem et apostolicam Congregationis concurrant efficaciter suo modo, scil. per suas operationes et merita, imo positae ponendis participando quibusdam operibus apostolicis sub dependentia Superiorum. Cf. Acta Cap. 1959, art. 140.

N.B. In ed. 4a (1910) interponitur hic art. 814 circa ordinem quo Fratres coadiutores interveniunt in collatione spirituali (coulpe). Iste articulus merito supprimitur in ed. 5a (1928), cum tota materia de collatione spirituali integre tractatur suo loco. Vide in art. 272.

## B) Dispositiones particulares. Art. 776-784.

### 1) Circa recitationem divini officii. Art. 776-777.

De hoc argumento nihil in Constitutionibus-Regulis S. Alphonsi, nec S. Ignatii nec S. Philippi Neri nec S. Vincentii a Paulo. Revera, S. Ignatius inaugurans novam formam vitae religiosae, non imposuit societati suae obligationem "chori"; exinde nulla quaestio de Fratribus coadiutoribus associandis psalmodiae divini officii. Illum secuti sunt S. Philippus Ner., S. Vincentius a Paulo et aequaliter etiam S. Alphonsus.

P. de Mazenod cognovit modum associandi fratres conversos officio choralis ex historia ordinum antiquorum, imo quasi propria experientia, scil. exemplo fr. MAURI quocum vivebat in communitate domestica per tres annos.

Vide supra internotas praevias ad hunc paragr., n. 4\*. Cf. Larose, in Etudes Oblates, 1955, pp. 228, 240; 1956, pp. 302, 309.

a) Fratres sunt immunes a recitatione divini officii. Art. 776.

Textus originarius gallicus in ms. "Honorat", art. 19: "Le genre d'occupations des frères ne leur permettant pas d'assister à tous les exercices spirituels de la communauté, ils seront dispensés de la récitation de l'office divin."

Quod legitur latine in ms.V (1825) et in ed.la (1827): "XIX. Cum propter rei domesticae curam non possint fratres laici omnibus spiritualibus exercitiis interesse, sic erunt immunes a recitatione divini officii." Servatur usque ad ed.5am (1928) incl. Attamen illud "sic" supprimitur iam in ed.2a (1853); et in ed.5a (1928) termino pristino "fratres laici" substituunt "fratres famulantes".

Fratres coadiutores nostri declarantur pure et simpliciter immunes ab obligatione recitandi divinum officium, sive in communi sive in particulari. Non sunt subiecti legi de recitando divino officio, nec legi ecclesiasticae (can. 135; 610), nec Constitutionibus nostris de hac re (art. 144; 154). Parum refert, utrum "cura rei domesticae" eos de facto impediatur an non, vel aliis negotiis occupentur. Motivum legis non cadit sub lege.

b) Fratres aliquantulum associantur psalmodiae officii divini. Art.777.

Cf. Larose, Le "petit office" des frères, in Etudes Oblates, 1956, pp. 289-322.

Textus.

Primitus, i.e. abhinc ms."Honorat", habentur tres articuli de hac re: "Art. 20. Cependant pour n'être pas privé des avantages de la prière publique qui est en vigueur dans la Société et pour participer au mérite de cet important exercice, ils réciteront en compensation de l'office des prêtres les prières suivantes:

Un PATER, un AVE MARIA, un CREDO, neuf AVE MARIA et un GLORIA PATRI pour MATINES; un PATER, AVE, CREDO, six AVE et un GLORIA PATRI pour Laudes; un PATER, AVE, CREDO, trois AVE et un GLORIA PATRI pour Primes. Les mêmes prières pour Tierce, les mêmes pour Sexte et les mêmes pour None.

Un PATER, AVE, six AVE et un GLORIA PATRI pour Vêpres.

Un PATER, Confiteor, Misereatur, Indulgentiam, cins AVE, GLORIA PATRI, PATER, AVE, CREDO pour Complies.

Art. 21. Ces prières sont obligatoires pour les frères comme l'office divin pour les autres sujets de l'institut.

Art. 22. Ils les réciteront autant qu'ils le pourront aux heures, et dans le lieu même s'il est possible où les autres membres de la Société récitent l'office divin."

In ms.IV (1825; textus gallicus definitivus) omittitur CREDO ad Tertiam, Sextam et Nonam. Sed iterum additur in versionibus latinis.

Revera, legitur in ms.V (1825) et in ed.la (1827): "XX. Verumtamen ne divini officii publica, ut ita dicam, quae apud nos viget prece, illiusque pretiosissimis fructibus, utque tanti exercitii merito fiant participes, praedictam recitationem sequentibus istis precationibus compensabunt; PATER, AVE, CREDO, novies AVE MARIA, GLORIA PATRI pro matutino, recitabunt; PATER, AVE,

CREDO, sexies AVE MARIA, GLORIA PATRI pro laudibus; PATER, AVE, CREDO, ter AVE MARIA, GLORIA PATRI pro prima; tantundem pro tertia, tantundem pro sexta, et tantundem pro nona; PATER, AVE, sexies AVE MARIA, GLORIA PATRI pro vesperis; PATER, CONFITEOR, MISEREATUR, INDULGENTIAM, quinquies AVE MARIA, GLORIA PATRI, PATER, AVE, CREDO pro completorio.

XXI. Istis orationibus adstringuntur fratres laici, sicut alii Societatis subditi officio divino.

XXII. In illis recitandis pro hora et loco insuper, si possibile sit, aliis divinum officium persolventibus quantum fieri poterit, adiungantur."

In ed. 4a (1910) omiserunt art. XXI utpote ambiguum. Potuit enim quis videre ibi obligationem e lege ecclesiastica. Iam anno 1866 S. Sedes nobis declaraverat: "9. in vim tantum Constitutionum, non vero ex praedep̄to Ecclesiae, Professi votorum simplicium, nondum in Sacris constituti, Officium vel alias preces recitare teneantur." S.C. Episc. et Reg., decr. 5-1-1866. Cf. Circul. 17 diei 29 jun. 1866, p. 6 (Circul. adm. I, p. 158); Commentarium priv. I, pp. 184, 192.

Similiter suppresserunt in eadem editione art. XXII utpote applicationis difficilis. Ceterum, ipse textus originarius admisit latitudinem valde amplam: "si possibile sit... quantum fieri poterit".

#### Commentarium.

Articulus 777 iterum ostendit quanti habuit P. de Mazenod illud "divinum officium palam et communiter recitatum" (art. 4) qualique sollicitudine curavit, ut locum privilegiatum haberet in sua Societate (art. 144 sq; 777 loquendo de "divini officii publica, ut ita dicam, quae apud nos viget prece", de "illius pretiosissimis fructibus" atque "tanti exercitii merito").

Propterea prae corde habuit, ut ipsi Fratres coadiutores associarentur huic praeclaro officio, inquantum possibile. Secutus est in hoc usum valde communem in Ordinibus antiquis imponendo Fratribus officium simplicatum, compositum ex precibus essentialibus et communibus, scil. ex "PATER" et "AVE MARIA" et "CREDO". Cf. Bonduelle, O.P., art. "Convers" in "Dictionnaire Droit can.", col. 578; A.-M. Henry, O.P., "Les convers autrefois et aujourd'hui" in "Supplément de la Vie Spirituelle", 1949, pp. 286 sqq; P. Larose, art. cit., in Etudes Oblates, 1956, pp. 290 sqq.

Quamvis sic dictum "parvum officium" Fratrum, sub respectu canonico-liturgico, non habeat dignitatem nec obligationem officii choralis impositi per legem Ecclesiae (can. 610), attamen, sub respectu morali et spirituali valde elevatur supra tot alios actus mere privatos pietatis, tum ratione suae compositionis, tum ex facto quod imitatur usum sacrum in Ordinibus vigentem per fere 1000 annos, tum per obligationem impositam per Constitutiones peculiariter approbatas a S. Sede, tum denique per intentionem manifestam et nobilissimam V. Fundatoris quam Congregatio non cessat proponere suis membris; art. 4, 144 sq, 777.

Quod attinet ad difficultatem huius recitationis, non est maior ac in recitatione rosarii similiumque precum: periculum cedendi fastidio ob repetitionem earundem formularum. Optimum remedium; meditatio comitetur verba, ita ut pia contemplatio vivificet et undique excedat linguae laborumque opus, sicut fit in rosario. Ad nihil inservit excogitare novas precandi formas, si deest ille contemplationis ignis.

"Parvum officium" compositum ex "PATER" et "AVE MARIA" certo modo ordinatum, non est unicus modus associandi laicos divino officio Ecclesiae. In aliis institutis fit per recitationem coronae Virginis, vel "Parvi officii B.M.V." vel officii specialiter pro laicis compositi vel Breviarii romani ex parte recitati (v.g. Laudes et Completorium) sive lingua vulgari sive lingua latina. Abhinc pluribus annis inquirunt de renovando officio fratrum apud nos et alibi. Non est mirum. Conditio valde immutata: olim plerique conversi non solum ignorabant linguam latinam, sed et erant illiterati nescientes legere nec scribere; adde factum promotionis omnium ad partem activam habendam in liturgia Ecclesiae. Cf. Circul. 203 diei 8 dec. 1953, p. 19 (Circul. adm. VI, p. 125); Larose, art. cit. in Etudes Oblates, 1956, pp. 302 sqq, 321.

2) Praescripta circa participationem in exercitiis pietatis. Art. 778-780.

a) Affirmatur obligatio de associandis fratribus pietatis exercitiis communitatis. Art. 778.

Textus.

In ms. "Honorat" legitur: "Art. 23. Ils feront la prière du matin, la méditation et ils entendront la messe avec la communauté. Ils feront l'examen particulier, diront le chapelet, feront la visite au St Sacrement, assisteront à la lecture spirituelle et diront la prière du soir aussi avec la communauté."

Transfertur latine in ms.V (1825) et in ed.1a (1827): "XXIII. Matutinae preceationi, meditationi et sacrosancto missae sacrificio cum communitate intererunt, exercitiis pariter ubi conscientiae examini privato vacatur, vel recitatur sacrae Virginis corona, vel sanctissimum Sacramentum visitatione colitur et adoratur, spirituali tandem lectioni et preceationi vespertinae cum communitate aderunt."

In ed.2a (1853), imprimis simplificatio litteraria ut phrasis latina expeditius fluat; omittuntur visitatio Ss. Sacramenti et lectio spiritualis tamquam exercitia facienda in communi cum tota communitate, sed adduntur mentalis oratio vespertina et generalis conscientiae discussio vespere facienda. "XXIII. Matutinae preceationi, meditationi et sacrosancto Missae sacrificio, necnon communibus exercitiis in quibus conscientiae examini privato vacatur, vel recitatur sacra Virginis corona, vel mentalis oratio coram sanctissimo Sacramento peragitur, atque tandem generali conscientiae discussioni, et vespertinis precibus aderunt cum communitate."

Est textus definitivus qui servatur usque hodie, addito solum uno vocabulo in ed.5a (1928): "necnon aliis communibus exercitiis".

Commentarium.

Est applicatio particularis principii generalis de vita communi colenda inter Patres et Fratres: art. 773. Omnes simul inveniuntur in oratione aliisque exercitiis spiritualibus coram Domino. Oratio communis gaudet peculiari promissione Christi: Matth. XVIII, 19sq. Missionarii nostri valde commendant fidelibus orationem faciendam in familia, et merito. V. Fundator voluit, ut vigeret in propria sua familia spirituali. Est nota characteristicae suae institutionis.

Faveat addere sequentia e "Regulae Societatis Jesu - Regulae Coadiutorum temporalium", ed. revisa 1957: "4. Toujours empressés de progresser chaque jour davantage dans la vie religieuse, ils auront en grande estime l'amour



des valeurs spirituelles, et même les considéreront comme l'âme de tout; qu'ils les préfèrent à tout autre chose, parce que sur elles se fonde la prospérité de la Compagnie; aussi mettront-ils toute leur diligence à accomplir en temps voulu les exercices de piété prescrits." (Trad. e textu italico.)

b) Providetur adaptationibus necessariis vel utilibus. Art. 779-780.

Per dispensationem a quibusdam exercitiis. Art. 779.

Ita iam in ms.<sup>a</sup>Honorat<sup>a</sup>; Art. 24. Mais lorsque leur travail l'exigera, ils pourront être dispensés d'une partie de ces exercices (jamais de la totalité d'aucun) par l'économe de concert avec le préfet spirituel, après qu'ils en auront référé au R.P. Supérieur."

Textus latinus semper idem abhinc ms.V (1825). Ut apparet, aliqua differentia inter textum originarium gallicum et textum latinum: "jamais de la totalité d'aucun" - "non vero ab omnibus", ita ut, secundum textum latinum, liceat dispensare fratres, positis ponendis, etiam a totalitate unius vel alterius exercitii, v.g. a lectione spirituali.

Ex collatione cum art. 622 et 623 resultat, quod dispensatio pertinet proprie et formaliter ad Superiorem localem.

De dispensatione ob alias causas, v.g. ob sanitatem, nihil in praesenti articulo. Valent principia generalia circa gubernationem Superioris localis; art. 583 et 586.

Ut omissio plus minusve frequens exercitiorum spiritualium non noceat Fratribus, valde importat ut ipse labor quasi spiritualizatur et fiat medium sive occasio unionis cum Deo. Sicut Sacerdotes debent seipsos sanctificare per exercitium ministerii sacri, ita etiam Fratres per suos proprios labores, etiamsi valde materiales. Cogita illud: "Magna dignitas laboris" (Officium S. Joseph Opificis, versus 2 Nocturni; Resp. ad Sextam).

Explicitatur in "Regulae Societatis Jesu - Regulae Coadiutorum temporalium": "6. Pour accomplir leurs travaux propres avec plus d'entrain et plus de joie, ils se rappelleront souvent que le Christ Notre Seigneur qui est venu non pour être servi mais pour servir, a exercé pendant tant d'années des occupations semblables dans la maison de Nazareth et en les exerçant les a sanctifiées, de sorte qu'on peut dire en toute vérité que les offices domestiques et les travaux dans les ateliers, accomplis pour le salut des âmes, ont été élevés à une dignité quasi divine." (ed. revisa 1957, trad. e textu ital.).

Per adaptationem horarii. Art. 780.

In ms.<sup>a</sup>Honorat<sup>a</sup> habetur, insertus post primam scriptionem manuscripti, sequens articulus: "Art. 25. L'économe pourra également, avec l'autorisation du Supérieur, suivant que les occupations ou une urgente nécessité le demanderaient, désigner à tous les frères convers ou à quelques-uns d'entre eux, d'autres heures pour leurs exercices religieux afin qu'ils s'en acquittent plus facilement et avec moins de précipitation."

Textus gallicus originarius, paululum immutatus, elegantiore stylo refertur in ms.IV (textus gallicus definitivus, 1825). Attamen prima versio latina, in ms.V (1825) et in ed.la (1827), videtur facta secundum textum priorem. "XXV. Poterit etiam oconomus, annuente superiore, prout laboris genus vel urgens necessitas postulaverit, indicere omnibus vel quibusdam alias horas, ut impropere et facilius possint Religionis officia implere."

In ed.2a (1853) illud "improperatius" (i.e. sine praecipitatione, lente) mutatur in "convenienter".

In ed.5a (1928), subiectum propositionis principalis merito ponitur in numero plurali; "Poterunt etiam..." In fine, modificatio mere verbalis: "ut convenienter et facilius religionis officia implere valeant."

Traductio gallica anni 1930 potius quam textum latinum authenticum 1928, sequitur textum gallicum manuscripti IV (1825), qui fere ad litteram assumitur.

Uniformitas absoluta vitae regularis non est possibilis. Plus quam regularitas mathematica important bonum communitatis et bonum ipsorum fratrum tum temporale tum praesertim spirituale. Ceterum vide commentarium ad art. 622 et 623.

### 3) Praescripta circa vestitum Fratrum coadiutorum. Art. 781-784.

Cum agatur de re quae de se magis subire potest variationes locorum et temporum, non est mirum observari etiam apud nos frequentes haesitationes, modificationes et diversitatem interpretationis et usus in hac materia vestitus Fratrum. Cf. parvum conspectum historicum apud P. Larose in "Etudes Oblates", 1955, pp. 288 sq.

Semper autem videtur praevaluisse istud criterium, ut scil. vestitus distinguat Fratres tum a saecularibus tum a sacerdotibus. Ita etiam in "Epitome Instituti Societatis Jesu", ed. 4a (1949), n. 212, § 3: "Coadiutorum temporalium vestitus talis sit ut eos tam a saecularibus (ac proinde regulariter religiosus sit), quam a Sacerdotibus nostris distinguat."

En nostra legislatio primitiva de hac re, in ms. "Honorat", ubi tamen apposita fuit post primam scriptionem textus. "Art. 26. L'habit des frères convers est une soutanelle d'une étoffe grossière ou de laine dont on les revêtira le jour qu'ils commenceront leur noviciat.

Art. 27. Lorsqu'ils feront leurs vœux annuels, on leur donnera une croix sans Christ.

Art. 28. Quand ils feront les vœux perpétuels ils recevront le Christ.

Art. 29. Pendant le travail, les frères convers pourront se servir d'habits ordinaires."

#### a) Vestitus religiosus Fratrum generatim. Art. 781.

Textus originarius in ms. "Honorat", vide supra: vestis religiosa Fratrum est talaris brevior, "la soutanelle". Erat tunc temporis in usu apud Jesuitas, Lazzaristas, Oratorianos, etc. Legitur in "Instituta Congregationis Oratorii", c. IX: "Nostri laici gerent vestem demissam usque ad genua; paulo vero inferius pallium." Cf. Cosentino, Histoire de nos Règles, I, p. 164; P. Larose, in "Etudes Oblates", 1955, p. 288.

In ms. IV (1825) legitur: "Art. 26. L'habit des frères convers est une soutanelle de drap commun ou de serge qu'ils prendront en entrant au noviciat."

Quod traducitur latine in ms. V (1827): "Art. 26. Fratrum laicorum vestis est tunicella pannosa vel lanea, quam induunt inchoando novitiorum tyrocinium." Item in ms. VI (transcriptio facta propria manu a Patre de M. mense februarii 1826 Romae, secundum exemplar authenticum, i.e. manuscriptum "Jeancard" correctum iuxta animadversiones Commissionis cardinalitiae et a S. Sede approbatum. Item etiam in ed. 1a (1827), art. XXVI. Et ita usque ad editionem 3am (1894) incl.

N.B. Idem terminus "tunicella" inveniebatur in ms. "Jeancard", pars 2a, cap. IV, § 2 De Obsequiis, art. III (hodie art. 357). Card. Pedicini examinando Constitutiones observavit illum terminum esse aequivocum, cum designet etiam vestem liturgicam subdiaconi, episcopi... Cf. "Missions", 1952, pp. 494, 499. P. de Mazenod, simul cum Mgr Marchetti, corrigebant ad mentem substituendo hanc formulam "vestis contracta, prout est in eorum usu". Praesens autem art. 26 remansit immutatus: "Fratrum laicorum vestis est tunicella pannosa vel lanea..." Fuitne oblivio? Vel potius censerunt ex contextu tolli omnem aequivocationem? Ipse Card. Pedicini hoc opinatus est pro nostro art. 26.

Ex una parte famosus ille art. 26 receptus in ed. prima fuit aliquantulum obscurus et locum dedit diversis interpretationibus. Apparet iam in epist. Fundatoris Romae scripta die 30-3-1826 ad P. Tempier: "Vous me demandez quel habit il faut donner à nos Frères; je crois qu'il faut tout bonnement leur donner une soutane avec le collet montant comme les nôtres, et une petite ceinture de laine de trois doigts de large." Cf. "Missions", 1872, p. 288. Mgr de Mazenod clarius explicavit in Capitulo gen. 1843, Decl. III. Cf. Registre des Chapitres gén., t. I, p. 73; Cosentino, Nos Chapitres généraux, p. 52.

Ex altera parte desiderium legitimum Fratrum habendi vestem vere religiosam, et quidem non nimis diversam ab ea qua utebantur Oblati sacerdotes; dispersio Congregationis per regiones valde diversas.

Exinde frequentes reclamaciones, interventiones Capitulorum generalium, v.g. 1843, 1856, 1861, 1867, 1879, 1898, 1904. Cf. Cosentino, Histoire de nos Règles, V, pp. 233-241.

Tandem aliquando Capitulum generale 1908 terminavit rem adoptando duos articulos qui fiunt in ed. 4a (1910) art. 820 et 821. "820. Fratrum laicorum vestitus conformis erit vestitui ipsorum Sacerdotum nisi quod vestis talaris.." In ed. 5a (1928) retinent eundem ~~textum~~ mutato uno vocabulo in initio: "781. Fratrum famulantium vestitus..."

Attamen subsistebat occasio incriminandi dispositionem latam. Textus editionum 1910 et 1928 fert "sursum a cingulo fibularum habet seriem ad humerum sinistrum inflectentem". Dicunt fuisse errorem redactionis, cum textus debuisset ferre "ad humerum dexterum inflectentem", prout habebat mos satis communis. Unde deliberationes in Capitulo generali 1938, quod concludit: non insistendum in observatione huius puncti valde secundarii, utendum epichia. Cf. Registre des Chapitres gén., V, 155-157; Circul. 164 diei 19-3-1939, pp. 36sq (Circul. adm. IV, pp. 354 sq); Cosentino, Histoire de nos Règles, V, pp. 321sq, nota (934).

Dispositio Constitutionum circa habitum religiosum ferendum a Fratribus coadiutoribus confirmatur a Iure communi; can. 596. V. Fundator commendans Patri Courtès sollicitudinem de Fratribus conversis, addidit: "Ils doivent... garder la soutane, n'importe qu'ils l'usent; ils se respectent davantage et on les respecte mieux, quand ils sont revêtus de leur habit." (Epistola 27-8-1837 cit. apud Yenveux, VIII, 156 sq.)

b) Providetur adaptationibus convenientibus. Art. 782-783.

1\* In adiunctis peculiaribus locorum et temporum. Art. 782.

Dispositio introducta in ed.4a (1910), art. 821. In ed.5a (1928) retinent eundem textum suppresso illud "Provincialis seu missionum Vicarius", conformiter ad normam generalem articuli 511.

Sed iam Capitula generalia anteriora, v.g. 1861, 1867, 1904, attribuerunt expresse Provincialibus facultatem providendi adaptationibus necessariis. Cf. Cosentino, Histoire de nos Chapitres généraux, pp. 73, V; 85, § 3 De vestibus ac refectione, art.1; 173, Decl. III. Idem, Histoire de nos Règles, V, pp. 237, 238, 240.

Iudicium Provincialis in hac materia non indiget confirmatione Superioris generalis. Cf. art. 531, 15\* et 532. In casu exceptionalis et urgente necessitate, competit etiam Superiori locali iudicare. Cf. can. 596.

Etiam extra domum vestitus Fratrum coadiutorum prae se ferre debet quid distinctivi et religiosi. Cf. can. 596; Circul. 164 diei 19 martii 1938, pp. 37-39 (Circul. adm. IV, pp. 355-357).

2\* In laboris necessitatibus communibus. Art. 783.

Dispositio iam in ms."Honorat" legitur: "Art. 29. Pendant le travail, les frères convers pourront se servir d'habits ordinaires."

Transit in versiones latinas, prout legitur in ms.V (1825) et in ed.la (1827): "XXIX. Inter laborandum, poterunt fratres famulantes, vestibus, ut ita dicam, ordinariis indui."

In ed.2a (1853) obtinet suam formam definitivam: "XXIX. Inter laborandum, poterunt fratres famulantes vestibus communibus, quae tamen decent religiosum virum, uti."

In ed.4a (1910), art. 822, transponitur in praesentem locum, scil. ante dispositionem de cruce oblatica.

Sunt quaedam laboris formae quae admittunt absque notabili difficultate vestem religiosam. Semper autem maxime convenit, ut vestes, quaecumque sint, non sint sordidae nec laceratae, quae certo non "decent religiosum virum", quia non decent hominem bonae educationis. Attendendum in hac re tum urbanitati, munditiei et paupertati religiosae. Principium articuli 201 valet etiam pro religiosis fratribus.

Brevis nota historica de vestitu fratrum laicorum inter laborandum, vide apud Larose, in "Etudes Oblates", 1955, pp. 289 sq.

c) Dispositio particularis de cruce oblatica. Art. 784.

Cf. P. Larose, l.c., p. 290.

In ms."Honorat" duo art. 27 et 28 de hac re. Vide supra. Transeunt in versiones latinas et sic leguntur in ms.V (1825) et in ed. la (1827): "XXVII. Cum vota annua emittunt, nudam Crucem accipiunt. - XXVIII. Cum perpetua, Christi crucifixi imaginem."

In ed.4a (1910), duo articuli de hac re transponuntur in fine paragraphi: art. 823 et 824. In ed.5a (1928), ambo articuli merito coniunguntur in unum art. 784, absque modificatione textus.

Fratribus coadiutoribus traditur "crux minor" cruce sacerdotum (art. 781). Et ita ab initio. Dimensiones variaverunt cursu temporum. Mgr de Mazenod determinavit in Capitulo gen. 1843; 12 ctm longitudinis et 6 ctm latitudinis. In Capitulo gen. 1879 augent paululum dimensiones; 16 ctm longitudinis, 8 ctm latitudinis. Et ita adhuc in Acta Cap. 1959, art. 71. Cf. Cosentino, Histoire de nos Règles, V, 234, 238 sq.

Symbolismus et cultus crucis Christi. Ea quae dicuntur in art. 309-311 valent etiam pro Fratribus coadiutoribus servatis servandis.

Fratribus qui exceptionaliter ante oblationem perpetuam ad exterarum Missiones mittuntur (Acta Cap. 1959, art. 134) vel quibus ipsa opera apostolica committuntur (Acta Cap. 1959, art. 140), videtur posse concedi facultas ferendi crucem cum Christi crucifixi effigie "veluti instrumentum authenticum legationis" suae (art. 309), si Superioribus opportunum apparet, ad mentem Actuum Cap. 1949, art. 16 (Sacerdotibus nondum perpetuo Oblatis fas est in actu missionis Crucifixi imaginem deferre).

N.B. De lectione librorum, ephemeridum, de bibliotheca instituenda in favorem Fratrum coadiutorum; vide supra, commentarium ad art. 625 (p. 93); Acta Cap. 1959, art. 135; 141.

Liceat addere sequentia e "Regulae Societatis Jesu - Regulae Coadiutorum temporalium", ed. revisa 1957, n. 16: "Ils se serviront seulement de ces livres, périodiques et journaux qui sont mis en service commun dans leur bibliothèque ou salle de récréation, ou bien sont attribués personnellement à quelqu'un par le Préfet spirituel ou le Supérieur, soit pour leur progrès spirituel ou l'avancement dans la culture humaine, soit en vue de leur métier ou office. Ils se garderont bien de perdre leur temps en lectures inutiles ou frivoles." (Trad. e textu italico.)

#### Appendix.

Recursus ad coadiutores extraneos: "Consociatio Missionaria Mariae Immaculatae" aliaque piaae uniones vel "Instituta saecularia". Cf. Acta Capitulum 1959, art. 151; Circul. 182 diei 25 ianuarii 1948; Circul. adm. V, pp. 204-221; Circul. 203 diei 8 dec. 1953, p. 48 (Circul. adm. VI, p. 154); Circul. 208 diei 1 sept. 1959, pp. 92-94 (Circul. adm. VI, pp. 311-313).

PARTIS TERTIAE  
CAPUT QUARTUM  
DE MEMBRORUM CONGREGATIONIS  
EGRESSU ET DE DIMISSIONE E SOCIETATE

Introductio.

1) Ordo rerum.

Continuatur legislatio de membris Congregationis. Postquam dictum est de eorum aggregatione et formatione (Caput III), dicendum manet, ex opposito, de eorum separatione a corpore Societatis. Vide supra introductionem ad tertiam partem: vol. III, p. 7.

Est et semper fuit ultima sectio Regularum, finem faciens Constitutum, et quidem originarie fuit caput tertium partis tertiae. Ita in ms.I (1818) et in omnibus manuscriptis tum gallicis tum latinis; item in ed. la (1827).

In ed.2a (1853), consequenter ad Capitulum generale 1850, instituitur divisio Congregationis in provincias et vicariatus, caput primum tertiae partis - "De Societatis gubernio" - scinditur in duo capita distincta, scil. caput I "De generali Congregationis gubernio" et caput II "De speciali Congregationis regimine". Exinde nostra sectio de egressu et dimissione iam fit caput quartum.

2) Titulus capituli.

In ms.I (1818) legitur sic: "Des causes qui doivent déterminer à renvoyer de la Société - De ceux qui ont le pouvoir de le faire - De la manière de l'exécuter."

Tituli similes inveniuntur apud S.Ignatium, Constitutiones Societatis Jesu, IIIa pars, ut infra dicetur.

Vertitur latine, prout habetur in ms.V (1825) et in ed.la (1827):  
"DE CAUSIS EJECTIONIS A SOCIETATE - QUINAM POSSINT EJICERE ET QUOMODO."  
Et ita usque ad editionem 4am (1910) incl.

In ed.5a (1928) titulus reducitur ad formam breviorum, ad exemplar novi Codicis Iuris Can., Lib. II, Pars II, Tit. XV et XVI. "DE EGRESSU ET DE DIMISSIONE E SOCIETATE."

3) Materia huius capituli.

Primitus hic legiferebant fere exclusive de dimissione e Societate, ut ferebat ipse titulus originarius capituli, et resultat ex articulo introductorio (hodie art. 785).

In ed.4a (1910) interponunt unum brevem art. 828 de dispensatione a votis temporariis. Supprimitur in ed.5a (1928), atque eius loco apponunt duas vel tres lineas de egressu post expletum votorum temporariorum tempus:

art. 788. Ceterae dispositiones omnes referuntur ad dimissionem e Societate, et quidem determinant iura et obligationes Superiorum, ut salvetur tum bonum commune Instituti tum bonum personale membrorum.

Titulus novus introductus in ed. 5a (1928) est proinde paululum ambiguus. Revera, legislator noster, nec primitus nec hodie, intendit tractare de egressu e Societate formaliter et per integrum, determinando de variis modis egrediendi e Congregatione, licite (per dispensationem votorum, transitum ad aliam religionem) vel illicite (fuga, apostasia a religione), et tradendo regulas servandas in variis istis casibus. Et merito! Non est necessarium, cum valeant pro nobis in hac materia leges iuris communis, nec quid peculiare observandum occurrat e nostro iure particulari.

Imo non apparet utile nec conveniens. V. Fundator eiusque Regulae et Constitutiones intendunt maxime, ut Sodales forment ad perseverantiam in Congregatione, et ipsum hoc caput de "dimissione" tendit ad promovendam indirecte perseverantiam. Huic autem tam necessariae perseverantiae vix faveret expositio facta indiscriminatim ad omnes, in ipsis Regulis, omnium possibilitatum discedendi a Congregatione, legitime vel illegitime. Quae scitu sunt necessaria circa hoc, facile explicari possunt opportuno tempore et modo Fratribus coadiutoribus; ceteri ea cognoscunt e studio iuris canonici.

Liceat evocare analogiam cum lege divortii; ista est quasi tentatio permanens quaerendi in divortio solutionem difficultatum quae in matrimonio occurrunt. "La seule possibilité de changement y provoque." (Auguste Comte) Le "désert d'amour", comme le Sahara, produit des mirages; la possibilité et la facilité du divorce - de la dispense des vœux ou du passage à un autre institut - font apparaître, par delà les sables arides, l'image trompeuse des eaux vives d'une oasis.

#### 4) Fontes huius capitis.

In Constitutionibus-Regulis S. Alphonsi nulla peculiaris tractatio de hac re, sed solum brevis mentio facultatis Rectoris Maioris dimittendi Sodales, in Parte II, cap. I (De votis), § 4 (De voto perseverantiae); "... salva semper libertate Rectoris Maioris dimittendi illos subditos qui non erunt aedificationi, quamquam ipse huius motivi serio coram Deo ponderare oportebit; et in hoc specialiter summa cum rectitudine et absque ullo pravo affectu procedet." (Trad. e textu originario italico.)

E contra, S. Ignatius in "Constitutiones S.J." agit de dimissione per totam partem 2am. Complectitur quatuor capita;

Caput I. Qui dimitti possint et per quos.

Cap. II. De causis propter quas dimitti aliquem conveniat.

Cap. III. De modo dimittendi.

Cap. IV. Quomodo se gerat Societas cum iis qui sua sponte recederint, vel quos ipsa dimitteret.

P. de Mazenod, componens suas Constitutiones-Regulas anno 1818, sequitur eundem omnino ordinem, exprimit easdem ideas principales et dispositiones legislativas, saepe iisdem terminis vel similibus, ut apparebit infra per singula. Certo nititur Constitutionibus S.J., ex quo fonte hausit directe vel indirecte.

A) Principium generale. Art. 785.Textus.

Dispositio habetur iam in ms.I (1818): "Quelques soin que l'on ait pu mettre pour ne recevoir dans le noviciat que des sujets sur la persévérance desquels on pouvait compter, il est néanmoins à présumer qu'on aura la douleur de rencontrer quelque sujet infidèle ou quelqu'un que l'on ne jugera pas propre pour l'Institut et qu'il faudra renvoyer. Dans ce cas, le supérieur général et son Conseil ne sauraient mettre trop de circonspection et de prudence pour ne rien précipiter; car, s'il était important de n'admettre que difficilement, il l'est davantage d'être plus difficile encore pour renvoyer, et les motifs qui détermineront à prendre ce parti extrême, devront être d'autant plus graves que le sujet sera attaché par plus de liens à la Société."

Pulcherrime traducitur in linguam latinam, prout legitur in ms.V (1825) et in ed.la (1827): "Art. I. Quantumcumque curaverimus in numerum nostrum cooptare nisi viros perseverantia non dubios, nihilominus cum dolore conjectandum est nos miserabiliter incidere posse in aliquem vocationi suae infidelem, vel Instituto nostro non idoneum, et de sinu nostro movendum. Si casus incidit, Superior generalis et ejus consilium maximam cautionem et diligentiam adhibere debent, ut nihil inconsulte statuatur, enimvero si tantum interesset primos aditus difficiles facere, maximi nunc interest ejectionem facere difficiliorem et quo multiplicia erunt vincula inter virum et Societatem, eo majores esse debent causae moventes ad ea rumpenda."

Substantia textus servatur usque hodie, apposita correctionibus potius materialibus. Ita in ed.2a (1853) phrasi originariae, optimae latinitatis et simplicitatis lucidae "perseverantia non dubios" substitunt minus feliciter istud: "viros perseverantiae, nec dubios". Sensus formulae originariae apte exprimitur in translatione gallica anni 1930: "des sujets dont la persévérance ne paraissait pas douteuse".

Praeterea, locutioni pristinae "nos miserabiliter incidere posse" sufficiunt istam "nos quandoque incidere posse." Tandem plures modificationes verbales; "... cooptare solum viros perseverantiae... incidere posse in aliquem vel vocationi suae infidelem, vel... Si casus acciderit... enimvero si tanti interesset... inter virum et Congregationem..."

In ed.4a (1910), art. 825, interponunt referentiam ad art. 459, n. 14\* (in ed.5a, art. 435, 14\* et 15\*); "...Superior generalis et ejus consilium maximam cautionem et diligentiam adhibere debent, ut nihil inconsulte statuatur, circa ea quae notata inveniuntur art. 459, n. 14\*; enimvero..."

In ed.5a (1928) merito omittunt illam referentiam. Praeterea, notantur sequentes modificationes: "Enimvero si tanti intererat primos aditus difficiles facere, maximi nunc interest dimissionem facere difficiliorem; et quo plura sunt vincula inter sodalem et Congregationem..."

Comparatio cum dispositione correspondente S. Ignatii in "Constitutiones S.J."

Pars, II, cap. I, n. 1.

Sicut apud Patrem de Mazenod, est introductio generalis et principium generale totius huius materiae.

"Ut autem ad propositum huic Societati finem divini obsequi et auxilii animarum convenit conservari, et numero augeri operarios idoneos ac utiles ad hoc opus promovendum; ita dimitti eos oportet qui tales non fuerint inventi



et successu temporis deprehendatur, vel quod haec non sit eorum vocatio, vel quod ad commune bonum Societatis non conveniat ut in ea maneant. Sed tamen, ut non faciles esse ad admittendum, ita neque ad dimittendum, immo minus oportet; sed mature omnino et considerate in Domino procedendum est. Et, quamvis causae ad dimissionem dignas eo graviore esse oportet quo quis arctius Societatis corpori coniunctus est; quantumlibet tamen quisque sit coniunctus, in quibusdam casibus separari ab ea posset ac deberet, ut sequenti Capite videbitur."

Commentarium.

1) Affirmatur facultas, imo obligatio Congregationis excludendi sodales positos ponendis.

Habetur e iure communi Ecclesiae, prout luculenter constat e tota traditione status religiosi et e lege scripta Codicis Iuris canonici: Liber II, Pars II, Titulus XVI.

Est luctuosa necessitas in omni societate humana et in ipsa Ecclesia Christi super terram: recole I Cor. V, 2-5, 11-13; poenam excommunicationis. Nullum Institutum religiosum effugit hanc necessitatem, data infirmitate humana tum ex parte subditorum, tum ex parte superiorum qui non sunt infallibiles in diiudicandis candidatis admittendis, non obstante debita sollicitudine ("Quantumcumque curaverimus in numerum nostrum cooptare solum viros perseverantiae...")

Est necessitas utique acerba et amara: "cum dolore coniectandum est". Exigit ex parte superiorum fortitudinem animi non mediocrem, utique supernaturalem et caritate temperatam. Pius XI ad Superiorem generalem cuiusdam Instituti religiosi: "... C'est difficile, de se résigner à congédier un jeune homme. Plus longtemps on l'a gardé, plus cela est difficile. Pour s'y résoudre, il faut que les supérieurs aient le courage de faire trois actes d'humilité, de se dire: nous avons perdu notre temps, nous avons perdu notre argent, nous nous sommes trompés sur le compte de ce sujet." (Cit. apud Frey, Conseils sur la formation eccl., 2e éd., Rome, 1937, pp. 14sq.) Et frequenter accedunt alia adiuncta dolenda, praesertim si agitur de sodalibus iam a longiore tempore ad familiam pertinentibus.

P. de Mazenod melancholice recoluit illam necessitatem separationum. Ita in epist. diei 15 sept. 1832 ad P. Courtès, qui erat valde afflictus ob defectionem alicuius a Congregatione: "En attendant, pour vous consoler, je vous rappellerai que du temps du Bx Alphonse-Marie Liguori une quantité de sujets entrèrent chez lui pour être faits prêtres et décampèrent aussitôt qu'ils eurent dérobé le sacerdoce... d'où je conclus qu'il y a partout un grand nombre de misérables, et que ce serait folie de vouloir être exempts du sort auquel tous les autres sont soumis. Vous pouvez lire à vos amis ces réflexions et ces faits pour les consoler dans le chagrin que de pareilles infamies occasionnent toujours à des âmes droites pénétrées de la sainteté de leurs obligations. Tout en vous parlant ainsi, je ne laisse pas de frémir à la vue des jugements de Dieu sur de si grands coupables." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 192 sq.)

In suo "Journal" notat die 23 dec. 1839, relate ad duos candidatos admissos ad oblationem: "Leur oblation aura lieu un de ces jours; ils auront les numéros 82 et 83. Hélas! Satan a criblé cette famille si redoutable à l'enfer, et il n'en a pas moins passé que 17 sujets qui ne se sont trouvés de

poinds ni de mesure. Ils sont tombés avec la paille. Dieu veuille que ce ne soit pas pour être brûlés. - Outre ces 17, huit autres pour de bonnes ou faibles raisons, ont été dispensés, ce qui fait un total de 25 à déduire de 83. Reste 58 dont dix ont déjà reçu la récompense due à leur persévérance. Effectif réel sur la terre: 48 dont 41 Prêtres, 3 Oblats dans les ordres inférieurs et 4 frères convers.

Tel est le personnel de la Congrégation en fin décembre 1839." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 182sq.)

Fundatoris autem dolor vehementer erumpebat quoties concrete urgebat necessitas dimittendi sodalem vel dispensandi vota post apostasiam alicuius. Ita in litteris ad P. Albini, 1829, post vix superatum periculosum morbum: "Mon cher P. Albini, quoique je garde encore la chambre, il est de fait que je vais beaucoup mieux. En attendant quelque autre visite de la miséricorde de Dieu, je savoure à loisir d'autres genres d'amertume, infiniment plus sensibles parce que Dieu est grièvement offensé et qu'il en résulte pour notre chère famille une confusion qu'il est difficile de supporter sans chagrin... (et mentionem facit duorum apostatarum, quorum vota solvit)." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 170.)

Item in epist. martii 1854 ad P. Santoni: "Encore un traître qu'il faut expulser! Ah! c'est bien là la croix la plus lourde que je puisse porter, la plaie la plus cuisante et qui saigne toujours. Je ne me fais pas à une pareille infidélité... Je les appelle tous ces indignes au tribunal de Dieu qui saura bien reviser la sentence forcée qui nous est arrachée ici-bas... Mais c'est affreux que d'avoir des consciences de cette trempe!... Je ne déploreraï jamais assez un pareil malheur pour lui. Il est souverainement à plaindre de ne l'avoir pas compris..." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 188.)

2) Auctoritas cui competit ius dimittendi sodales post oblationem emissam.

Competit solum auctoritati supremae, scil. Superiori generali agenti cum suo Consilio. Ita e iure communi (can. 647, § 1; 650) et e nostro iure particulari. Valet etiam - saltem quoad recursum ad Superiorem generalem - in casu dimissionis indirectae, scil. exclusionis a renovanda professione vel emittenda professione perpetua, expletis votis temporariis (art. 788).

Dimissio sodalium, post oblationem factam, habetur ut "causa maior" quae merito reservatur Superiori supremo.

3) Conditiones servandae: "maximam cautionem et diligentiam adhibere debent..."

Cum agatur de statu publico in Ecclesia Christi, ingressus et egressus vel dimissio e religione pertinet ad auctoritatem publicam Ecclesiae. Superiores competentes in hac re detinent, suo modo et gradu, illam auctoritatem publicam eiusque vi decidunt. Debent proinde procedere ea sapientia quae congruit illae auctoritati; eo vel magis quod salvanda sunt iura tertii, scil. Congregationis et maxime Dei ipsius cui facta sunt vota, praeter iura acquisita sodalis et quodammodo eius familiae. Cogita quoque de scandalo possibili.

V. Fundator noster solebat procedere absque praecipitatione. Scripsit die 9 aug. 1838 ad P. Dassy, relate ad sodalem quem putabant esse dimittendum ob eius modum agendi valde dolendum: "... toute mon application - tant il est vrai que je suis père - a été de détourner le Conseil de prononcer une expulsion. Etait-ce le bon Dieu qui me donnait le pressentiment d'un retour que rien n'annonçait, je n'en sais rien. Dieu est si bon, si miséricordieux que

nous ne saurons jamais mesurer les profondeurs de ses desseins sur des créatures..." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 224.)

Similiter notavit in suo "Journal", 25 febr. 1839: "J'ai déposé maintes fois dans ce journal mes justes plaintes sur la conduite du P. Kotterer. Je lui dois de consigner de même le souvenir des consolations que m'a fait éprouver son retour. Depuis que, par une grâce spéciale de Dieu, il est rentré dans le bercail, il s'acquitte de ses devoirs comme il faut, et il n'a pas donné un seul sujet d'inquiétude... la pensée de ses engagements sacrés a été le fil qui l'a ramené dans la voie. Dieu qui voulait son bien n'a pas permis que je consentisse à rompre les liens qui l'unissaient à Lui et à cette sainte Congrégation dont il voulait se séparer. Cette erreur d'un moment sera réparée. Heureux de son retour, je ne lui ai jamais fait le moindre reproche. Je me suis contenté d'en remercier Dieu du fond de mon coeur.

Je veux aussi remarquer combien je suis satisfait de la conduite de deux autres sujets qui avaient donné du chagrin au P. Guibert, et sur le compte desquels ce père avait été obligé de m'écrire des choses bien pénibles à mon coeur. Jamais rien contre les moeurs. Pas l'ombre d'inquiétude sur ce point. Mais hors cela, plus qu'il n'en fallait pour autoriser le sentiment du P. Guibert qui opinait pour qu'on les expulsât de la Congrégation, et ce sentiment était partagé par d'autres. Quelque chose me disait dans le fond de mon âme que le mal n'était pas sans remède, que ces deux Pères étant fort jeunes, leur imagination avait pu se monter, qu'ils se laissaient peut-être guider par des préventions défavorables à leur Supérieur local dont ils interprétaient mal la manière de faire à leur égard. Ils ont beaucoup d'esprit l'un et l'autre, l'amour propre a pu les séduire et le bon Dieu les punit momentanément en les livrant à leur propre esprit. Que fallait-il pour remédier à ce mal? Qu'il s'humiliassent devant le Seigneur, qu'ils reconnussent leurs torts; après cela j'attendais tout de la bonté de Dieu. Pour cela il fallait les rappeler auprès de moi. C'est ce que j'ai fait, et je n'ai pas été trompé dans mon espérance. Ces deux bons sujets sont tout doucement rentrés dans leur état normal, tout à leur devoir; loin de mériter le moindre reproche, ils se conduisent en bons religieux... je bénis Dieu de m'avoir inspiré la conduite que je devais tenir à leur égard pour les sauver. Je n'avais pas cessé de les aimer alors même qu'ils me donnaient le plus de souci..." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 199.)

Illam "maximam cautionem et diligentiam", quas commendant Constitutiones, inspirare debent non solum iustitia, sed etiam et potissimum vera et sincera caritas tum erga Congregationem et Ecclesiam tum erga ipsos sodales de quorum dimissione agitur. Cf. art. 791, 795-797. Superiores non cogitent ante omnia, ut sese expediant a subditis qui sibi oneri et taedio sunt (se débarrasser de sujets qui leur causent des ennuis), sed potius ut animas salvent, ut consulant ministerio redemptionis quod commissum est Congregationi. Vel ut habet S. Ignatius l.c.: "Ut autem ad propositum huic Societati finem divini obsequii et auxilii animarum convenit..."

"Maxima cautio et diligentia" requisitae in hoc negotio manifestantur imprimis in aestimatione causarum dimissionis, quae quidem considerandae sunt non solum secundum earum valorem absolutum, sed etiam relativum; "quo plura sunt vincula inter sodales et Congregationem, eo maiores esse debent causae moventes ad ea impunda." Non aliter S. Ignatius, l.c.

"Maxima cautio et diligentia" exigunt quoque, ut omnes intervenientes in hac re cognoscant et accurate sancteque observent praescripta iuris tum communis tum nostri particularis (art. 788 sqq.)

S. Ignatius commendat Superiori dimittenti sequentia: "Primum est, ut oret ipse Dominum, et domi orari ea intentione curet (quamvis quis sit pro quo oratur non intellegatur), ut docere Dominus noster dignetur ea in re de qua agitur suam sanctissimam voluntatem. - Alterum, ut id conferat cum aliquibus seu aliquo ex domesticis, qui ad hoc negotium aptiores ei videantur, et audiat quid illi sentiant. - Tertium, ut, omnem exuendo affectum, et maiori Dei gloria prae oculis constituta, ac communis boni, tum etiam, quoad eius fieri poterit, particularis ratione habita, expendat hinc inde causas, et statuatur an dimittere debeat necne." (Constitutiones S.J., Pars II, cap. III, nn. 2-4.)

Cautio et diligentia adhibenda, ut nihil inconsulte statuatur, non excludunt tamen rapiditatem actionis in casu urgentis necessitatis, ita tamen ut etiam tunc nihil inconsulte statuatur. Cf. Can. 653; Constitutiones O.M.I. art. 532.

B) Dispositiones particulares secundum diversitatem casuum. Art. 786-798.

1) Dimissio novitiorum etulantium. Art. 786-787.

Dimissio novitiorum. Art. 786.

Habetur iam in ms.I (1818): "Le supérieur général peut renvoyer le novice qui n'a pas encore fait son oblation." Quod vertitur latine in ms.V (1825) et in ed.1a (1827): "II. Superiori generali licet dimittere novitium qui nondum vota emisit."

Post institutionem provinciarum (1850/1851) completur in ed.2a (1853): "III. Superiori generali, Provinciali et Missionum Vicario licet..."

In ed.5a (1928) omittunt mentionem explicitam "Missionum Vicarii", conformiter ad principium generale articuli 511.

Quae dimissio fieri debet secundum exigentias caritatis, aequitatis et prudentialae, attentis praescriptis iuris communis et particularis. Requiritur proinde et sufficit "quaevis iusta causa", quin Superiores teneantur dimissionis causam dimisso patefacere. Cf. can. 571, § 1; Constitutiones O.M.I., art. 731, et commentarium in h.l.

Iusta causa poterit esse illa quae enumeratur in art. 792, 2\*.

Si casus urget, etiam Magister novitiorum potest dimittere novitium. Cf. art. 731, et commentarium in h.l.

Quae novitius attulerit et usu consumpta non fuerint, ei restituantur. Cf. can. 570, § 2.

Dimissio postulantium. Art. 787.

In ms.I (1818) legitur in eodem contextu: "II [i.e. Superior gen.] peut, de son autorité privée, renvoyer celui qui n'a pas encore été admis au noviciat; ce qui, à proprement parler, n'est pas une expulsion, mais une simple déclaration que le sujet n'est pas propre pour être admis au noviciat."

Prima versio latina in ms.V (1825) et in ed.1a (1827): "III. Potest a fortiori, privata auctoritate, dimittere illum qui nondum tyrocinium sacrum inchoavit; quae dimissio non est proprie ejectio, sed nuda et simplex declaratio virum non esse vocationi nostrae idoneum."

In ed. 2a (1853), verbum ponitur in numero plurali propter mutatum articulum praecedentem. "Possunt a fortiori..."

In ed. 5a (1928), termino originario "privata auctoritate" substituunt istum "propria auctoritate". Quaeri potest, utrum nova terminologia reddat plene sensum formulae primitus adhibitae. Superior generalis et Provincialis possunt admittere vel non admittere candidatum postulante, quatenus sunt caput et rector propriae familiae religiosae, quin habeant reddere rationem extraneis. Est res familiae; agunt "privata auctoritate - de leur autorité privée". Traductio gallica anni 1930 servavit terminum originarium "de leur autorité privée".

Ex hoc autem minime sequitur Superiores posse admittere vel non admittere candidatos postulantes pro libitu suo. Exercitium auctoritatis tum publicae tum privatae est actus virtutis prudentiae inspiratae et informatae caritate. Caritas ergo Ecclesiam, Congregationem et erga ipsos candidatos postulat, ut non admittantur nisi tales qui sunt vere idonei, et ut non repellantur qui tales vere sunt.

## 2) Separatio a Congregatione expleto tempore votorum temporariorum. Art. 788.

Dispositio introducta in ed. 5a (1928), consequenter ad novum Codicem Iuris Canonici, can. 637 cuius textus assumitur fere ad litteram. In textu editionis 1928 videtur irrepsisse error materialis sive mendum (faute d'impression) in numero referentiae "servatis art. 735 et 737". Revera videtur esse legendum "735 et 736" vel forsitan "735-737", ut habetur in traductione gallica 1930. Etenim art. 736 huc omnino pertinet ut infra dicetur; eo vel magis quod in praefato art. 736 fit expresse referentia ad art. 788. In art. 737 agitur unice de admissione ad oblationem primam et perpetuam confirmandam a Superiore generali.

### a) Egressus voluntarius elapso votorum tempore.

Tum ius commune tum nostrum ius particulare affirmant libertatem relinquendi Institutum et Statum religiosum post expletum tempus votorum temporariorum. Sequitur e libertate consiliorum evangelicorum, et e conditione votorum temporariorum. Revera, qui emisit vota ad determinatum tempus, eo elapso liber est ad vota renovanda vel non renovanda.

Liber utique iuridice et canonice; nullo iure stricto nullaque lege ecclesiastica tenetur manere in Societate. Imo liber est etiam moraliter seu in foro conscientiae, ita ut de se licite et honeste recedere valeat. Attamen, eius resolutio recedendi poterit per accidens esse plus minusve peccaminosa, vel saltem imperfectio moralis positiva ob modum vel motivum agendi; praecipitatio (coup de tête), inconstantia, pigritia, egoismus... Cf. Goyeneche in "Commentarium pro Religiosis, 1924, pp. 86-93; E. Jombart, S.J., in "Revue des Communautés rel.", 1929, pp. 160 sq.

Modus agendi cum haesitantibus. S.C. Relig., Instructio 2 febr. 1961, n. 26; "Cum agitur de alumnis animo ancipitibus et anxiiis, qui ad vitam religiosam amplectendam vel relinquendam aut etiam ad Ordines recipiendos vel reiciendos decidere non valent, Moderatores, quos indignos agnoverint, ab incepto avertant; quos vero dignos censuerint, adhortentur ut vota emittant vel ordinari consentiant; attamen se abstineant ab urgenda professione vel ordinatione, et sententiam amplectendam relinquunt eorum arbitrio, influxum indebitum omittentes veluti eos alliciendo ad professionem vel ordinationem

vanis blanditiis, aut minitendo spiritualia mala et poenas inferni, in quae incurrant si a professione vel ab ordinatione recesserint."

Conditio canonica eorum qui, elapso temporariorum votorum tempore, relinquunt Congregationem; vide infra in fine huius articuli.

b) Egressus ob exclusionem ab ulteriore oblatione.

Tum ius commune (can. 637) tum nostrum ius particulare affirmant libertatem Congregationis respectu eorum qui vota temporaria emiserunt, quatenus concedunt Superioribus competentibus facultatem istos, elapso votorum tempore, non admittendi ad ulteriorem oblationem, sive temporariam sive perpetuam; quae libertas et facultas Congregationis non sunt absolutae, sed limitatae per conditiones ab ipso legislatore appositae. Ratio est quia vota temporaria a iure imposita (can. 574) Constitutiones et Regulae O.M.I., art. 732-734), ex mente legislatoris, habent sensum ulterioris probationis ex utraque parte.

Natura iuridica istius egressus e Congregatione. Quamvis non-admissio ad ulteriorem oblationem secumtrahat ex consequenti et indirecte secessionem ab Instituto, attamen non est formaliter et iuridice "dimissio". Ab hac differt tum in suis conditionibus tum in suis effectibus iuridicis. Sufficit comparare can. 637 cum canone 647. Notetur in particulari, quod ad non-admissionem non requiruntur causae tam graves ac pro formali dimissione; in non-admissione causae non debent obligatorie manifestari religioso (quamvis saepe expediat); non-admissio non dat religioso facultatem recurrendi ad S. Sedem in suspensivo (quamvis religiosus non admissus semper recurrere possit ad S. Sedem, quin interim effectus non-admissionis suspendatur).

Auctoritas competens ad exclusionem ab ulteriore professione. Ius commune (can. 637) illam non determinat explicitae; implicite vero est illa cui competit admittere ad professionem. Ex iure autem nostro particulari est Superior generalis. Quamvis Provincialis, agens cum cum voto deliberativo sui Consilii extraordinarii, possit admittere ad oblationem (art. 736), exclusio vero Oblati ab ulteriore oblatione reservatur Superiori generali. Nec art. 788 nec art. 435 exigunt recursum ad Consilium generalitium.

Conditiones requisitae ad exclusionem ab ulteriore oblatione. Imprimis requiritur, ut servetur modus procedendi sec. Constitutiones, ut scil. res examinetur per prius in consilio locali (art. 735) vel, si agatur de scholasticis, in consilio directionis Scholasterii (art. 755), ut serio expendatur a Provinciali cum voto deliberativo sui consilii extraordinarii (art. 736).

Et maxime requiritur, ut exclusio ab ulteriore professione non fiat nisi "ob iustas et rationabiles causas". Nota differentiam cum can. 647, § 2, l\* (ubi agitur de dimissione formali): "Causae dimissionis debent esse graves". Causae iustae et rationabiles sunt v.g. defectus sat notabilis spiritus religiosi, aptitudinis ad nostram vitam, et, si agatur de iis qui ad sacerdotium destinantur, defectus ingenii vel iudicii, ita ut spes non effulgeat eos sufficientem doctrinam fore assecuturos vel sacrum ministerium convenienter impleturos (can. 1371; 974, § 1, 4\*). Generatim non expedit prolongare tempus probationis votorum temporariorum. Cf. Statuta generalia adnexa Constitutioni "Sedes Sapientiae" (31 maii 1956), art. 34, § 3; S.C. de Religiosis, Instructio 2 febr. 1961, n. 21.

Inter iustas et rationabiles causas non computatur infirmetas, nisi certo constet... Accidit ut quis in statu religioso vitam ducat plus minusve infelicem, sibi aliisque onerosus, dum e contra in alio statu possit convenienter et utiliter officia implere. Nihil prohibet, quominus illi detur consilium ut voluntarie recedat. Ita praesertim respectu eorum qui nervis aut infirmitate psychica laborent.

De casu eorum qui in amentiam decidunt durantibus votis temporariis, Cf. S.C. de Religiosis, Resp. 5 febr. 1925; Acta Ap.S., 1925, p. 107; Creusen, S.J., in "Revue des Communautés rel.", 1925, pp. 66 sq.

c) Effectus canonici pro omnibus qui, expleto votorum temporariorum spatio, recedunt a Congregatione, sive voluntarie sive propter exclusionem ab ulteriore oblatione.

1\* Tenentur impedimento dirimente ad inchoandum novum novitium sive apud nos sive in alio Instituto religioso; can. 542, 1\*.

2\* Eorum admissio in seminarium subest formalitatibus peculiaribus. "Antequam in seminarium admittantur qui, quocumque titulo, ad familiam religiosam pertinuerint, Ordinarius ad S. Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus recurat, quae de iudicio suo Ordinarium certiore faciet, peractis iis omnibus quae casus ferat." Sacrae Congreg. de Religiosis atque de Seminariis et Studiorum Universitatibus, decr. 23-7-1941; Acta Ap. Sedis, 1941, p. 371.

3\* Pro iis qui sunt in ordinibus sacris constituti; applicandus can. 641, § 1. Pro iis qui sunt tantum tonsurati vel minoristae; solutio diversa pro diversitate casus.

4\* Ii de quibus in nostro art. 788 non attinguntur praescripto canonis 642, recedunt enim expleto tempore votorum temporariorum, et proinde non amplius sunt "professi", nec fuerunt "dispensati".

5\* Qui e Congregatione, expleto votorum temporariorum tempore egrediuntur, nihil possunt repetere ob quamlibet operam Congregationi praestitam. Cf. can. 643, § 1; can. 580, § 2; Constitutiones O.M.I., art. 189 sq. Convenit autem applicare, positis ponendis, nostrum articulum 798; imo aliquando poterit esse debitum caritatis vel etiam aequitatis.

Vicissim Congregatio nihil repetere potest pro alimentis, vestibus variisque curis impensis.

N.B. In ed. 4a (1910), consequenter ad Capitulum generale 1908, interposuerunt hic art. 828 de dispensatione a votis temporariis; "Superior generalis cum assensu consilii sui dispensare valet super votis temporaneis, etiam eorum qui sunt in sacris, gravi quidem de causa."

Ius recens dispensationem votorum simplicium, etiam temporariorum, in Institutis iuris pontificalis, reservavit quidem S. Sedi; Leo XIII, Constitutio "Conditae a Christo" diei 8 dec. 1900, pars II, n. 2; "Normae" anni 1901, nn. 112 et 197. Nihilominus S. Sedes confirmavit praefatum articulum cum nova editione Constitutionum die 7 sept. 1910.

Novus Codex Iuris canonici (1917) rigoresius reservavit Sedi Apostolicae dispensationem votorum in religionibus iuris pontificii per indultum "saecularizationis"; can. 638. Exinde omiserunt illum articulum in nova ed. 5a (1928).

In editionibus anterioribus anno 1910, de "dispensatione" non erat quaestio in praesenti capite, sed solum in paragr. "De Perseverantiae voto". Vide infra in appendice.

3) Dimissio Oblatorum qui actu votis tenentur. Art. 789-798.

Constitutiones nostrae agunt unice de dimissione in forma ordinaria. Quod attinet ad dimissionem in forma extraordinaria, applicanda in casibus praevisis in can. 646 et 653, Constitutiones ad eam alludunt per transennam in art. 790; de ea brevis notatio in fine.

De iure Congregationis dimittendi sodales professos.

Facultas dimittendi sodales adscriptos agnoscebatur Superiori generali statim ab initio. Ita iam in ms. I (1818) et postea in ed. 1a (1827), in paragr. de perseverantiae voto, art. 3; "Superiori [i.e. Superiori generali, ex contextu et locis parallelis] semper erit facultas eos dimittendi qui Societati aedificationi non essent, juxta quod praescribitur a Constitutionibus..."

Et ita etiam post interventum S. Sedis per decr. 5 januarii 1866, n. 16. Cf. Circul. 17 diei 29 iunii 1866, p. 11 (Circul. adm. I, 163); Cosentino, Histoire de nos Règles, IV, pp. 15 et 17. Differentia cum nostro iure anteriore respicit solum quasdam modalitates et in particulari solutionem votorum in casu dimissionis. Unde supra citatus articulus servatur adhuc in ed. 3a (1894), et in ed. 4a (1910) additur in praesenti capite sequens art. 829; "Jus dimittendi socios professos penes Superiores Instituti est, iis tamen servatis quaecumque ex Instituti legibus Pontificiisque decretis servari oportet."

Nec novus Codex Iuris canonici anni 1917 abrogavit illam facultatem, sed solum de novo ordinavit exercitium illius.

Distinctio dimissionis Oblatorum votorum temporariorum et Oblatorum votorum perpetuorum. Nostri priores textus legislativi eam ignorabant. Recolendum quod primitus apud nos monnisi vota perpetua, excepto casu particulari fratrum conversorum; vota temporaria introducuntur progressive; disponente Capitulo generali 1867 et probante S. Sede, novitii scholastici nondum in sacris emittunt semel oblationem annuam ante oblationem perpetuam; vota annua per periodum trium annorum imponuntur universim abhinc ed. 4a (1910).

Distinctio dimissionis Oblati votorum temporariorum et Oblati votorum perpetuorum incidenter memoratur, quatenus disponitur quod, interveniente dimissione, vota perpetua a sola S. Sede solvi possunt, vota temporaria vero etiam a Superiore generali. Ita abhinc 1867; Acta Cap. 1867; Constitutiones O.M.I., ed. 3a (1894); in paragr. de Oblatione, art. VII et VIII; in ed. 4a (1910), in praesenti capite, art. 839.

Illam distinctio directe et categorice proponitur in ed. 5a (1928), consequenter ad novum Codicem Iuris canonici (1917), qui distinctis capitibus tractat de dimissione religiosorum diversarum categoriarum, scil. in Libro II, Parte II, Tit. XVI.

a) Dimissio Oblati qui actu tenetur votis temporariis. Art. 789.

Dispositio ~~introduc~~ta in ed. 5a (1928), tradens summam canonum 647 et 648 novi Codicis Iuris canonici.



Attamen dispositio non est omnino nova in Constitutionibus nostris. Revera, facultas Superioris generalis dimittendi Sodales semper affirmabatur in Constitutionibus nostris, ut statim dictum est. Post interventioem S. Sedis per decr. diei 5 ianuarii 1866, apposuerunt dispositionem de solutione votorum temporariorum in casu dimissionis Oblati a votis temporariis. Ita in Acta Cap. 1867 et in ed. 3a (1894) Constitutionum, in paragr. de Oblatione, art. VIII; in ed. 4a (1910), art. 839: "Superior generalis denuntians ejectione sententiam, per instrumentum authenticum, eum Sanctae Sedi remittit pro solutione votorum. Si autem agatur de subjecto nondum perpetuo Oblato, idem Superior generalis non omittat dispensationem super votis temporariis ipsi concedere."

Differentia cum novo iure est proinde in hoc, quod solutio votorum temporariorum habetur nunc iam ipso iure pontificio, et non sicut antea per dispensationem Superioris generalis.

#### Commentarium.

Ius Institutii dimittendi professos a votis temporariis, et quidem facilius ac perpetuo professos, patet ex natura rei. Revera, illi sunt adhuc in statu probationis ante definitivam aggregationem. Cf. can. 574; 575, § 1.

Attamen, applicatio huius articuli raro apparet necessaria, praesertim quoties agatur de Oblatis qui tenentur professione annua. Generatim possibile est et prodest expectare finem anni oblationis, ut iam applicari possint dispositiones articuli 788, quae sunt minus graves tum in seipsis tum in suis effectibus iuridicis. Quodsi necessarium vel utile est, ut soldalis non longius commoretur in communitate, recedat versus finem anni cum omnibus permissionibus necessariis Superiorum usque ad expletum tempus pro quo professus est. In casu extraordinariae urgentiae, locus datur applicationi canonis 653, servatis servandis.

Auctor dimissionis: Superior generalis agens cum consensu Consilii generalitii per secreta suffragia manifestato. Cf. art. 435, 15\*; 736; can. 647, § 1. In casu quo locus datur applicationi formae extraordinariae (can. 646 et 653), vide in fine.

Subiectum: omnes professi a votis temporariis, sive sint pro anno sive pro triennio professi, etiam professi qui sunt "in sacris". "Normae" S. Sedis anni 1901 assimilabant istos professis in perpetuum et exigebant processum iudiciale. Cf. "Normae", n. 201.

Causae dimissionis requiruntur non solum "iustae et rationabiles" sicut in casu articuli 788 (discessus expleto tempore votorum temporariorum ob exclusionem ab ulteriore oblatione), sed etiam "graves", aestimandae ad normam canonis 647, § 2, 1\* et 2\*.

Causae gravissimae quae secum trahunt dimissionem in forma extraordinaria (can. 646 et 653), vide in fine.

Modalitates iuridicae servandae: can. 647, § 2, 3\* et 4\*.

Aliter ac in casu discessus expleto tempore votorum temporariorum ob exclusionem ab ulteriore professione (art. 788), dimissus gaudet iure recurrendi ad S. Sedem in devolutivo, ita ut pendente recursu, dimissio nullam habeat effectum iuridicum.

Exigentiae morales, maxime prudentiae et caritatis. Ea quae in art. 795 et 796 commendantur Superioribus, applicanda sunt etiam respectu eorum qui votis temporariis tenentur, proportione servata.

Effectus canonici dimissionis.

1\* Dimissi ipso facto solvuntur ab omnibus votis religionis, et quidem ipso iure pontificio, et non, sicut olim, per dispensationem Superioris generalis, de qua supra. Cf. art. 789; can. 648.

Itaque dimissi plene et definitive separantur a Congregatione, ita ut pro illis nulla subsistat obligatio redeundi ad Institutum, nec pro isto obligatio illos recipiendi, qualis habetur respectu eorum qui dimittuntur post emissa vota perpetua (can. 669, § 1; 672, § 1). Et si illi velint iterum aggregari Congregationi, requiritur novus novitiatus cum praevio indulto S. Sedis ob impedimentum dirimens canonis 542, 1\*; 640, § 2.

Dimissi nihil possunt repetere ob quamlibet operam Congregationi praestitam. Cf. can. 643, § 1; 580, § 2; Constitutiones O.M.I., art. 189, 190. Superiores autem meminerint, quae caritas aut aequitas imponere possunt ad normam art. 798. Vicissim Congregatio nihil repetere potest pro alimentis, vestibus variisque curis impensis.

2\* Speciatim pro dimissis qui clericatura sunt insigniti. Si sunt in sacris, non liberantur, per factum dimissionis e religione, ab oneribus ordini maiori adnexis; insuper tenentur dispositionibus canonum 641, § 1, et 642. Cf. can. 648.

Si in minoribus ordinibus sunt constituti, eo ipso reducuntur in statum laicalem, ex can. 648. Attamen non prohibentur petere admissionem in Seminarium; antequam autem admittuntur, requiritur recursus ad S.C. mediante qua fiunt inquisitiones de quibus in can. 1363, § 3. Cf. supra ad art. 788. Nec isti, nec a fortiori illi qui nondum erant clericatura insigniti, videntur teneri prohibitione canonis 642. Cf. Palombo, De dimissione religiosorum, Romae, 1931, p. 257.

Respectu autem omnium Superiores prae corde habeant quae commendantur in art. 797 et 798.

b) Dimissio Oblati perpetuo professi. Art. 790-798.

Primitus, et quidem iam in ms.I (1818), apposuerunt hic duos articulos circa exercitium auctoritatis dimittendi professos. Sic leguntur in ed.1a (1827) "IV. Major suffragiorum numerus in consilio requiritur pro ejectione oblatis, sive nondum sit in sacris, sive sit sacerdotio insignitus. - V. Si, licet adversante consilio, Superiori generali semper esset persuasum ejectionem viri pro bono Societatis esse necessariam, ~~generalia capitula convoke~~ et majoris numeri iudicio res dirimeretur."

Duo articuli servantur, absque notabili modificatione, in ed.2a et 3a (1894).

In ed.4a (1910), posterior eorum articulorum penitus supprimitur, quia probabiliter nunquam applicatus fuit tempore anteacto, et quia applicatio nunc iam erat impossibilis data extensione Congregationis. Priori autem articulo substituunt hunc novum, tenoris generalis, qui refert quasi ad litteram n. 192 documenti romani "Normae" anni 1901: "829. Jus dimittendi socios professos penes Superiores Instituti est, iis tamen servatis quaecumque ex Instituti legibus Pontificiisque decretis servari oportet."

In ed. 5a (1928) etiam iste articulus supprimitur, cum de hac re iam determinatum sit, et praecisius, in art. 435, 15\* et 436.

(I) Causae dimissionis. Art. 790-792.

Dispositio generalis e iure communi. Art. 790.

Articulus introductus in ed. 5a (1928), referens dispositionem can. 649 novi Codicis Iuris canonici (1917).

Sepositis causis gravissimis praevisis in can. 646 et 653, quae secum trahunt dimissionem in forma extraordinaria, de quibus notatio in fine, ad dimissionem in forma ordinaria requiruntur causae "graviores" ac pro dimissione Oblati votorum temporariorum. Revera, "quo plura sunt vincula inter sodalem et Congregationem, eo maiores esse debent causae moventes ad ea rumpenda." (Art. 785).

Ad tales "causas graviores" constituendas tria requiruntur:

1\* tria delicta (can. 2195);

2\* duplex monitio canonica;

3\* defectus emendationis,

Quae tria elementa intelligenda sunt ad normam canonum 656-662. Ita ex can. 649, ad quem art. 790 nos expresse remittit.

Cum dispositio Constitutionum nostrarum nihil addat super legem communem canonis 649, remittimus ad commentaria Codicis Iuris can.

Normae auxiliatrices Regularum nostrarum ad diiudicandas causas. Art. 791sq.

Illae tria elementa iuridica de quibus in art. 790 semper requiruntur, ex iure communi hodierno. Nec potest quis procedere pure et simpliciter secundum dispositiones nostras anteriores a Fundatore latas, quae hic adhuc apponuntur in art. 791 et 792. Attamen istae adhuc hodie sunt normae pretiosae et valde utiles ad recte procedendum in causis dimissionis diiudicandis.

Attendendum ad varietatem circumstantiarum. Art. 791.

Textus.

Legitur iam in ms. I (1818): "Les causes pour renvoyer un sujet dépendent de plusieurs circonstances, qui ne peuvent pas être toutes prévues et qui doivent être laissées au jugement de ceux qui sont chargés de les peser devant Dieu dans un esprit d'une véritable et sincère charité."

Textus latinus semper idem, mutato unico vocabulo in ed. 5a: loco formulae originariae "Causae ejectionis" habetur abhinc 1928 "Causae dimissionis".

Dispositio valde similis apud S. Ignatium in "Constitutiones S. J.", Pars II, cap. II, n. 1: "Causas eas, quae ad aliquem dimittendum sufficiant, ponderare coram Domino debet prudens caritas Superioris, qui huiusmodi facultatem habuerit; sed, generatim loquendo, quattuor earum genera fore videntur."

Apud nos non dantur relationes pure iuridicae, nec modus procedendi mere iuridicus. Etiam, et praesertim illud remedium extremum dimissionis obnoxium est prudentiali et caritati patrisfamilias, cuius est circumstantias, quae variant ab uno casu ad alterum, "coram Deo perpendere in vera et sincera caritate."

V. Fundator toties exemplum dedit applicationis eorum quae in praesenti articulo scripsit iam anno 1818. Vide in litteris 9 aug. 1838 ad P. Dassy et in "Journal" notationem diei 25 febr. 1839: textus supra cit. ad art. 785, 3).

Praecipuae causae commemorantur et describuntur. Art. 792.

Est dispositio omnino primitiva e ms.I (1818): "Il en est pourtant quelques-unes dont on peut faire mention.

1\* Si on jugeant devant Dieu qu'un sujet est totalement impropre à faire le bien et à procurer la gloire de Dieu dans la Société, à raison des fautes graves qu'il ne cesse d'y commettre, des mauvaises habitudes dont il ne veut pas se corriger, surtout lorsque ses fautes peuvent nuire à l'édification et au bien commun de la société.

2\* Lorsque, après son admission au noviciat ou bien même après l'acte de son oblation, on parvient à découvrir quelques-unes des causes de non-admission, qu'il avait frauduleusement cachées dans le temps qu'il était tenu de les manifester.

3\* Lorsqu'il persiste obstinément, malgré toutes les remontrances qui lui ont été faites précédemment, à ne pas vouloir se plier à l'observance exacte et régulière des saintes Règles de l'Institut; ce qui ne peut être toléré sans un détriment notable de la discipline, surtout si par son exemple ou par ses paroles il était une occasion de péché pour les autres, soit en les excitant à enfreindre eux-mêmes les Règles, soit en fomentant des divisions ou la révolte contre les ordres des supérieurs."

Abhinc ms.II (1821-1825) prima causa allegata disiungitur et tota dispositio proponitur quatuor articulis quae transeunt ad litteram in versiones latinas et sic leguntur in ms.V (1825) et in ed.1a (1827): "VII. Sunt quaedam tamen quae possunt commemorari: si coram Deo iudicaretur aliquis ad bonum peragendum, et gloriam Dei in Societate procurandam minime idoneus. - VIII. Si quis, propter graves culpas, iterum atque iterum admissas, propter graves consuetudines a quibus dimoveri nequit, sese indignum fecerit qui cooptetur Societati in qua debet virtus semper dominari, praesertim cum admissae culpae bono communi Societatis et ipsius aedificationi obstare possunt. - IX. Si post inchoatum tyrocinium suum, vel etiam post emissam oblationem, emergat aliqua exclusionis causa, quam fraudulenter celaverat in tempore quo illam proferre debuisset. - X. Si praemonitionibus omnibus contumax, obstinate perseveret animum avertere ab observantia adiligenti et accurata sanctarum Instituti regularum, quod tolerari non potest sine gravi disciplinae religiosae detrimento; praesertim si verbo, vel exemplo, occasionem peccandi fratribus praebet, sive eos incitando ad regularum violationem, sive fovendo dissidia, et rebelliones adversus mandata superiorum."

In ed.2a (1853) textus servatur exceptis duabus modificationibus. "VII. Sunt quaedam tamen... - VIII. Si quis... sese indignum fecerit qui persistat in Societate ubi debet virtus... - X. Si praemonitionibus omnibus contumax, obstinate perseveret animum avertens ab observantia..."

In ed.4a (1910), consequenter ad Capitulum gen. 1908 et conformiter ad novas normas iuris communis, supprimitur prima causa. Revera, documentum romanum "Normae" anni 1901, n. 201, exigit, ad dimittendum professum votorum perpetuorum, culpam gravem, externam et publicam, simul cum incorrigibilitate. Praeterea, de idoneitate vel indoneitate Superiores debuissent iudicare ante admissionem. Unde conservantur nisi tres articuli: "831. Sunt quaedam tamen, quae possunt commemorari: si quis, propter graves culpas, iterum atque iterum admissas..." 832 et 833, sicut anteriores articuli IX et X.

In ed.5a (1928) tres illi articuli coadunantur in unicum articulum 792.

S. Ignatius, Constitutiones S.J., Pars II, cap. 2, nn. 2-5, pariter enumerat quatuor causas dimissionis. Sunt substantialiter eadem ac in nostris textibus primitivis, ex parte iisdem verbis propositae, aliter tamen ordinatae.

Quod attinet ad secundam causam, scil. fraudulentum ingressum in Congregationem, non videtur dare locum "dimissioni" proprie dictae in sensu canonis 649. Dat autem locum recursui ad S.Sedem ad obtinendam declarationem nullitatis professionis, vel dispensationem ad cautelam, propter nullitatem novitatus et professionis subsequenter (can. 542, 1\*; 572, § 1, 3\*), vel saltem ob gravia argumenta contra eorum validitatem. Cf. can. 586, § 3.

(II) Decretum dimissionis eiusque executio. Art. 793-794.

De dimissionis decreto ferendo. Art. 793.

Dispositio introducta in ed. 5a (1928), colligens varia elementa e canone 650. Attamen, praecipua elementa habentur iam in nostro iure primaevo: sententia ferenda a Superiore generali, cum maiore numero suffragiorum Consilii generalitii.

Ut apparet, apud nos professus perpetuo dimittitur non per sententiam iudiciariam post processum iudiciarium, qualis praescribitur ad dimissionem eorum qui perpetuo professi sunt in religione clericali exempta (can. 654 sqq), sed per simplex decretum Superioris gen. latum ad normam iuris communis et Constitutionum nostrarum.

Ideoque cum consensu Consilii generalitii per secreta suffragia manifestato (ex analogia cum can. 647, § 1), maiore suffragiorum numero pro dimissione stante. Cf. can. 650, § 2; Constitutiones O.M.I., art. 435, 15\* et 436.

Atque cum confirmatione S.Sedis, et quidem ad validitatem. Ita ex novo Codice, can. 650, § 2, 2\*. Secundum nostras constitutiones primaevas (1818) et constitutiones approbatas a S.Sede (1826), Superior generalis potuit, servatis servandis, per seipsum dimittere assentiente maiore numero Consilii, absque confirmatione S.Sedis, nisi in casu appellationis ad eandem S.Sedem. Et ita etiam post interventum S.Sedis per decr. 5 ianuarii 1866, n. 16\*, in quo tamen iam additur aliqua conditio restrictiva: "Liberum erit Superiori Generali Socios ab Instituto dimittere quoties iustae causae intercedant et accedat consensus Assistantium generalium; attamen teneatur quolibet anno ad hanc Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium transmittere relationem de peractis dimissionibus eorumque causis; ac pro dispensatione votorum recursus habeatur ad S.Sedem." Cf. Circul. 17 diei 29 iunii 1866, p. 11 (Circul. adm. I, p. 163); Cosentino, Histoire de nos Règles, IV, 17.

Quamvis decretum "Auctis admodum" diei 4 nov. 1892, n. III (vide in ed. 4a Constitutionum O.M.I., p. 181) et "Normae" anni 1901, n. 201, imposuerint processum iudiciarium ad dimittendum oblatum votorum perpetuorum vel etiam votorum temporariorum qui simul sit in sacris Ordinibus, attamen non exigerunt confirmationem sententiae dimissionis per S.Sedem, nisi in casu appellationis. Unde nec in ed. 3a (1894) nec in ed. 4a (1910) legitur quid de necessaria confirmatione sententiae per S.Sedem.

De dimissionis decreti executione. Art. 794.

In ms.I (1818), post plures dispositiones, quae hodie habentur in art. 795-798, legebatur: "En même temps que le supérieur général intimera la sentence au sujet exposé, il le relèvera des vœux faits à son oblation."

Transit in versiones latinas, prout habentur in ms.V (1825) et in ed. la (1827): "XVII. Superior generalis denuntiando ejecto sententiam, vota solvit quae per oblationem emisit."

In ed.2a (1853): "XVII. Superior generalis denuntians ejecto sententiam, per instrumentum authenticum, ut dictum est art. XIII praesentis §, vota solvit quae per oblationem emisit."

S.Sedes, per decretum diei 5 ianuarii 1866, n. 16\*, reliquit quidem Superiori generali facultatem dimittendi perpetuo professos, ut supra dictum est ad art. 793, imposuit tamen obligationem recurrenti ad eandem S.Sedem pro dispensatione votorum. Huius mentio fit iam in Acta Cap. 1867, in § de perseverantiae voto, art. 2, et in § de oblatione, art. 7. In ed.3a (1894), praesens art. sic adaptatur: "XVII. Superior generalis denuntians ejecto sententiam, per instrumentum authenticum, ut dictum est art. XIII praesentis cap., eum Sanctae Sedi remittit pro solutione votorum."

In ed.4a (1910) servatur dispositio principalis, omittendo solum referentiam in medio articuli, et additur in fine explicite dispensatio votorum temporariorum per ipsum Sup. gen. "839. Superior generalis denuntians ejecto sententiam per instrumentum authenticum, eum Sanctae... Si autem agatur de subjecto nondum perpetuo Oblato, idem Superior gen. non omittat dispensationem super votis temporaneis ipsi concedere."

Cum novus Codex Iuris can. (1917), can. 638, reservet S.Sedi omnia vota religiosa in Institutis iuris pontificii, etiam vota temporaria (vide supra N.B. post art. 788 et art. 789), in ed.5a (1928) supprimunt additionem factam in ed.4a, et merito substitunt formulae pristinae "denuntians ejecto" hanc novam universaliter adhibitam in Codice: "denuntians dimisso".

Quod attinet ad transmissionem decreti dimissionis seu modum quo communicatur dimisso, ms.I (1818) disposuit: "Le supérieur général est chargé de cette pénible exécution". Et sequebantur commendationes quae nunc habentur in art. 797 et 798.

In ms.II (1821-1825) sic modificatur: "Art. 13. Le supérieur général chargera les supérieurs locaux de cette pénible exécution." Transit in versiones latinas, prout legitur in ms. V (1825) et in ed.la (1827): "XIII. Superior generalis hoc triste ministerium superioribus locorum committet."

In ed.2a (1853): "XIII. Superior generalis hoc ingratum ministerium superioribus localibus, per Provinciales aut Missionum Vicarios, committet, authentico solutionis votorum instrumento immisso."

In ed.3a (1894) supprimunt hanc ultimam additionem, conformiter ad supra dicta de solutione votorum.

Abhinc ed.4a (1910) praefata dispositio penitus deletur, ita ut relinquatur prudentiae Superioris generalis eligere modum quo dimissionis decretum convenienter et secure transmittatur dimisso. Liceat addere sequentia e "Epitome Instituti S.J.", ed.4a (1949), n. 84, 3\*: "Dimittendus scripto testetur se litteras dimissionis accepisse; vel, si praevideatur id aegre facturum, tradantur ei litterae a Superiore ceiusve delegato coram duobus testibus et hi tres testimonio de traditis litteris sua ipsorum manu subscribant. Quod si dimittendus conveniri nequeat, mittantur ei per tabellarios publicos litterae "commendatae", cum syngrapha receptionis, vel alio modo qui secundum locorum leges et condiciones tutissimus sit."

(III) Prudentia et caritas christianae dominantur toti actioni dimissionis. Art. 795-798.

Convenienter recolitur monitum Concilii Trid., sess. XIII, de reformatione, cap. 1: "Meminerint Episcopi aliique Ordinarii se pastores non percussores esse, atque ita praeesse sibi subditis oportere, ut non in eis dominantur, sed illos tanquam filios et fratres diligant elaborentque ut hortando et monendo ab illicitis deterreant, ne, ubi deliquerint, debitis eos poenis coercere cogantur; quos tamen si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli est ab eis servanda praeceptio ut illos arguant, obsecrent, increpent in omni bonitate et patientia, cum saepe plus erga corrigendos agat benevolentia quam austeritas, plus exhortatio quam comminatio, plus caritas quam potestas; sin autem ob delicti gravitatem virga opus erit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate severitas adhibenda est, ut sine asperitate disciplina, populis salutaris ac necessaria, conservetur et qui correcti fuerint, emendentur aut, si resipiscere noluerint, ceteri, salubri in eos animadversionis exemplo, a vitiis deterreantur." Cit. in Codice Iuris can., can. 2214, § 2.

P. de Mazenod haec monita suo modo expressit in sequentibus dispositionibus. Noluit pro sua familia spirituali ordinem mere iuridicum. Etiam in hac dura necessitate dimittendi sodales voluit procedere eo temperamento quod inspirant prudentia et caritas patrisfamilias.

Similes dispositiones habentur apud S. Ignatium in "Constitutiones S.J.", Pars II, cap. 3.

Consulendum bono sodalis dimittendi et simul bono communi Congregationis. Art. 795-796.

Dispositiones omnino primitivae, quae iam leguntur in ms. I (1818): "Quand on sera obligé d'en venir à cette extrémité, il est recommandé de le faire avec tous les ménagements possibles, pour nuire le moins qu'on pourra à la réputation de celui qu'on sera obligé de renvoyer.

Néanmoins, cette considération ne doit point empêcher de retrancher du corps de la Société un membre qui la déshonore ou qui lui est nuisible, le bien commun et l'édification de l'Eglise l'exigeant impérieusement ainsi."

Textus latinus semper idem per omnes editiones, exceptis duabus modificationibus mere verbalibus. In ed. 2a (1853) ponitur "Congregatio" pro "Societas"; in ed. 5a (1928) formulae pristinae "hoc debet fieri" substituitur haec brevior "hoc fiet cum summa prudentia..."

S. Ignatius, "Constitutiones S.J.", Pars II, cap. III, n. 5: "Quod ad dimissum attinet, tria itidem observentur [sicut in nostris Constitutionibus, art. 795, 797 et 798]: primum exterius, ut recedat ex Domo, quantum fieri possit, sine dedecore vel ignominia, ac secum omnia sua ferat."

In praesenti vita, homo, etsi reus et peccator, non amittit omnia, et praesertim servat ius ad famam et honorem, quantum fert conditio. Ex altera autem parte bonum commune Congregationis et Ecclesiae servat sua iura, eaque de se praeferenda bono privato.

Parcendum cordibus; ménager les coeurs. Art. 797.

Dispositio pariter primaeva, cum habeatur iam in ms.I (1818): [Le Supérieur général] "tâchera, en intimant au sujet l'ordre de sortir, d'assaisonner cette fâcheuse nouvelle de toute la douceur que sa charité lui inspirera, de manière que le sujet expulsé se retire, s'il est possible, plein d'affection pour la Société dont il a mérité d'être retranché."

Versio Latina, prout habetur in ms.V (1825) et in ed.1a (1827), respicit Superiores locales, de quibus erat quaestio in articulo immediate praecedente. "XIV. Toti erunt ut acerbam ejectionis sententiam omni benignitate et charitate leniant, ita ut ejectus discedat, si possibile est, benevolus erga Societatem e cujus gremio amovetur."

In posterum nonnisi modificationes materiales. Ita in ed.4a (1910) commendatio destinatur communiter omnibus Superioribus qui interveniunt. "836. Superiores toti erunt..." In ed.5a (1928) utuntur terminologia Codicis: "Superiores toti erunt ut acerbam dimissionis sententiam...; ita ut dimissus discedat..."

Compara verba Patris de Mazenod cum dispositione parallela S.Ignatii in "Constitutiones S.J.", Pars II, cap. 3: "5. Quod ad dimissum attinet, tria itidem observentur: primum exterius... - 6. Alterum interius, ut eum dimittere Superior curet, conservata, quantum fieri potest, caritate ac benevolentia erga Domum, et quanta cum consolatione in Domino fieri poterit."

Sententia dimissionis semper est "acerba", saltem ex parte dimittentis, et hoc praecise propter caritatem erga Sodales, Congregationem et Ecclesiam Christi, quamvis ipsi dimissi saepe saepius vix curent de illa acerbitate. Conatus benigni Superiorum forsitan nihil obtinent penes dimissos pro momento; sed labente tempore, horum animus paulatim pacatur et caritas Superiorum et membrorum Congregationis fructus suos ferre potest.

V. Fundator semper vehementer doluit de dimissione vel apostasia Sodalium, sed caritatis paternae non est oblitus. Patet ex tot exemplis, ut in epist. 6 iunii 1855 ad P. P., dimissum et dispensatum: "Les injures que vous vous êtes permis de m'adresser, me dispenseraient d'entrer dans des explications avec vous. J'avais voulu vous sauver malgré vous, pour vous épargner des remords tardifs, vous m'en témoignez votre reconnaissance par des outrages... Votre persistance dans une volonté coupable à mes yeux et vos inqualifiables procédés me déchargent de la responsabilité que je ne voulais pas prendre sur moi. Je n'ai eu qu'à consulter mon conseil qui a décidé à l'unanimité que vous vous étiez mis, par l'ensemble de votre conduite, dans le cas prévu dans le chapitre 4 des Constitutions, et que par conséquent vous cessiez de faire partie de la Congrégation. Cette sentence prononcée, il ne me reste plus qu'à vous accorder la dispense, ce que je fais quoique à regret; car il est une paternité que vous ne sauriez m'enlever et que vous avez trop oubliée. C'est vous dire que, malgré les torts excessivement graves que vous avez à vous reprocher à mon égard, je ne cesserai jamais de vous aimer et de prier pour vous." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 222.)



Dimissus adiuvandus pro novo vitae instituto. Art. 798.

Verba Fundatoris in ms. I (1818): [Le Supérieur général] "L'aidera de ses conseils pour le nouveau genre de vie qu'il aura à choisir; il lui fournira même, si besoin est, quelques secours pécuniaires, autant que notre pauvreté pourra le permettre, et en le congédiant il lui fera bien connaître qu'il ne sera jamais oublié dans les prières de la Société." Textus Latinus semper idem abhinc 1825.

Similis dispositio apud S. Ignatium, Constitutiones S.J., pars II, cap. 3; "5\* Quod ad dimissum attinet, tria itidem observentur; primum exterius... - 6\* Alterum interius... - 7\* Tertium, ut circa statum vitae studeat eum dirigere, ut aliquam convenientem viam serviendi Deo ineat, vel in Religione vel extra eam, prout divinae Voluntati convenientius fore videbitur. Demum consilio et oratione, et si quid aliud caritas dederit, iuvare curet."

Superiores dimissum iuvent ad novum vitae institutum non solum consiliis, sed etiam auxilio effectivo, interveniendo, intercedendo, commendando secundum prudentiae et discretionis postulata.

Quoad bona temporalia quibus dimissus indigeat, recolenda sunt sequentia. Ipse recuperat administrationem, usum et usumfructum bonorum suorum; art. 184. Quae attulerit et usu consumpta non fuerint, ut linteamina, vestimenta, libri etc., ei restituantur; ex analogia cum canone 570, § 2.

Quoad ea quae, durantibus votis acquisierit in operibus Congregationis vel ex industria privata vel dono receperit; valent art. 189 et 190 et can. 643, § 1. Circa pensiones perceptas, vide art. 183 et commentarium in h.l. Summa soluta professo durantibus votis titulo indemnitatis pro amissa integritate membrorum vel sanitatis (dommages-intérêts en cas d'accident), debetur quidem domui religiosae; attamen in casu egressus e Congregatione vel dimissionis illi restituenda est, demptis expensis pro illius cura et sustentatione factis. Revera summae illae nequeunt simpliciter assimilari acquisitionibus factis a religioso; tenent quodammodo locum boni personalis imminuti, ut persona laesa possit ope illarum vitam ducere securam, in quantum possibile.

De caritativo subsidio suppeditando eis qui sunt in sacris, in certis adiunctis; vide can. 671, 3\*, 5\*-7\*.

Ceterum, caritas, quam V. Fundator hic commendat, procedit ultra stricta legum praecepta, prout adiuncta ferunt. Semper autem praestandum auxilium spirituale, et in particulari oratio pro omnibus discessis a domo familiae nostrae. "Pro fratribus nostris absentibus!" Caritas fraterna nunquam deficit; superat vincula iuridica. "Je ne cesserai jamais de vous aimer et de prier pour vous"; fuerunt ultima verba Fundatoris ad dimissum de quo supra ad art. 797.

His quatuor articulis 795-798 terminantur Regulae nostrae, utique in hac ed. 5a, eodem proinde modo quo incepereunt, evocando scil. caritatem fraternam. Art. 1: "Finis huius parvae Congregationis est ut coadunati sacerdotes, et sicut fratres habitantes in unum..."

N.B. 1\* Dimissio in forma extraordinaria.

Est illa quae fit ob causas gravissimas et in talibus adiunctis quae reddunt dimissionem in forma ordinaria practice impossibilem. Art. 790 ad illam breviter alludit et nos remittit simpliciter ad can. 646 et 653.

Causae gravissimae canonis 646.

Vide commentaria canonistarum. Notandum quod praescriptum canonis 672, § 1 (quilibet dimissus, cuius vota non sunt soluta, tenetur ad claustra redire, et religio tenetur eum recipere) non extenditur ad religiosum ipso facto dimissum virtute canonis 646. Ita ex resp. Pontif. Commis. 30 iulii 1934. Vide in Acta Ap. Sedis, 1934, p. 494. Ex hoc autem minime sequitur illorum nullam esse habendam curam!

Casus gravis scandali vel gravissimi nocuenti communitati imminentis, secundum can. 653.

Omnia secundum ius commune agenda. Vide proinde commentaria canonistarum.

N.B. 2\* De revelatione causarum dimissionis.

In nostris textibus legislativis prioribus, post commendationes de quibus supra (in art. 795-798), legitur sequens dispositio, et quidem iam in ms. I (1818): "On laisse à la sagesse du supérieur (général) de faire plus ou moins connaître à la Société les motifs qui ont déterminé à prendre cette mesure. Il peut être quelquefois nécessaire d'en parler, comme il peut être bon quelque autre fois de n'en rien dire; cela dépend des circonstances."

Translatio latina in ms. V (1825) et in ed. la (1827): "XVI. Superioris generalis arbitrio permittitur plus minusve aperire Societati causas quae moverunt ad ejectionem; modo dicendae, modo tacendae sunt pro circumstantiis." Et ita adhuc in ed. 4a (1910), art. 838.

Data extensione Congregationis, dimissiones factae hic vel illic sunt plerumque ignotae in aliis partibus Congregationis. Unde nulla utilitas illas divulgandi per totam Congregationem, et articulus supprimitur in ed. 5a (1928). Nihil autem prohibet, quominus Provincialis vel Superiores locales rem patefaciant ad mentem dispositionis pristinae.

N.B. 3\* De conditione canonica Oblatorum dimissorum post vota perpetua.

Applicantur nobis praescripta iuris communis, scil. can. 669-672. Unde vide commentaria canonistarum.

Quoad relationes habendas cum dimissis, sic habetur in Acta Cap. 1959, art. 143: "Qui a Societate sponte fuerint egressi aut a Superioribus rite dimissi, quandiu egressi aut dimissi manebunt, nobis tanquam simpliciter extranei erunt habendi." Quae verba intelligenda sunt lumine art. 798, valentque de relationibus externis et quasi publicis, ne v.g. indiscrete cum illis communicetur quasi cum membris Congregationis, ne fiant suffragia ex officio ad normam Constitutionum (art. 361 sqq), ne inscribantur in catalogo defunctorum nostrorum (Necrologium).

Praefatus articulus Actuum Capitulorum Interpretandus quoque lumine can. 672, § 1, et can. 645, § 2.

N.B. 4\* Primitus Constitutiones nostrae loquebantur in fine de reditu in sinum Congregationis, sive dimissorum sive apostatarum.  
Vide in ms.I (1818), ed. "Missions", 1951, p. 97.

Dispositiones primaevae complentur abhinc ms.II (1821-1825) et sic transeunt in versiones latinas. Vide ed.lam (1827), art. XX-XXIV; in ed.3a (1894), art. XVIII-XXII.

Penitus delentur in ed.4a (1910). Revera, in hac materia regimur omnino iure communi. In particulari attendendi can. 645, § 2, et 672. Illi qui sunt plene separati a Congregatione, votis solutis, si vellent iterum recipi, requiruntur novus novitiatus, post receptum indultum apostolicum, et series professionum de novo percurreatur, atque locum inter professos obtinent a die novae professionis (ita iam in ms.II et prioribus editionibus latinis, art. XXIV). Cf. can. 640, § 2; can. 542, 1\*.

Appendix I

De modis discedendi a Congregatione iuridice licitis.

Dicitur "iuridice licitis", quia non sunt necessario et semper liciti moraliter et coram Deo.

a) De discessu a Congregatione per transitum ad aliam religionem.

Regimur iure communi, scil. per can. 632-634. Unde vide commentaria canonistarum de hac re.

Sub respectu morali, utiliter recolantur verba Fundatoris: "Il y a grandement à présumer que ces secondes vocations ne viennent pas de Dieu, mais de l'inconstance de l'homme, parce que l'Esprit de Dieu ne change pas de voie comme l'homme de volonté." (Epist. 9-3-1826 ad P. Tempier.) Vide Comment. privatum, II, 106.

b) Egressus e Congregatione expleto tempore votorum temporariorum.

Res absoluta est in commentario ad art. 788.

c) Discessus a Congregatione vi dispensationis legitime concessae.

Primitus dispensatio votorum nostrorum reservabatur S. Pontifici et Superiori generali, excluso recurso ad Episcopos, ut expresse importabat nostrum votum peculiare perseverantiae: "Per hoc votum permanere tenentur usque ad obitum in Societate, ejusque relaxationem nisi a Summo Pontifice vel a Superiore generali postulare." Ed. la (1827), art. II, et iam in manuscriptis gal. abhinc 1818. Item in § de Oblatione, art. VI.

Consequenter ad decret. S.C. Episc. et Regularium, 5 ianuarii 1866, dispensatio votorum perpetuorum reservatur exclusive S. Sedi (cf. Circul. 17 diei 29 iunii 1866, p. 11), manente Superiori generali solum facultate dispensandi de votis temporariis. Tandem per novum Codicem Iuris can. (1917) facultas dispensandi a votis religiosis, quaecumque sint, reservatur exclusive S. Sedi. Vide supra ad art. 794 et N.B. post art. 788.

Abhinc die Pentecostes 19 maii 1918, quo die novus Codex vim obligandi obtinuit, regimur proinde in hac re iure communi, can. 638-643. Vide commentaria canonistarum de his.

Quid senserit V. Fundator de dispensatione, frequenter manifestavit in suis litteris vel in Diario. Ita in epist. 11-3-1852 ad duos fratres missionarios in Canada occidentali qui cogitabant deserere Congregationem petendo dispensationem. "Croyez-vous qu'on peut en venir à cette extrémité, comme on vous donnerait la permission d'aller vous promener? Mais c'est là une pensée diabolique!..." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 186.)

Nec Congregationi nec sodalibus licet rumpere vincula quasi leviter ob defectum rationum vere gravium. Mgr de Mazenod die 10 dec. 1835 ad P. Rossi: "Vous avez fait des vœux perpétuels, vous avez juré en la présence de N.S. J.C. de persévérer jusqu'à la mort dans la Congrégation qui contractait avec vous sous cette formidable garantie... Et vous avez pu croire que j'aurais aussi peu de conscience que vous, et que je conclurais, de ce que par votre

très grande faute vous êtes un membre inutile dans notre Congrégation, que je dois consentir à rompre illicitement, et par suite invalidement, des liens qui ont été contractés pour toujours? Il ne dépend que de vous d'utiliser la mesure de talents que vous avez reçue, dans la Congrégation qui vous a adopté. Tant pis pour elle, si elle n'a acquis en vous qu'un mince sujet; elle n'est pas autorisée pour cela à se défaire de vous. C'était son affaire de vous apprécier pendant votre noviciat, comme c'était la vôtre, pendant ce temps d'épreuves, de peser les avantages qu'elle vous offrait. Vous n'étiez pas un enfant; vous saviez ce que vous faisiez. Malheur à vous, si dans le secret de votre coeur vous aviez fait des calculs sacrilèges. Quant à la Congrégation, elle subit toutes les conséquences de son contrat; elle se croit obligée de vous garder tel que vous êtes, les raisons que vous alléguiez n'ayant à ses yeux aucune valeur..." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 173.)

Ad P. Martin, 1837: "On se trompe grossièrement, si l'on excuse à ses yeux ces sortes de pensées sous le prétexte de la dispense qui peut être donnée. Que l'on sache bien que ces sortes de dispenses ne peuvent délier le sujet en conscience, que dans le cas que de graves raisons qui n'existaient point lors de la profession, et que le sujet ne prévoyait pas, sont tout à coup survenues et qu'elles le mettent dans l'impossibilité de remplir ses engagements. - Et encore le sujet ne doit-il, dans ce cas, recevoir la dispense qu'à regret et avec le désir sincère de voir tomber l'obstacle qui l'empêche de rester dans la Congrégation à laquelle il s'était engagé, obstacle qui est toujours supposé indépendant de sa volonté..."

"Je ferais plus de bien ailleurs", dit-on. C'est sous ce prétexte qu'on se déguise ce qu'il y a de criminel dans de semblables projets. Mais jusqu'à quand aura-t-on des yeux pour ne pas voir? Les prêtres qui sont libres cherchent des communautés religieuses, parce qu'ils voient que tous les efforts de zèle, lorsqu'on est seul et isolé, n'aboutissent à rien. Et ceux qui ont le bonheur de vivre en Congrégation voudraient en sortir? Nous voyons arriver à nous des prêtres qui abandonnent le monde dans le dessein de se sanctifier qu'eux-mêmes en travaillant au salut des autres; ils renoncent à cette liberté que d'autres estiment tant... Et ceux qui ont l'inestimable bonheur d'être agrégés à une société qui met à découvert leur faiblesse nourriront la coupable pensée de reprendre des liens déjà rompus? Voilà ce que je ne saurais comprendre..."

"La règle pèse", dit-on. Mais la règle d'aujourd'hui est celle que le religieux a connue pendant son noviciat, et qu'il s'est engagé d'observer. Vraiment, est-ce une raison à donner? Que le religieux voie s'il oserait présenter cette raison au tribunal du Souverain Juge. Les simples fidèles pourraient en dire autant pour les commandements de l'Eglise et même pour les préceptes du décalogue.

Certains religieux osent dire qu'ils n'ont fait leur oblation que dans la pensée de sortir un jour de la Congrégation. Quelle horreur! Qu'ils étudient la théologie. Ils verront qu'il n'est point permis de mettre aucune condition, aucune restriction mentale à l'émission des voeux, et que la formule d'oblation que la bouche exprime doit être faite sincèrement et du fond du coeur. Sans quoi ce n'est plus qu'un mensonge, qu'une hypocrisie, que la profanation d'un acte saint et religieux..."

Et ad P. Vincens, 16 oct. 1842: "Toutes les dispenses du monde, quand on les provoque par sa faute, ne sauvent que les apparences." (Haec omnia cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 187, 197-198, 221.)

V. Fundator habuit huiusmodi dispensationem, absque ratione sufficiente et inculpabili, ut quamdam apostasiam, utique in sensu morali. "... j'appelle apostasie de forcer la main au Supérieur pour la dispense fatale..." (Cit. ibidem, VIII, 222.) Epist. 14 ianuarii 1837: "Tous les membres de la Congrégation qui ont été dispensés jusqu'à ce jour sont, en un sens très vrai, de véritables apostats, parce qu'il n'en est pas un seul qui ait eu des raisons valables à présenter..." (Ibidem, 183.) Similiter 27 nov. 1856 ad Mgr Guigues: "... En les examinant tous les uns après les autres, je n'en trouve pas un qui ait une raison valable pour sortir de la Congrégation. Ils m'ont tous forcé la main, soit en alléguant des raisons insuffisantes, soit en se conduisant de façon à se faire chasser..." (Ibidem, 194.)

Ex altera autem parte V. Fundator magna caritate consideravit causas verae necessitatis easque nunquam parvi pendebat, in particulari causas ordinis familiaris (necessitas subveniendi parentibus in gravi necessitate). Attamen, potius quam recurreret ad medium extremum separationis totalis et definitivae, voluit imponere Congregationi sacrificia pecuniaria in favorem parentum in gravi necessitate. Ita v.g. in "Journal", 20 april. 1837: "Le devoir du P. Kotterer était de m'exposer l'état des choses et de s'en rapporter à moi pour y trouver un remède. Ce remède, je l'aurais trouvé en abandonnant au P. Kotterer les rétributions de ses messes et en ajoutant, s'il le fallait, quelque chose pour pourvoir aux besoins pressants de sa mère. Je n'ai pas d'autre parti à lui proposer dans l'intérêt de son âme, que je dois - selon ma manière de voir - préférer aux intérêts pécuniaires de la Congrégation..." (Yenveux, o.c., VIII, 205.)

Imo plus semel concessit dispensationem imperfectam et temporariam, permittendo ut quis maneret extra claustra ad tempus et acquireret necessaria ad subveniendum parentibus, quod hodie fit per indultum exclaustrationis reservatum S. Sedi (can. 638-639). Perplura exempla vide apud Yenveux, o.c., VIII, 175; 210 (epist. 28 sept. 1853); 228 (epist. 25-5-1851 et subsequens formula concessionis); 229 (epist. 1 maii 1848 ad P. Nagthen in Anglia); 229-231. Item apud Yenveux, vol. II.

Appendix II

De egressu illicito; apostasia a religione et fuga.

In nostris prioribus textibus legislativis habentur in fine praesentis capituli plures articuli de iis qui proprio Marte, absque dispensatione desererunt Congregationem. Itam iam in ms. I (1818). Vide in ed. "Missions", 1951, pp. 97; 155 sq (art. 18-24).

- Transeunt in versiones latinas et sic leguntur in ed. 1a (1827):
- XVIII.** Poterit etiam Superior generalis vota dirimere illius, qui ita sui esset oblitus, ut ea violaret, sponte sua deserendo Societatem, cui coram Deo pro tota vita se dederat.
- XIX.** Verumtamen istam non habebit indulgentiam, nisi pro illis quos Societati parum idoneos judicaverit.
- XX.** Quoad eos qui e Societate sponte migrantes, possunt tamen in suo gremio servire Deo et Ecclesiae, vota eorum non dirimit facile, e contra totus erit ut eos in viam reducat, eorum inconsideratae agendi rationis causam tentationi potius vel externae seductioni assignans quam praeparatae voluntati.
- XXI.** Verum qui tam graviter peccaverint, sive sponte sua ad nos redeant, sive alieno impulsu reducantur, non ante sua jura prima repetent, quam iteratis tententur probationibus, et sub ea conditione, ut non dubia poenitentiae signa dederint, ut omnem prorsus inconstantiam exuerint, et sint parati tanti facere, quanti Superior generalis conveniens judicaverit pro tollendo scandalo et praebenda aedificatione.
- XXII.** ... (respicit solum dimissos).
- XXIII.** Qui in Societatis gremio reviviscunt, seu postquam sponte eam deseruerint, vel ejectionis vi abierint, novitii iterum ex die instaurationis suae fient.
- XXIV.** Elapso anno, vota denuo emittunt, isto tamen discrimine quoad ordinem prioritatis eis in posterum assignandum, quod qui sua jura resumunt post legalem ejectionem ab ista posteriore oblatione; transfugae vero quibus sua jura restituntur nulla praehabita votorum solutione, a priore oblatione sit ordo sumendus, nisi iudice Superiore generali, adfuissent in eorum culpa quaedam circumstantiae, quae illos hujus gratiae indignos facerent."

Similes dispositiones habentur apud S. Ignatium, Constitutiones S.J., Pars II, cap. 4, illaeque forsitan inspiraverunt Patrem de Mazenod.

Praefati articuli servantur usque ad ed. 3am (1894) incl., cum hac differentia quod in ed. 3a emittuntur pristini articuli XVIII et XIX de solutione votorum.

Nostrae dispositiones particulares de hac re supprimuntur abhinc ed. 4a (1910). Revera, ius antiquum de "apostasia" in sensu iuridico valens solum de religiosorum votorum solemnium interim extenditur etiam ad religiosos votorum simplicium perpetuorum. Ita praesertim S.C. de Religiosis decr. "Cum singulas" 16 maii 1911, n. 18.

Unde iam regimur iure communi, et quidem post novum Codicem (1917), qui vim obligandi obtinuit a die 19 maii 1918, per canones 644-645; 2385. Vide proinde commentaria canonistarum de his.

Modus loquendi et agendi V. Fundatoris in casu apostasiae a religione sunt quasi commentarium ad illustrandum aspectum moralem eiusdem apostasiae. Iam dictum est in appendice I Fundatorem sumpsisse "apostasiam" in sensu latiore et morali, scil. pro omni discessu Oblati a votis perpetuis absque ratione sufficiente et inculpabili. "J'appelle 'apostasie' de forcer la main au Supérieur pour la dispense fatale."

Ex una parte, explosio irae quae exprimitur terminis violentis; verba "monstres - Judas - traîtres" etc frequenter redeunt. Hodie forsitan apparent exaggerati. Explicantur partim ex stylo temporis, ex temperamento meridionali et personali Fundatoris. Praesertim vero ex eius virtute eminenti fidei et religionis atque caritatis supernaturalis.

In apostasia vivide sentiebat infidelitatem sacrilegam erga Deum. "Zelus domus tuae comedit me." (Jo. II, 17). Ita in epist. 9 ian. 1837 ad P. Martin: "Je protesterai devant tous les hommes et devant Dieu contre ces apostasies jusqu'à mon dernier soupir et au-delà, car c'est au tribunal de Dieu que je cite tous ceux qui s'en sont rendus coupables... Ce qu'il y a de plus triste, c'est de voir que Dieu est offensé et grandement offensé, et que néanmoins on est aveuglé à un tel point qu'on demeure tranquille et sans aucun remords dans un état habituel d'opposition à ses devoirs essentiels." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 181.)

Ibid., p. 188, epist. ad P. Santoni, mars 1854: "Encore un traître qu'il faut expulser! Ah! c'est bien là la croix la plus lourde que je puisse porter, la plaie la plus cuisante et qui saigne toujours. Je ne me fais pas à une pareille infidélité... je les appelle, tous ces indignes, au tribunal de Dieu qui saura bien reviser la sentence forcée qui nous est arrachée ici-bas... Mais c'est affreux que d'avoir des consciences de cette trempe... Je ne déplorerai jamais assez un pareil malheur pour lui. Il est souverainement à plaindre de ne l'avoir pas compris... il est donc déjà de la société de Judas..."

Item apud Yenveux, o.c., VIII, 178 (epist. 20 ian. 1857 ad Mgr Guigues), p. 185 (epist. 26 maii 1836 ad P. Mille); p. 194 (epist. 6 dec. 1856 ad P. Richard) etc. Omnia quasi recapitulantur in litteris ad P. Tempier, 22 iunii 1825: "Quand étoufferons-nous le germe de l'ischariotisme chez nous, cher ami? Quelle horreur de voir se renouveler sans cesse les trahisons les plus révoltantes! Il semble que de pareils monstres devraient être plus rares." (Yenveux, o.c., VIII, 180.)

Frequenter commendavit obligationem reparationis. Ita in epist. ad P. Albini, 1829: "Nous ne pourrions jamais trop faire pour réparer par notre dévouement sans bornes, fût-ce même par le sacrifice de nos vies, pour réparer les sacrilèges sortis pour ainsi dire du milieu de nous, et commis par ceux que nous avons appelés nos frères." (Yenveux, o.c., VIII, 170.) In epist. 29 aug. 1860 ad P. Mouchette: "Pendant tout le cours d'une année, il y aura chaque jour une communion faite à tour de rôle par tous les membres du scolasticat, en guise d'amende honorable à notre divin Maître Jésus Christ, offensé et trahi par ceux qui étaient des nôtres et qui ont apostasié." (Ibidem, VIII, 171.)



Ex altera parte, immensa caritas, qua dolet de infidelitate filiorum, sollicitus est de eorum salute. Ita in epist. 1 iunii 1823 ad P. Courtès: "L'annonce de cette apostasie m'a plus sensiblement affecté que la mort du P. Jourdan... Etre obligé de vouer en quelque sorte à Satan celui qu'on avait mis et dirigé dans la voie du ciel, c'est épouvantable." (Yenveux, VIII, 179.) Epist. 13 iulii 1852 ad N. qui annuntiaverat Fundatori suam desertionem. "Quelle lettre venez-vous de m'écrire, mon pauvre enfant! Qui pourrait se douter qu'elle est adressée à un père qui vous a accueilli dans votre première jeunesse, et qui vous a donné tant de preuves d'affection, à l'Evêque qui vous a enfanté à l'Eglise, au Supérieur qui n'a à se reprocher que d'avoir trop ménagé votre faiblesse, et qui ne se laissait pas d'attendre le jour où vous lui donneriez en retour de ses bontés pour vous, quelques consolations. Votre lettre, cher enfant, est un chef-d'oeuvre d'insensibilité, et, souffrez que je vous le dise, d'ingratitude. Pas un mot de regret, pas un mot de reconnaissance. Vous me faites connaître votre apostasie avec un sang-froid inimitable... Je prie de tout mon coeur le Seigneur de détourner de vous, mon cher enfant, le châtement d'une si grande infidélité. La fougue de la jeunesse vous étourdit en ce moment; des conseillers perfides vous aident à vous aveugler. Que savent la plupart des hommes des devoirs de l'âme religieuse et de la valeur des engagements contractés, je ne dis pas seulement devant Dieu, mais avec Dieu... Moi qui les connais, je voudrais pouvoir me persuader qu'il est impossible qu'un homme raisonnable, qu'un religieux, qu'un de mes enfants surtout pût se rendre coupable d'une si grande faute. De toutes les contrariétés, de toutes les peines incomparables de ma paternité, c'est la seule chose qui m'affecte, la seule qui soit comme un glaive qui me perce de part en part. Et je ne considère dans cet affreux malheur que le mal qui en résulte pour l'individu que je chéris comme un fils, et le danger que j'envie pour son salut, car la famille dont un mécontent se retire, gagne toujours à en être délivrée..."

Adieu, mon cher enfant, Je ne refuserai jamais à vous rendre service, quand vous aurez besoin de moi. Je vous salue." (Yenveux, o.c., VIII, 209sq.)

Caritas inclinat Fundatorem ad misericordiam et condonationem. Ita in epist. 22 nov. 1855 ad P. Bellon, relate ad dimissionem Patris Piot. Sententiam latam et iam executioni datam Mgr de Mazenod retrahit, consentiente maiore parte Consilii, ut misericordiae cedat. Vide apud Yenveux, o.c., VIII, 212.

Caritas Fundatoris condescendit, afferendo remedium ut tollat periculum mali extremi apostasiae. Eius epistola ad P. Rouge: "J'ai lu, mon cher Père Rouge, avec la plus grande attention et la plus profonde affection le mémoire que vous m'adressez à la date du 19 juin. Comment vous êtes-vous décidé, mon cher fils, à porter si avant le poignard dans le coeur de celui que vous appelez pourtant plusieurs fois votre Père? Ne craignez-vous pas d'être injuste en vous livrant à un sentiment qui prend sa source dans de fausses suppositions... Je me bornerai donc à vous dire, pour ce qui me concerne, qu'il n'y a rien de vrai, si ce n'est la peine, le chagrin, la douleur de vous voir dans cet état d'exaspération qui vous jette dans une fausse voie et vous expose à perdre votre âme. Vous sentez, mon cher fils, que jamais je ne me rendrai coupable au point de concourir à cet affreux malheur. Vous me demandez la dispense de vos vœux. C'est une grande faute de vous être arrêté à cette pensée. Est-ce que les engagements que vous aviez pris solennellement devant Dieu ne doivent pas durer autant que votre vie? N'en avez-vous pas fait le serment? Usque ad mortem perseveraturum etc.

Pourrait-on donc se jouer de Dieu et de ce qu'il y a de plus sacré après les sacrements dans notre sainte Religion? Serait-ce parce que vous voyez autour de vous des apostats que vous seriez tenté de le devenir? Dieu vous en préserve, mon cher fils! Il y a trop d'amour pour vous dans mon cœur, quoique vous me fassiez l'outrage d'en douter, pour que je veuille vous assassiner. Je me tuerais d'ailleurs moi-même en prévariquant de la sorte. Ai-je le pouvoir d'accorder une dispense de cette nature sans raisons canoniques? Où en serait-on, s'il suffisait d'éprouver quelque mécontentement, d'en être venu - vraisemblablement par sa faute - à trouver pesant le saint joug de la Religion, pour vouloir briser les liens qui nous unissent à Dieu dans la Congrégation... Non, mon fils, cela ne se peut.

Votre position est devenue pénible et désagréable dans le lieu où vous êtes. Mais il y a moyen d'y remédier. Toute la terre est à nous, dirais-je, en un certain sens, c'est-à-dire que partout où il y a une maison de la Congrégation vous serez chez vous. Vous serez surtout chez vous et dans votre centre, quand vous serez rapproché de moi, s'il le faut, pour que vous appreniez à me mieux connaître et à recueillir de ma propre bouche l'expression des sentiments vrais que vous avez méconnus. Tête à tête avec moi, appuyé sur mon sein paternel, vous saurez me dire si je ne suis pas pour vous ce que je dois être, c'est-à-dire le père le plus aimant, le plus affectueux, laissez-moi ajouter: le plus miséricordieux, car j'ai bien quelque chose à vous pardonner.

Venez donc, mon cher enfant, le plutôt auprès de moi. Ce n'est pas une simple invitation que je vous fais, c'est une véritable obéissance que je vous signifie en vertu de la sainte obéissance. Partez aussitôt ma lettre reçue et dirigez-vous sur Marseille. Je veux être la première personne que vous verrez, venez donc directement à l'évêché, où à la campagne d'où je vous écris. C'est auprès de moi que vous vous acclimaterez dans les régions que vous avez quittées depuis si longtemps, et que vous reprendrez votre première ferveur, et toutes vos bonnes habitudes. En attendant le moment de vous embrasser, je vous bénis...<sup>1</sup> (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 215 sq.)

Eadem caritas impellit Fundatorem, ut reducat discessos, in quantum fert prudentia christiana et munus boni pastoris, sicut hodie monet Codex Iuris, can. 645, § 2. Mgr de Mazenod scripsit Patri Bellon 4 martii 1853: "Ne perdez pas de vue le Père N. qui nous a quittés. Je viens de retrouver une vieille lettre de lui... j'ai été enchanté des sentiments qu'il m'y manifestait... Dès que vous pourrez le ramener dans nos communautés, ne négligez pas de le faire. Je crois qu'il a perdu une des personnes qui avaient exigé sa sortie momentanée... Parlez-moi un peu de lui." (Cit. apud Yenveux, VIII, 206.)

Ibidem, p. 205; Journal, 8 aug. 1838, epist. ad P. Dassy qui mediatoris ministerio functus est ad reducendum P. Kotterer.

Item apud Yenveux, VIII, 225 sq, epist. 1 aug. 1854 ad Patrem N., apostatam, qui scripserat Fundatori litteras de suo reditu. "Que n'êtes-vous, mon bien cher fils, à portée de voir l'impression qu'a faite sur moi votre bonne, touchante, excellente lettre! Comme j'aurais voulu pouvoir vous presser sur mon cœur pour vous faire sentir les battements que les beaux sentiments que vous exprimez y excitaient! J'aurais voulu vous tendre les bras, vous embrasser tendrement, vous dire et vous répéter que tout est oublié, que votre retour inspiré par des pensées si généreuses, si religieuses me faisait éprouver un bonheur inexprimable qui me dédommageait du vif chagrin

que m'avait causé votre infidélité si bien réparée par votre démarche actuelle. J'aime à vous voir entrer avec courage dans les voies de l'humilité. Oh! que l'on est véritablement grand, quand on s'abaisse devant Dieu! Et les seuls hommes à l'estime desquels on doit tenir, ceux qui se nourrissent de pensées surnaturelles, quel cas ne font-ils pas d'une démarche si conforme au devoir, et qui répare si bien toutes les erreurs passées. Je vous assure donc, mon cher fils, qu'il n'y aura dans toute la famille qu'un seul cri de joie à la nouvelle de votre résolution à laquelle elle aura concouru par ses prières. Vous serez le bienvenu parmi vos Frères, comme vous l'êtes pour le Père qui n'a jamais cessé de vous aimer et qui vous bénit en ce moment dans toute la plénitude de son coeur en vous embrassant tendrement."

Similiter ad P. Chainé, 24 aug. 1834: vide Yenveux, oe., VIII, 226.

### Appendix III

#### De desertionum causis et remediis

De causis quae hodie communius allegantur ad deserendum Institutum religiosum vel etiam ipsum statum clericalem, vide in documento rom. Instructio S.C. de Religiosis, 2 febr. 1961, nn. 5-12.

Huiusmodi causae sunt quandoque obiectivae, sed saepe saepius subiectivae et meri praetextus. Ibidem, n. 12.

Quidquid sit, ut causae desertionis rarius occurrant, Superioribus et Moderatoribus gravis obligatio incumbit ad tria praesertim attendenda, scil. ad candidatos prudenter admittendos, ad alumnos rite instituentos, ad religiosorum suorum curam habendam sollicito bono spirituali et temporali subditorum invigilando. (cf. Enchiridion de Stat. Perfectionis, n. 286, p. 341.) Et haec omnia ad normam Regularum nostrarum et instructionum S.Sedis, praesertim S.C. de Rel., Instructio 2 febr. 1961, nn. 14-52; Constitutio apostolica "Sedes Sapientiae" Pii XII, 31 maii 1956, et adnexa "Statuta generalia", quibus recapitulatur et de novo ordinantur omnia documenta praecedentia.

Omnibus autem, Superioribus aequae ac Sodalibus, tum sacerdotibus tum fratribus, sive scholasticis sive coadiutoribus, novitiis non exceptis, maxime convenit, ut sibi suisque fratribus obtineant donum perseverantiae oratione, exercitio caritatis aliarumque virtutum, bono exemplo, fidelitate in observandis regulis et obligationibus sui status, in quantum patitur humana fragilitas. Hoc modo fiet, ut non solum singuli perseverent gratia adjuvante, sed et tota familia nostra. Revera, licet multitudo membrorum augeatur, spiritus non imminuetur nec debilior reddetur. Spiritus autem est qui vivificat et conservat membra in unitate et tuetur continuitatem totius.

V. Fundator eodem die quo Romae advenit ad obtinendam approbationem pontificiam Instituti nostri et Constitutionum, scil. die 26 nov. 1825, scripsit ad P. Tempier, qui ei annuntiaverat apostasiam alicuius membri Societatis: "... c'est une épreuve bien forte, il faut l'avouer, dans l'isolement où je me trouve. J'en ai déjà fait mes plaintes au Seigneur le plus amoureusement qu'il m'a été possible à la bénédiction que j'ai été recevoir dans l'église du Gesù, peu d'heures après mon arrivée dans cette capitale du monde chrétien. Je sais que nous ne sommes pas les seuls exposés à de semblables malheurs, ... mais notre petit nombre nous rend ces coups plus sensibles et la disposition des esprits plus funestes.

Il faut pourtant en venir à la soumission aux desseins de la divine Providence. L'humiliation qui en résulte pour toute la Société est peut-être une voie plus utile que la prospérité, et nous devons en profiter pour devenir plus parfaits et plus fidèles à l'observance de nos Règles et à l'esprit de notre Institut. Voilà la conclusion que je tire de tous ces fléaux qui nous accablent." (Cit. apud Yenveux, o.c., VIII, 223.)

L.J.C. et M.I.

Burdigalae, die 17 febr. 1963.



Corrigenda et addenda: Pars III, Cap. III et IV.

pagina	linea	textus legendus
5	34/35	multum referre, ut qui ad eam admittuntur, non solum diu probentur, antequam in eius corpus cooptentur;
7	48	<u>forma</u> magis expressiva
8	41	ad maius Dei <u>ac</u> Dominis nostri servitium
13	3	nisi a parte <u>optime</u> nota
14	15	pro admissione in <u>noviciatum</u>
16	6 37	Idoneitas... <u>constituitur</u> in concreto coordinata et <u>subordinata</u>
18	22	ut sponte <u>discederet</u>
21	ultim.	e decreto particulari <u>25-7-1941</u>
23	15	vigentem sat communiter in religiosis <u>institutis</u> ,
26	5	obiectum non est <u>merx</u> qualiscumque
29	33	collocutiones <u>particulares</u>
31	39	<u>ita</u> ut de vocatione candidati
32	10 15	processus frequentissimus <u>evolutionis vocationis</u> Monitore ecclesiastico, Roma, 1942, p. <u>150</u> .
39	38 40	sed personis <u>quarum</u> unaquaeque destinatur utique <u>coniunctim</u> cum aliis
45	24/25	Acta A.S., 1955, pp. 266sq; <u>298sq</u> ;
53	43/44	Non obstante abrogatione articuli II... <u>approbata</u> per
55	36	secundum ideale <u>proprium</u> Congregationis
56	40	propositum a suo <u>Fundatore</u>
64	ultim.	Licet tamen sacris Scripturis <u>operam</u> dare.
65	4	Patris Bianchi, <u>O.P.</u>
71	20	nullum <u>gignunt</u> effectum canonicum
73	4 7	"conformes fieri eius obedientiam <u>voluntariam</u>
74	32	sibi omnino <u>temperabunt</u>
75	12/13	ad finem nostrum <u>proprium</u> , ut scil. fiant apti <u>ad cooperandum</u>
78	34	Corporis habitusque mundities, <u>comite</u> semper modestia

<u>pagina</u>	<u>linea</u>	<u>textus legendus</u>
79	29	ut satisfiat conscientiae nobilibusque intentionibus
87	1	ad eorum libitum, <u>nempe</u> favore vel parentum
88	4	Nec e iure communi nec e nostro <u>iure particulari</u>
94	9	Concordat cum <u>iure communi</u>
	12	professiones annuales tribus vicibus successive <u>emittendas</u>
96	6	violatio istius <u>praescriptionis</u> non nocet
97	38	Cf. supra ad art. 733; Can. 574, §1.
106	32	In ed. 5a (1928)
111	23	videtur posse <u>fieri</u> exceptionem
114	41	<u>optimum</u> nutrimentum meditationis
	43	in foro Ecclesiae, <u>gignens</u> effectus canonicos
126	16	approbatur a <u>Sancta Sede</u> 1826
133	6	Sainte-Foy prope Lyon, anno 1917;
134	1	Iamvero <u>talis</u> modus concipiendi iunioratum
140	33/34	vide "Statuta generalia", art 26, §3
142	2	Favet addere documentum recentissimum <u>Pauli VI</u> , Litt. ap. "Summi Dei Verbum" diei 4 nov. 1963, occasione 4. centenarii creationis seminariorum: "Parmi ces qualités, Nous estimons que doivent être mis au premier rang l'esprit de réflexion, l'intention droite dans l'action, le choix libre et personnel du bien et même du mieux, la maîtrise personnelle du corps et de la volonté." (cf. Documentation Catholique, 1/12/1963, col. 1549.)
146	12	esse subicienda auctoritati <u>immediatae</u> Provincialium
153	in fine	Commentarium, Pars IIIa, <u>Cap. I</u> , pp. 121sq.
158	47	Pius X ... 29 jun. 1914 ( <u>Acta Ap. Sedis 1914</u> , pp. 336sq.
159	5	Pius XII, Alloc. "Solemnis conventus"... Document. Cath., 20-8-1939, col. 996sq. Pius XII, Alloc. ad Congregationem gen. S.J., 17 aug., 1946 ( <u>Acta A.S. 1946</u> , pp. 381sq; Document. Cath. 24-11-1946, col. 1317.
160	8	mediante famosa " <u>Ratio studiorum</u> "
	11	ubique Societas fortiter et perseveranter
168	20	meliore quo possunt modo, in <u>similitudinem</u> eorum
170	11	au centre du Judaïsme
174	5	aetate et <u>experientia</u> proveciores
181	8	in <u>penitentiore</u> cognitione proprii Instituti, ad eos quibus id <u>imbuitur</u> spiritus plene hauriendos.
182	36	"Fratelli <u>servienti</u> "
183	3	"Fratelli <u>servienti</u> "
185	33	unbeleckten Jungfrau Maria
189	34	Congregatio per eos qui eius <u>causam</u> agunt.
194	28	prohibent <u>cohabitationem</u> et <u>conviventiam</u>
221	23	appositis <u>correctionibus</u>

